tis,quia in brutis non est dare libertatem. & sic not. hic quòd ius gentium dicitur ius naturale. loquor de primæuo iure gẽtium,quod fuit eoipso,quòd gentes esse cœperunt. quia tunc non erat cognita seruitus, sed inducta fuit iure gentium secundario, & ita intelligitur, quod infrà subiungitur: sed postea &c. & ideo modo manumissio. In text.ibi,[liberti nascerentur.]supple etiam legitimi: vt in authenti.quibus modis natu.
7 effi.legitimi. † In textu ibi,[cum seruitus esset incognita.] & sic not. quòd non est dare priuationẽ:vbinõ est habitus:qa manumissio est priuatio seruitutis. In text.ibi,[liberi.]supple & ingenui,qui nunquam fuerunt serui,vt differant à libertinis de quibus infrà qui etiam sunt liberi sed nõ ingenui:imò quo ad quædam habent similitudinem cum seruis.vt in l.talẽ. in princip. ff. de hæred.institu. In gloss.quæ incipit,sic ergo, circa medium ibi,nam ipse semper liber est.dic:vult ergo Pla. quod licet quis sit seruus, in eo tamen non est extincta libertas,sed obumbrata & offuscata à seruitute, tanquam nebula: quia libertas cùm sit de iure naturali,quod processit, non potest tolli per ius gentium:sed offuscari.sic etiam se habet ad seruitutem tanquam substantia ad accidens.& accidens substantiam non tollit cùm possit adesse,& abesse præter sui subiecti corruptionem,cùm ergo manumittitur,tollitur nebula seruitutis & detegitur substantia libertatis.non autẽ datur à manumittente, quoniam data fuit à iure naturali. ideo exponitur datio,id est detectio,quia si staret propriè, talis libertas diceretur de iure gentium,sicut ipsa manumissio quæ est causa libertatis.argumẽ.huius text.& tamen hoc non est verum:quia hoc iure non est inuenta libertas.& hoc voluit dicere gloss. suprà in versi.præterea cùm omnes. quilibet ergo seruus habet cum seruitute implicitum statum libertatis,vt dicitur in simili in l.fina.infrà si ex noxa.cau. aga. quia si hoc non esset, non posset esse capax obligationis naturalis, sicut nec dominij. vt l.si id,quod de condi.indebi.Et hoc etiam voluit dicere Guar. in gloss.præcedenti,dum glossauit super verbo manumissiones.dicendo in quibus ius non disponit, quæ verba gloss. ibi exponit tribus modis dum subijcit,sed per dispositum disposita confirmat, & ista est prima expositio scilicet Pla. dicit de-
8 tegit. †Breuiter ista opinio non est vera,quia seruitus est contraria liberti,vt in fine huius l. & duo contraria non possunt esse in eodem subiecto : imò ad positionem vnius fit remotio alterius.vt nota.in l.sed si pupillus. §.penulti. infrà de instito. sequitur ergo,quòd quilibet, qui est seruus,non est liber : sed cum manumittitur efficitur liber per remotionem seruitutis. & si manumittens dat,non detegit.& dico, quòd datur occasionaliter,non quòd transferat:quia tunc procederet contrarium glossæ, sed præbet causam remouendo seruitutem, vt consequatur libertatem à iure naturali. habet igitur manumittens illam libertatem potentialiter non autem actualiter antequam manumittatur:, & manumittendo potentiam deducit ad actum, sicut dominus constituit vsum formalem: & hoc voluit gloss. in fine.& etiam glo. sequens dum dicit,quòd hodie non nascuntur omnes liberi,quia quidam primò nascũtur serui,& sic non habent implicitam libertatem, & ius gentium,secundarium bene potuit moderare ius naturale primæ-
9 uum in quibusdam, licet non ex toto tollere. † In gl. fin. ibi, quia priores,in numero sequenti computantur. inducitur per Baldum ad quæstionem,datum fuit arbitrium prioribus,quadraginta adiunctis. quæritur vtrum in numero quadraginta debeãt computari ipsi priores:& videtur, quòd sic per istam gloss.Contrarium dic propter verbum, adiunctis, quod non verificatur nisi in diuersis. nam & nemo adiungitur sibijpsi. pro hoc est bonus tex.in l.si is qui ducenta.in princip.de rebus dubijs. vbi si posui penes te ducenta, postea dixi cum ducentis,quæ penes te deposui,lego trecenta : in illis trecentis non computantur illa ducenta : sed habebis ambas summas integras:quia duæ summæ coniunguntur.Nec obstat hic,quia apparet,quòd minor numerus venit ad dinumerationem maioris computati in illo.

a §. Sicut omne ius ciuile,uel pertinet ad personas, uel ad res, uel ad actiones:ita & inuentiones iuris gentium sunt tripartitæ.

3 Bella quo iure introducta sint?
Bellum est duplex,particulare & uniuersale.

4 Bella licita quæ sint? & nu.3.
Habens superiorem non potest etiam ex iusta causa mouere bellum:nisi de licentia superioris, & legitimus superior intelligitur populus Romanus uel Imperator.

5 Quilibet populus liber,potest de iure gentium sibi eligere regem,uel dominum, uel perpetuum magistratum uel cum licentia superioris,si superiorem recognoscat.

6 Dominium quid sit,& quotuplex? remis.
De iure gentium fuerunt dominia rerum immobilium,agris termini impositi ac prouincijs & territorijs,& solent distingui per flumina.
Item constructa ædificia,ciuitates,castra, & uillæ.

7 Vniuersitates ciuitatis, castri, seu uillæ, sunt de iure gentium regulariter approbatæ.
Aliæ congregationes & alia collegia,quòd sint regulariter reprobatæ.
Quid si uniuersitas faceret ciuitatem uel oppidum,ad æmulationem alterius?

8 Obligatio naturalis,oritur ex contractibus,ex delictis,& ex sententia condemnatoria de iure gentium.

9 Vtile dominium fuit inuentum de iure gentium.

10 Modi acquirendi dominium,quidam fuerunt de iure ciuili inuenti.

11 Dominium omnium bonorum arrogati,transferebatur in arrogatorem:sicut persona arrogati sine apprehensione possessionis.

12 Item transfertur dominium per sententiam condemnatoriam:in rei uendicatione secus,& traditione:per absolutoriam uerò non.

13 Princeps quando possit de plenitudine potestatis,auferre alicui dominium?

14 Actiones sunt de iure gentium.

15 Ex contractibus iuris gentium,quod oriatur ciuilis obligatio.

16 Obligatio ad antidora,ut beneficientibus nobis beneficiamus,est de iure naturali,& an impediat repetitionem soluti per errorem? & quid in alijs obligationibus naturalibus?

LEX V.



EX hoc iure gentium. In ista l. ponuntur quædam quæ fuerunt de secũda intentione iuris gentium,secundum Bal.id est,non de primo iure gentium,quod fuit eoipso quòd gẽtes esse cœperunt.de illo enim fuerunt illa quatuor de quibus in l.veluti.& l.vt vim.& aliud quintum.scilicet libertas,de qua in l.præcedenti.sed alia duo de quibus ibi,scilicet seruitus & manumissio,& etiam illa de quibus hic fuerunt de iure gentiũ secundario,quod fuit,postquàm gentes multiplicatæ fuerunt,& ista inuestigatio fuit ne cessaria saltem propter ea quæ videmus in seruis:quorum status est annihilatus de iure gentium secundario.ideò illa quæ sunt de illo iure nõ cadunt in eo,vt dominia.sed illa quæ sunt de primæuo iure bene cadũt:& exemplũ ponitur in naturali obligatione.tamen iste textus ponit eam inter illa quæ fuerũt de iure gentium secundario,vt dixi in §.ius naturale.sed text. in capi.ius naturale.j.distinctio.videtur velle cõtrarium,dum dicit,quòd in commodato vel depositi rei restitutio petitur: & sic seruare fidem fuit inuentum illo iure:& ad hanc obseruationem tendit naturalis obligatio,non ergo omnia,de quibus in hac l.traditur,fuerunt de iure gentium secundario.imò naturalis obligatio fuit de primario,aliter non caderet in ser-
1 uo actiuè & passiuè.cuius contrarium patet in l.si id quod.de condictio.indebi.& ex nota.per Barto.ibi. †Notandum est etiam,quòd tria prima(de quibus hic)concernunt personas: alia verò tria de quibus ibi:[dominia distincta sunt.]concernunt res : alia quæ sequuntur in versicu.commercia, cum sequentibus concernunt contractus,ex quibus actiones oriun-
2 tur,& ista est diuisio de qua in l.j.ff.de statu hominũ.Ex†quo nota.quòd sicut omne ius ciuile vel pertinet ad personas,vel ad res,vel ad actiones:dicta l.j.de statu hominũ. Ita & inuentiones iuris gentium sunt tripartitæ,vt patet ex hac l.secundũ
3 Bald. †In textu ibi:[introducta bella sunt].gloss.restringit ad bella licita.& propter hoc dicit Ioan.de lignano in suo tractatu,quòd de iure gentium non fuerunt inducta bella inuentiuè,sed de iure diuino vel naturali,communi etiam cum animalibus:& probat per multas rationes:& dicit,quòd per ius gentium fuit addita rectitudo,& hoc respectu dicuntur de iure gentium.sed hoc est destruere textũ dum dicit introducta. Ideò scire debes,quòd duplex est bellum:scilicet particulare, quod vnus priuatus exercet contra alterum: quandocunque propria authoritate ius sibijpsi dicit.Quoddam publicum vel vniuersale,quando vnus populus præliatur contra alterũ.de primo non loquitur ista l.sed l.vt vim ff.eod.in quo dic,q tunc est

a est licitum [a]qñ aliquo iure permittente hoc facit. Hoc autem potest contingere interdum permittente iure naturali, quod est commune cum brutis. vt in iure gentium secundario, scilicet qñ deficit superior ad quem possit recursus haberi,& periculũ est,in mora.vt l.ait prætor.§.fi creditoris.ff.quę in fraud. credi.& l.si alius.§.est alia,quod vi,aut clã.vt not.in l. nullus.
b C.de iude.Nã & de iure gentiũ antequã essent magistratus, [b] quilibet sibijpsi poterat ius dicere.post creationẽ verò magistratuũ,inhibitum est cuicq sibijpsi posse dicere.vt d. l. nullus. & l.extat.quod met.caus.si ergo deficit magistratus,remanemus in dispositione iurisgentiũ. Aliquãdo autem permittitur de iure merè positiuo.vt in casu.l.j.C.quando lic. sine iudic. sevin.extra istos casus non est licitum,vt patet in duello , quod
c omni iure reprobatur [c] vt no.in l.qua actione.§.si quis in collectatione.ad legem Aquil.in glo.quæ incipit hoc refert in fi. & in tit.de purg.vulga. & de cleric.pugnan.in duel.in decretalibus.In bello autem publico vel vniuersali dic,q quædam fuerũt inuenta de iure diuino Deo expresse mandante,vt patet in filijs Israel contra Amorreos.xxiij.q.j.c.nisi bella.Quędam autem possunt dici de iure naturali primæuo , prout est commune cum brutis:vt sunt bella iniusta,quãdo ad illa non mouentur homines ex ratione, sed ex sensualitate, quam habemus communem cũ animalibus: qui dicitur instinctus naturalis ex sensualitate proueniẽs.vt not.in c.ius naturale.dist. j.Et si dicatur ius naturale,semper est bonum & æquum. vt ff. eo.l.pen.in princi.ergo non potuit introducere bella iniusta. Respondeo per ea quæ not.glo.in §.ius naturale.quæ incipit, id est,coniunctio.de licito coitu:quòd respectu primi motus, qui non est in [d] potestate nostra de iure naturali, & ille motus nõ est malus in se,sed respectu executionis,quæ est mala, non dicitur de iure:quia primi motus deprauantur à praua voluntate quæ prævalet.Quædam autem sunt bella de iure gẽtium secũdario inducta.& illa sunt bella licita quoniam ad illa mouentur homines ex ratione,& illud ius dicitur,instinctus na-
4 turalis ex ratione prouenies.†Sunt autem iusta dupliciter, vel ratione obedientiæ,qñ subditi de mãdato superioris bellant:nã hoc ipso licitè faciũt,etiam si superior licitè nõ faciat: quia debent superiori obedire:& ideò de occisionibus nõ tenentur,quantũ ad Deũ,nec quantum ad mũdum, dummodo nõ habeant deprauatã conscientiã cupiditate vel curialitate. sed solũ faciant causa obediẽdi,alias secus,vt est casus pulcher & expressus in c.qui culpaf.xxiij.q.j.& q.v.c.miles. Interdum iustificatur bellũ ex causa:de hoc tripliciter.primò,qñ geritur vt bona pax habeatur,quæ aliter haberi nõ potest:vt ea. causa & q.in c.noli.Itẽ si fiat pro rebus repetendis & recuperãdis quæ aliter recuperari nõ possunt:vel quia propter negligentiã illius cui mouet bellũ,quia negligit emendare quod à suis improbè factũ est,vt ea.causa.& q.ij.c.dñs noster,si tñ bellantes habẽt superiorem,non liceret etiã ex dictis causis mouere bellũ,nisi de licẽtia superioris.vt d.c.qui culpaf.vbi dicit Deo vel alio legitimo superiore ea.causa & quæstio.ij.c.j. dñ dicit, q ex dicto superioris geritur.Et sic istud,quod dicit gl.hic de popu.Rom.vel Imperatore,debet intelligi & poni pro legitimo superiore.vt d.c.qui culpatur.Puto etiam,q licet de iure diuino,nõ licet bellare pro subiugando bellantes.vt d.c.noli. de iure tamen gentiũ vnus populus liber nõ recognoscens superiorem posset contra alium liberũ,si facit ad bonũ finem,vt illos bene regat,& gubernet:aliter bella,quæ exercuit populus Roma.ad hunc solũ finem pro gloria Imperij,non fuissent licita,nec ipsorum principatus & monarchia: & tamen contrarium est verum:quia Christus approbauit dum dixit,red-
5 dite quæ sunt Cæsaris Cæsari.&c. †In text.ibi:[regna condita.]per hoc videtur,quòd quilibet populus liber non recognoscens superiorem , posset de iure gentium sibi eligere re-
d gem, [d] vel dominum, vel perpetuum magistratum. & ita nota. per Hostiensem & Ioan.andræ.in nouella in cap.final. de iudi.Et posuit exemplum in dominis Venetis,qui eligunt ducem sibi perpetuum. secus si recognoscerent superiorem: vt patet ex not.per Ioan.andræ.in cap.licet causam.de probatio.circa medium super verbo seruitia,nisi cum licentia illius superioris.sicut nec contra superior potest alienare vasallos, sine eorum voluntate. argumen.in l. inuitus. de fideicom.li-

a ¶ Licitum. Vide sanctum Tho.in secunda secundæ qõ.xl.q. ad hoc vt bellum sit iustũ tria requirunt, authoritas,iusta causa,& quod animus inferẽtis sit iustus,per Io.de lig.in trac.suo. adde,q quinq; requirũtur ad hoc vt bellũ dicat iustum,s.persona,res,cã,animus,& authoritas res,vt si fiat pro rebus repetendis vsq; quo sit ei satisfactũ.persona,vt sit secularis cui liceat bellare.& nõ ecclesiastica. xxiij. q.v-iij.c.clerici. nisi in necessitate ineuitabili causa,s.vt sit necessaria vel licita,vt p restitutione. de rest.spo. c.olim cãm. ausus.ff.nõ ex odio, vltione vel cupiditate: sed ad correctionẽ, vel propter iustitiã, vel obedientiam. xxiij.q.j.c.quid culpaf authoritas. s. superioris.d.c. qđ culpaf.& l.j.C. vt armorum vsus. li.xj.& vide per Hosti. in c.j.de homi. li.vj. & ibi Io. an. Et addit,q poterit fieri authoritate eccles;æ p fide ita Ab. in c. excõicamus.el j. §.catholici. post gl.fu per vers. attraxerint. de hæreticis. Et idẽ videtur in dñis tpalibus, & ciuitatibus qui pscripserũt iura imperij.c.super qbusdã.de ver.sig.Frã.cur.

b ¶ Antequã essent magistratus . Circa hoc addde, quæ pulchrè ponit idẽ Pau. de cast. cõsil.suo.ccxcix.incipit priusquã iura fierẽt: in antiqs.Fran.cur.

c ¶ Omni iure reprobatur. Adde, q in tantum duellũ est prohibitum,q si prouocãs ad duellũ postea recusaret,põt prouocatus illum deferre pictũ in tabula, prout fit modernis tpibus. Ita Io. de imo.in l.filius.§.fi. ff.de legat.j.dicens ita fuisse consultum per Ang. Franc. Cur.

¶ Eligere regẽ. Vide Io.an.in c.fundamẽta.de elec.in vj.in nouel.Bal.in tit.de pace constant. in verbo nos romanorum.

¶ In distinctiõe. Addtu & vide circa distinctionẽ & vnionẽ prouinciarum pulchrè per Bar.in l.j.C. de metro po.berito.lib.xj.Cur.

¶ Vnũ oppidũ. Adde idem si plures populi vellent facere vnam cõgregationẽ in noe ciuitatis. ita Bald. in extrauagant. de pace constan. in versi. nos romanorum.Cur.

¶ Ad æmulationem. Vide latè hic do.Iaf. cui inquantũ dicit de construente molendinum,adde Alex.cõsi. lxxvij. adde quid in vendẽte ad æmulationem. vt puta quis habet partẽ castri i quo habet iurisdictionẽ. An illã vendere potest ad æmulationẽ alicuius? Bal. dicit qđ non in l.j.C. qui testa. fac.poss. Sed Ang.ibi tenet contrariũ dicẽs esse casum in l. cũ in meo. ff. de ser. vrba. prædio. Franc. Curt.

e ¶ Licitum. Vide sanctum Tho. in secunda secundæ qõ. xl. q. ad hoc vt bellum sit iustũ tria requirunt, authoritas, iusta causa, & quod animus inferẽtis sit iustus, per Io. de lig. in trac. suo. adde, q quinq; requirũtur ad hoc vt bellũ dicat iustum, s. persona, res, cã, animus, & authoritas res, vt si fiat pro rebus repetendis vsq; quo sit ei satisfactũ. persona, vt sit secularis cui liceat bellare. & nõ ecclesiastica. xxiij. q. viij. c. clerici. nisi in necessitate ineuitabili causa, s. vt sit necessaria vel licita, vt p restitutione. de rest. spo. c. olim cãm. ausus. ff. nõ ex odio, vltione vel cupiditate: sed ad correctionẽ, vel propter iustitiã, vel obedientiam. xxiij. q. j. c. quid culpaf authoritas. s. superioris. d. c. qđ culpaf. & l. j. C. vt armorum vsus. li. xj. & vide per Hosti. in c. j. de homi. li. vj. & ibi Io. an. Et addit, q poterit fieri authoritate eccles;æ p fide ita Ab. in c. excõicamus. el j. §. catholici. post gl. fu per vers. attraxerint. de hæreticis. Et idẽ videtur in dñis tpalibus, & ciuitatibus qui pscripserũt iura imperij. c. super qbusdã. de ver. sig. Frã. cur.

b ¶ Antequã essent magistratus . Circa hoc addde, quæ pulchrè ponit idẽ Pau. de cast. cõsil. suo. ccxcix. incipit priusquã iura fierẽt: in antiqs. Fran. cur.

c ¶ Omni iure reprobatur. Adde, q in tantum duellũ est prohibitum, q si prouocãs ad duellũ postea recusaret, põt prouocatus illum deferre pictũ in tabula, prout fit modernis tpibus. Ita Io. de imo. in l. filius. §. fi. ff. de legat. j. dicens ita fuisse consultum per Ang. Franc. Cur.

¶ Eligere regẽ. Vide Io. an. in c. fundamẽta. de elec. in vj. in nouel. Bal. in tit. de pace constant. in verbo nos romanorum.

¶ In distinctiõe. Addtu & vide circa distinctionẽ & vnionẽ prouinciarum pulchrè per Bar. in l. j. C. de metro po. berito. lib. xj. Cur.

¶ Vnũ oppidũ. Adde idem si plures populi vellent facere vnam cõgregationẽ in noe ciuitatis. ita Bald. in extrauagant. de pace constan. in versi. nos romanorum. Cur.

¶ Ad æmulationem. Vide latè hic do. Iaf. cui inquantũ dicit de construente molendinum, adde Alex. cõsi. lxxvij. adde quid in vendẽte ad æmulationem. vt puta quis habet partẽ castri i quo habet iurisdictionẽ. An illã vendere potest ad æmulationẽ alicuius? Bal. dicit qđ non in l. j. C. qui testa. fac. poss. Sed Ang. ibi tenet contrariũ dicẽs esse casum in l. cũ in meo. ff. de ser. vrba. prædio. Franc. Curt.

ber.& nor.per eundem in c. dilecti.de maio.& obedi. Facit ad primũ.l.j.§. si inops.
6 si quis à paren.fu.ma. † In tex.ibi:[dum dicit dñia distincta.]scilicet rerum immobilium,nam mobiliũ,quę cælo,terra, mariq; capiuntur,videnẽ fuisse distincta iure naturali primæuo:vt in c.ius naturale.distin.j.& dixi ī §.ius naturale.s.e.l.j. Quid autẽ sit dñium, & quotuplex sit, vide per Bar. in l. si quis vi.§. differentia.de acqui. pos. In tex.ibi:[agris termini impositi.]
e qui debẽt esse notabiles in distinctione [e] prouinciarum & territoriorũ:,vt not.in c. ex literis.de probat. in nouel. & vt plurimum solent distingui per flumina, & ita esset præsumendũ in dubio, si aliter non constaret. In tex. ibi, [ædificia collata.] s. simul iuncta, ex qua collatione resultat
7 cõstructio ciuitatis,castri,vel villæ. † Etiã per hunc tex.dicit Guli.de cu.& Bar.plenius in l.sodales.ff.de colle.illici.q vniuersitates ciuitatis,castri,vel villę,sunt approb batæ de iure gentiũ regulariter.& ĩõ si v-
f nus populus vellet facere vnũ oppidum, [f] posset absq; licentia superioris in loco p,prio,nõ in alieno:licet alia collegia, & cõgregationes regulariter sint reprobatæ: nisi appareant approbatę secundũ Inn.in c.cum ab ecclesiarũ.de offi.ordi.qui dicit, q si tot homines quot sunt Romæ congregarent se in aliquo loco ad faciendũ oppidum,nõ possent facere sine licentia superioris. Hoc tñ qđ dixi,verum est,nisi face
g rent ad emulationẽ [g] alterius ciuitatis,vel oppidi.vt no.idẽ Inn.& bñ in c.Pisanis.de resti.spol.circa fi.& per l. quicunq; castellorum.C.de fun.limi.lib.xj. siue xij. & per
8 l.qui opus.ff.de oper.publi. † In tex.ibi: [d] [obligationes.]s.naturales,s.oriẽtes ex cõtractibus: sed, an ex delictis oriatur obligatio de iure gentiũ? gl.tenuit qđ non.in ſtit.eo.tit.in §. ius aũt gẽtium. quia oritur
e ex consensu : & delinquens delinquendo sentit obligari.tu dic contrariũ secundum doct.quia delinquens videt consentire in pœna legali: vt l.j.§. bestia.ff. de postu.& quia naturalis obligatio nõ semper oritur
f ex consensu,sed ex naturali æquitate iurisgentiũ:vt l.hoc amplius.§. his natura debet.de reg.iur.propter qđ dicimus, ex sententia condẽnatoria naturalem obligationem oriri,licet condẽnatus non cõsentiat ex illa æquitate iurisgentiũ, vt magistratibus pereamus,vt ff.eod.l. veluti. & plenè
g not.in l.Iulia. de condicti.indebi. Subest aũt æquitas iurisgentium delicta puniri: vt l.si à te.§.quod vulgo.de fideiusso. & l.
9 bona fides.ff.depo. † In gloss.quæ incipit imò ibi, directa ab vtilibus. Not.glo. quòd vtile dominium fuit inuentum de iuregentium.quidam tenent contrarium, quòd imo de iure prætorio , quòd pro eo dat vtilem actionem: vt infrà de rei vendica.lege superficiario. cum l.sequenti. Primam puto veriorem:quia vtile dominium est quædam seruitus rei. vt leg.si tibi homo. de legatis j.in fine. & seruitutes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pauli de Castro prima super Digesto Vet.

2 ¶ Antidora dicitur obligatio domin⁹. Ita ponit multos effectus hic, inter quos est secundus, quod donatio remuneratoria non revocatur propter ingratitudinē. adde qđ ita tenet Lud. cōsi. xxvj. tertius effectus, q donatio remuneratoria valet inter virum & vxorē, adde & amplia q̄ etā valet inter clericū & concubinam. vt consuluit Anch. consil. ccxlviij. sextus effectus, q obligatio antidoralis est potens ad simoniam. adde gl. in c. quod pro derit. lxj. distinc. viij. effectus, q prælatus potest res ecclesiæ alienare gratia remunerandi. adde Oldra. consi. ccviij. & ibi vide. vndecimus effect⁹ dum concludit, q minor cū decreto rē immobilem donare pōt, vbi alias non posset vt hic latius per eum. Adde quod idem voluit consi. cxcix. vltra medium. xv. effectus, quod si obligatio ad antidora deducitur in pactum, contrahitur vsura. adde Lud. ro. consi. cccc. incipi. summarius qōnis. in j. columna.

fuerunt inuentæ de iure gentiū: vt inst. de vsu & habi. §. fi. licet prætor pro eo det vtilem actionē. quia actiones nō fuerunt inuentæ de iure gentiū: vt in alia gl. Quidā tamen vltramontani dixerūt, quod no erat dare vtile dominium. quia non est nisi vnum, scilicet directū, nec in aliquo text. reperitur mētio de vtili dominio, licet reperiatur de vtili actione in rē. sed ista possunt simul stare, q̄ quis habeat actionem vtilem in rem: & tamē nō habeat aliquod dominium, vt patet in eo cui ceditur rei vendicatio vt notat in l. si culpa, infrā de rei vendicatione. Barto. ista reprehendit in d. l. si quis vi. §. differentia. de acquiren da poss. per l. j. §. fin. de aqua plu. arc. vbi per prescriptionē acquirit vtilis seruitus. ergo in reb⁹ corporalib⁹ debet acqri vtile dominiū. & per l. possessores. C. de fun. patri. lib. xj. vbi tex. appellat emphyteutā dominum, & constat, q̄ non est dominus directus. ergo est dare, q̄ alius sit vtilis. ego allego tex. simile in auth. si verò tēporalis. C. de hæreticis. vbi fit mentio de duplici dominio eiusdē rei. sed cōstat, q̄ nō possunt esse duo domini directi insolidū. vt l. si vt certo. §. si duobus. j. commo. ergo vnus est directus, & alter vtilis. reprehendit in d. l. si quis vi. §. differentia. de acquisi. posse. †In glo. ibi, in si. item nonne etiā iure ciuili. sed dic, quòd dominiū & eius substantia fuit inuenta de iure gentiū, licet modi acquirendi quidā fuerint inuenti de iure ciuili, vt sunt illi de quibus tra-

11 ditur in gl. Et est similis gl. in l. j. de acq. re. do. quidam verò de iure gentiū. & illi habent in toto illo tit. q multi sunt. † In gl. ibi, [itē per arrogationē.] dic, q̄ cū quis dabat se in arrogationē, dñiū omniū bonorū suorū ipso iure trāsferebat in arrogatorē: sicut eius persona transferebatur in suā potestatē, absq̄ apprehēsione possessionis: quod fieri nō poterat, nisi authoritate iuris ciuilis. cū de iure gentiū requirat apprehensio: iux ta illud, quicquid calcauerit pes tuus, tuū erit: quinimo etiā possessio quam habebat arrogatus transferebat absq̄ actu corporali arrogatoris. vt l. si adoptauero. j. de precario. licet de iure gentiū requirat corporalis actus: vt l. vltima. in prin. de acqui.

12 pos. †In gl. ibi, itē per sententiā condemnatoriam in rei vendica. secuta tamē traditione & non aliter. vt not. inst. de offi. iudi. §. fi. & per Cy. in l. j. c. communia vtri. iudi. & per glo. & Bart. in l. Pomponius. §. si iussu. de acqui. poss. Nā si egi rei vēdica. ad rem, quæ erat tua re vera, & iudex per iniqua sententiam declarauit meam esse, & cōdemnauit te ad restituendū, licet restituendo nō intendas trāsferre dominiū: quia nō tantū das eam vt tuā, sed vt meā, & vt pareas sententiæ, nihilominus transferi propter authoritatē sentētię. & hoc ex dispositione mera iuris ciuilis: quia regulariter secus, ꝑm æquitatē iuris gentium: quia nō adest voluntas: & ideo, q̄ tradidit rē suam nō vt suā: sed tanquam eius cui tradit, dñium nō trāsfert. l. iij. §. subtilius. de cōdi. ob causam. Per sententiā verò absolutoriā nō transferē dñium, si res erat mea & fuisti absolutus: quia nō probaui vel quia fallo probalti esse tuā, nō solū acquiris exceptione rei iudicatę: verū etiam dominium. vt l. ex pretio. & ibi not. de excep. rei iudi. & ideo si res ad me reuertereť, & eam à me vendicares in primo casu qñ fuisti absolutus, quianō ꝓbaui, possem nunc probare & te excluderē, per ea quæ habent in

13 l. Iulianus. de cōdi. inde. & l. sed si possessori. de iureiu. † Vltimō videť dicendū, q̄ si aliquis habet dñium ex istis modis iuris ciuilis, princeps de plenitudine potestatis, sibi potest auferre: licet quādo habet per modos iurisgē. secus nisi ex causa publicę vtilitatis vt l. item si verberatum. §. j. de rei vendi. & l. Lucius. de euic. & no. ꝑ Inn. in c. q ecclesiarū. de cōsti. & per doct. in l. fi. si cōtra ius vel vti. publi. C. qđ facit ad id, quod quotidie accidit: quia quidā comites palatini habent potestatē legitimandi post mortem patris naturalis, etiā si sit adita hereditas vt licet agnati adiuerant: & sic habeant dominium, quia tamē habent de iure ciuili: vt in fi. istius glo. quia aditio est de iure ciuili, & transfert dominum sine po. fessione. Quod auferatur eis dominium, tetigi in l. Gallus. §. & quid si tantum. de libe.

14 & posthu. †In glo. quæ incipit: [sed actiones sunt de iure ciui.] hæc vera. licet quidam tenuerint, quòd sunt de iure gent. per l. rerum quidem. j. rerum amo. Respōdeo, vt ibi not. in gl. & probatur: quia si esset de iure gen. actio tolleretur ipso iure per pactum de non peten. sicut tollitur naturalis obligatio. tamen hoc nō est verū: quia nō tollit, sed elidirur sicut ciuilis ob

15 ligatio, vt l. si vnus. §. pactus ne peteret. j. de pact. † Sed an ex contractibus iuris gen. oriatur ciuilis obligatio: quidam q̄ nō vt dicit hic Cy. ego allego tex. in contrariū in l. ius gētium. §. & non puto. j. de pact. vbi dicit ex cōtractu innominato post implementū oriri ciuilem obligationem: & tamē cōstat, quòd ille contractus est de iure gentiū, sicut cæteri, de quibus hic. Præterea sola naturalis non posset actionē parere: sic ecōtrariò ex contractu ciuilis iuris, vt est stipulatio, oritur naturalis

16 propter cōsensum: vt l. si fideiussor. j. de cōdi. inde. † In fin. gl. a ibi. [& obligatio ad antidora.] a quę nō impedit repetitionem soluti per errorē.]semp no. istā gl. quæ sempallegat de ista obligatione ad antidora, q̄ est vt beneficiētibus nobis bñfaciam⁹. & dicit hæc naturalis, quæ oritur ex iure naturali prout est cō mune cum animalibus: quia videmus hūc instinctū esse in eis, vt patet in cane. & in hoc differt ab obligatiōe naturali. de qua hic, quę nō oriť ex illo iure: sed de iure gentiū. & est efficacior quā prima: qa facit adeo censeri debitū, q̄ si per errorē iuris solutū sit, tanquā efficax debitū, cū non sit, nō potest repeti: secus si per errorē facti. C. ad leg. Fal. error. sed obligatio ad antidora nō facit adeo debitū, vt si soluať tanquā debitū etiam per errorem iuris non solū facti impediať repetitio: hoc vult ista gl. licet secus si ex certa scientia: quā glo. not. & dicit gl. nō semper, quod intellige, quia interdum impeditur quando illa obligatio ad antidora est redacta ad præstandum necessitatē, officio iudicis nobili. vt illa, qua tenet libertus patrono ad obsequia. de hoc articulo vide in §. libertus. in l. si non sortem. de condi. indebiti. in l. in testamento. §. j. de fideiussoribus. per doct.

Repetitio Pauli de castro L. ex hoc iure.
De Iustitia & iure.

2 ☞ *Omne ius ciuile quo utimur uel pertinet ad personas uel ad res uel ad actiones: ita etiam operationes iurisgentium sunt hoc modo tripartitæ.*
3 *Nomen generis, restringitur per actionem ſſ. ecclesiarum.*
4 *Bella quo iure introducta sint? & nu. 7.*
Bellum quod indicitur à populo Romano uel imperatore, est licitum. & quid sit licitum bellum? & nu. 6.
6 *Interficientes aliquem in bello licito, quando delinquant uel non, nec teneantur in foro conscientiæ?*
7 *Propulsatio iniuriæ seu defensio uoluntaria quæ sit, & quæ necessaria?*
8 *Bellum committitur uel pro defensa aut pro offensa, seu pro gloria uel imperio.*
Omne agens, in agendo repatitur.
Defensio est de iure naturali: & an de iure diuino?
9 *Bellum ad offensam nullo iure est licitum? & quando sit licitum? & quid in subditis qui de mandato superioris præliantur.*
10 *Quid de bello, quod fit pro gloria & Imperio?*
Quilibet populus uel dominus liber, uel pro libero se gerens, potest contra alium mouere bellum de iure gentium, ut ipsum subijciat suæ ditioni.
11 *Prouinciarum distinctio, quod sit quadruplex: & illa quæ sit per idiomata penitus diuersa, fuit introducta de iure gentium: & an duæ ex illo posint uniri. & nu. 12.*
12 *Distinctio prouinciarum quæ sit per præsidatus, est de iure ciuili.*
13 *Distinctio prouinciarum quæ sit per archiepiscopatus, fuit de iure canonico introducta.*
Distinctio prouinciarum si fit per usurpationem & consuetudinem, ut sunt ciuitates non recognoscentes superiorem de facto: tunc quælibet ciuitas cum suo territorio, reputatur una prouincia.
14 *Verbum prouincia si simpliciter profertur, de qua intelligatur?*
15 *Regna quo iure sint condita? & nu. 16.*
16 *Quòd quatuor fuerint imperia seu monarchiæ. scilicet orientale seu babilonicum: meridionale: seu macedonicum: septentrionale seu africanū, & occidentale seu Romanum.*
17 *Qui populi posint sibi regem eligere?*
18 *Ciuitates uel castra propter eorum impotentiam & negligentiam Imperatoris in regendo, & ea castra gubernando possunt se subijcere alteri ciuitati maiori & potentiori, ut regantur & protegantur nec committunt crimen Imperij.*
19 *Dominia an sint de iure gentium distincta, an de iure diuino: & an inuenta de iure naturali*

naturali? & nu. 20. & 23.
20 *Dominium utile processit à iure gentium, sed respectu nominis dicitur de iure ciuili. & nume. 21.*
21 *Dominium utile quibus modis acquiratur?*
22 *Quasi dominium competens præscribenti tantum, quòd sit de iure ciuili, & detur ei publiciana, quæ secuta præscriptione consumitur, & cōuertitur in utile dominiū.*
23 *Quid in seruitutibus, pro quibus competit confessoria?*
24 *Termini, qualiter de iure gentium sint agris positi?*
Terminj quando ueniunt ad terminationem prouinciarum seu iurisdictionis, an possint præscribi? sicut si ad distinctionem dominiorum.
25 *Aedificiorum constructio & eorū coniunctio adinuicem per ambitum & circuitum murorum, & nomen ex his resultans quòd fuerit inuenta de iure gentium.*
26 *Ciuitas qualiter & à quibus olim poterat de iure gentium construi? & quæ requiran tur hodie ut dicatur ciuitas & habeat priuilegia ciuitatis? & si in alieno construitur qualiter posit destrui? & nu. 27.*
27 *In his quæ memoriam hominum excedunt, sufficit probatio per coniecturas.*
28 *Verbum commercium, quid importet?*
29 *Emptio & uenditio quo iure introducta, & quid de locatione & conductione?*
30 *Matrimonium prout est coniunctio corporum, est de iure naturali: sed prout est coniunctio animorum, est de iure gentium.*
31 *Quid de contractu dotis?*
Quid de contractibus innominatis?
Quid de successione hæreditaria?
Quid de quasi contractibus?
32 *Obligationes & actiones, quo iure fuerint introductæ? & nu. 33. & 38.*
33 *Seruorum status an fuerit de iure gentium annihilatus, & qualiter de iure ciuili?*
34 *Obligatio ex maleficio, quòd sit tam de iure naturali quàm gentium.*
35 *Quid de obligationibus ex quasi maleficio?*
36 *Quid in obligatione antidoralitur beneficientibus beneficiamus: & quid in alijs naturalibus: & quando impediant repetitionem soluti per errorem? & nu. 37.*
37 *Si aliquis aduocatus patrocinatus est in causa alterius aduocati gratis, deinde alter aduocatus patrocinetur in sua: qualiter fiat compensatio?*
38 *Obligatio ciuilis in quibus consistat?*
39 *Omnia quæ inter homines geruntur, quòd fuerunt quasi inuenta à iure ciuili.*
40 *In cōtractibus iuris gentiū sicut inest non solū naturalis obligatio sed etiā ciuilis per modum substantiæ: quòd etiam in cōtractibus turis ciuilis, sit naturalis obligatio.*

LEX V.

1 EX hoc iure. †Lex ista nō itelligit vltra ea quę in superioribꝰ. II. dicta sunt, ꝑ alia fuerūt introducta de iure gen. quę. l. ista enumerat quorū aliqua respiciūt ꝑsonas: aliqua res: aliqua actiones. h. d. Diuide in quatuor partes. primò ponunť tria, quæ respiciunt ꝑsonas vsq̄ ibi: [dñia distincta.] Secūdò alia tria, quę respiciūt res vsq̄ ibi. [cōmerciū.] Tertiò quædā alia quæ respiciūt cōtractus & obligatiōes: & ꝑ cōsequēs actiones vsq̄ ibi: [exceptis.]
2 Quartò in qua excipit à ꝑdictis. †No. ꝑ sicut omne ius ciuile quo vtimur, vel ꝑtinet ad ꝑsonas, vel ad res, vel ad actiones. vt j. de statu hoīm. l. j. ita & operationes iurisgentiū sunt etiā hoc
3 modo tripartitę. vt hac. l. †Itē no. in verbo cōmerciū, quod exponiť, id est ꝑmutatio, quod nomē generis restringiť per adiectionē specierū. facit. j. ꝑ soc. l. sed si adijciā. Veniamus nūc ad
4 singula discutiēda, ꝑsequēdo ea ꝑ ordinē cū glossis suis. †Capio primò & opp. ꝑ bella nō debuerint introduci de iure gentiū, qa sunt mala cū ex eis cædes, incēdia, & oīa mala oriant. j. ad le. Iul. de vi pub. l. qm̄ multa facinora. in authē. de armis. in prin. ergo nō debuerūt introduci à iure gētiū. C. vñ vi. l. memi nerint. cū ipsum sit semp bonū & æquū: & sic ius naturale: qa ipsum naturale dicit: vt j. e. l. pen. & isti. de re. diui. §. singulorū. & sic nō debet ꝑducere mala. Timore huiꝰ facta est gl. quę intelligit istā legē de bello licito. quasi dicat, contrariū loquiť
5 in bello illicito, sed lex ista in licito. †Sed tūc q̄ro, quid sit licitū bellū: gl. rūdet q̄ est illud, quod indiciť à pop. Rom. vel Imperatore. Itē illud, quod indiciť ad iniuriā propulsandā. vt §. eo. l. vt vim. & de his loquiť hæc lex. sed ista gl. videť malè loqui in omni parte sui: & primò, quia etiā ex bellis licitis prędicta mala oriunť: sed rūde, sustinēdo glossam qa tunc nō debēt alia generalia cōsiderari, eò quia in cōsequentiā veniūt. sed cō siderandū est, quod principaliter agiť, scilicet bellum licitū iuxta not. j. si cer. pe. l. si quis nec cām. & per Cy. & Iac. but. C. de dolo. l. cū proponas. facit. j. ne quid in loco publico. l. ñ. §. item Labeo. de acqui. rerū domi. l. si is, qui aliena. §. quod si seruus.
6 ibi, nec ea propter. †Ex quo sequiť, q̄ interficientes aliquem a
a in bello licito, non delinquunt nec tenētur in foro cōscientiæ cum faciāt. l. permittente. ad hoc. C. de his qui ad ecclesiā cōfugiunt. l. si seruus. in fin. vbi casus, quod est a verum, nisi intentio occidentis esset prava, furore vel iracūdia plena. xxxiij. q. j. c. quid culpatur. scilicet nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, implacatus animus atq̄ implacabilis feritas rebellandi. hæc enim sunt quę in bellis iure culpātur. Sed videtur gl. malè dicere: quia populus Ro. & Imperatores eius fuerunt dudum post inuentiones iurisgentiū. vt patet in l. proxima, ergo hîc non loquitur de bellis introductis à populo Ro. Sed dic sustinēdo gl. q̄ capit populum Romanum pro quolibet superiore. Nam de iure, bella non erant, nec sunt licita, nisi fierēt, vel fiant cū authoritate superioris: si bellantes superiorem habēt de iure & de facto: similiter b
nec de iure diuino, quod fuit ante populū Roman. vt ex dicto c. quid culpatur. dum dicit siue Deo siue aliquo legitimo impe
b rio iubente. Tria eim sunt, quæ faciunt bellum licitum, b authoritas principis vel ecclesiastici, quando pugnatur pro ecclesia, vel secularis, quando pugnatur pro temporalibus. vt dic. c. quid culpatur. & eadē causa, qōne ij. c. j. Item iusta causa. si illi contra quos bellū mouetur ex aliqua culpa, hoc meruerint: vt eadem causa. quæsti. ij. c. Dominus deus noster. ibi dum dicit, quę vlciscuntur iniurias. Tertium est, intentio recta vt bonum promoueatur, & malum euitetur: vt d. c. quid culpatur. & c. militare. Tertiò, videtur gl. malè dicere quia de bello indicto ad iniuriam propulsandam dictum fuit ꝺ. eod. l. vt vim. ergo hæc lex non debet intelligi de illo, ne sit superflua, cuius contrariū glo. dicit. Solu. sustinendo gl. dico differentiam esse inter propulsationem iniuriæ, quę idem est quod defensio, de qua loquitur lex, vt vim. & bellum indictum pro iniuria propulsanda, de qua potest loqui hæc lex: sed glo. facit talem, qualis est inter de
7 fensionem necessariam, & voluntariam. †Nam propulsatio iniuriæ seu defensio dicitur propriè, cum fit in eo actu quo qs offenditur, & ab alio repetitur: & hæc est necessaria defensio. Bellum verò pro iniuria propulsanda, dicitur cum quis actualiter non offenditur, sed verisimiliter offendi dubitat. nam non debet expectare offensam, sed se præparare & offendere ne offendatur. iuxta ea quæ not. in l. j. C. vnde vi. per gl. & doc. Simile habemus in defensione iudiciaria: quia quędam est necessaria, quædam voluntaria. iuxta nota. in c. cum inter. de exceptper Inno. & de ope. nouí nuncia. l. de pupillo. §. j. per Bar. & patet eadem l. §. penul. & fi. sed Iaco. But. dicit hic, quòd bella processerunt à iure gentium, non inuentiuè, sed occasionaliter. quia ius gentium introduxit dominia, & sic meum, & tuū: tunc diuisio regnorum orta est, ex quibus emanauerunt bella etiam illicita. sic ergo soluitur contrarium primo formatum, secundum eum, quòd à iure gētium, cum sint bella, nulla mala possunt. Nam omnia mala fere ex bonis principijs orta sunt. sed eius dictum non placet. primo propter dictionē ex: hîc posita quæ signat causam proximam immediatā: vt l. j. §. ex incendio. de incen. rui. & naufra. & not. in l. j. C. si seruus extero. Item propter verbum, introducta, positum in tex. per quod patet, q̄ inuentiuè processerunt à iure gentium. si enim occasionaliter nō diceretur ab ipso introduci, sed propter introducta ab eo euenire. Quòd autem iniusta bella, non fuerint introducta à iure gentium, videť probari ex alia. pone qa ius gentiū diciť instinctus naturalis ex rōne prouenies: vt not. j. distī. c. ius naturale. sed bellum irrationabile non prouenit ex tali cā instincta. imo sunt contraria: quia si mouereť quis ad bellandū ex ratione, non diceret irrationabile. Vnde tunc magis moueretur quis, ex sensualitate ꝙ ex ratione ad tale bellum. Pręterea talis instinctus irrationabilis, nō diciť ius, sed nephas: vt l. vt vim. ꝺ. Diceret aliquis si hoc est ꝑ bellū rationabile prouenit ex instinctu sensuali, nō rationabili, ergo erit de iure naturali, cū illud sit instinctus ex sensualitate, pueniens: quem cōem habemus cum omnibus animantibus. vt l. j. §. ius naturale. ꝺ. eod. & not. in d. c. ius naturale. quod erit multo peius dicere: quā quod sit de iure gentiū. cum ius naturale semper sit bonū & æquum.

¶ Interficiens aliquē in bello iusto, nō tenetur in foro cōscientię. Adde de hoc & dic vt per Inn. Io. an. & do. in c. petitio. de homici. Et adde ꝙ in bello iusto licet fraudare inimicum. ita Inn. in c. sicut. el ij. de iureiu. & in c. cum olim. el j. de resti. spol. Item pōt implorari auxilium ab infidelibus, put fecerunt machabei, vt habetur primo machabeorū. Et dicit Abb. quē vide in c. sup his. de voto & voti redēp. Et vide Oldr. in consil. lxvij. Cur.

¶ Et etiam. Quę sunt ꝙ faciunt bellū iustū. Adde hic quæ notaui s. in lec. in j. col. Curt.

Universidad de Navarra Biblioteca

2 ✣ Et adde etiã q̃ triplex quoque bellum esse dicit, vt pulcherrimè tradit̃ per do. Bal. in l.j. C. de seruit. & aq. co. penu. Et ad hoc quod hic subijcit q̃ triplici iure prima belli hic species, permittitur, adde quæ tradit̃ Paul. in consil. xxxiij. Et adde, an liceat christiano vti infidelium auxilio in bello, per Old. consil. lxxj. adde tamen quod Dauid nõ recusauit auxilium Archi filistini, vt ad Israelitas bellãdi causa prodiret. argu. per cap. xxix.

vt l. penultima. ff. eodem. Ad hoc respondeo, quod concupiscentia quando stat in terminis suis, semper est bona. vt patet in instinctu coitus. Si verò instinctus ille egreditur terminos, tendens ad ea quæ prohibita sunt propter bonos mores, vt ad concubitum adulterinum, vel nepharium: tũc depraua tur à volũtate corrupta & depraua ta. & tunc licet respectu initij sit de iure naturali, respectu tamẽ adiuncti est cõtra ius, & potius dicitur nephas. ita intelligo quod nota. in l. j. §. ius naturale. ff. eo. in gloss. quæ incipit, id est cõiunctio. Hęc autem depraua tio non potest esse in animantibus brutis, in quibus non adest voluntas nec intellectus: sed solum sensualitas: vt in l. j. ff. si quadrupedes pauperiem fecisse dicãt. sed in hominibus sic: in quibus adest voluntas, & intellectus, & ratio, vnde si voluntas nõ ducitur à ratione, quæ est propria hominis: sed à sua sensualitate, damnatur sensualitas in homine, quæ in animalibus brutis non damnatur: & sic bellũ iniustũ prouenies ex sensualitate in homine, nõ dicit̃ prouenire ex iure naturali, cũ sensua-
3 litas sit damnata vt dictũ est. † Pro declaratiõe ergo huius argumenti notandũ est q̃ bellum tripliciter cõmittitur. aut pro defensa, aut pro offensa, aut pro neutro istorũ, sed pro gloria vel imperio. Primò potest dici tam de iure gentium quã ciuili, quàm etiam de iure diuino diuersis respectibus. Nã aut consideramus inclinationẽ: & illa est de iure naturali: quoniam ex principijs naturalibus cuilibet enti natura creata & insita est naturalis inclinatio ad exclusionem cuiuscunq̃ repugnationis seu naturali dispositiõi, & ad defensionẽ sui, vt patet in animalibus brutis. ff. si quadru. pau. feci. di. l. j. §. cũ arietes. & in rebus insensatis. nam passus resistit agẽti, & reagit in ipsum ad finẽ cõseruationis sui. hinc est, q̃ omne agẽs in agẽdo repatiẽ secundũ Aristotelẽ. Vnde iura dicũt, q̃ defensioest de iure naturali. ff. ad leg. Aquil. l. iij. in princi. & l. scientiã. §. qui cũ aliter. cũ gl. quæ dicit defensam esse permissam à iure ciuili, eoipso, q̃ nõ est prohibita: quasi dicat permissa est per alia iura. patet etiã in c. ius naturale. de. j. distin. vbi repulsio violentiæ ponit̃ inter ea quæ sunt de iure naturali. Itẽ patet in clemẽ. pastoralis. de re iudi. Aut nos cõsideramus rectitudinẽ dicti instinctus, quæ prouenit à ratione. & illa est de iure gentiũ. cũ ratio sit cõmunis solis hominibus & nõ brutis. & isto modo sumit̃ in l. vt vim. §. eo. vt dicat̃ de iure gentiũ sumpta appellatiõe ab eo, q̃ dignius est. Aut nos cõsideramus confirmationẽ, & approbationem defensionis per respectũ ad animã, vt ex ea nõ maculetur. & ista est de iure diuino, vt patet in clemẽ. si furiosus. de homicidio. vbi de iure canonico permittit̃ talis defensio, nec incurrit̃ aliqua irregularitas ex homicidio in eo cõmisso. multò ergo minus cõtrahit peccatũ, cum facilius contrahat̃ irregularitas. quia etiã propter culpã vt ibi not. Si ergo permissa est de iure canonico similiter de iure diuino, cum ius canonicum subalternet diuino, & tẽdat ad eundẽ fi. videlicet in adoptione æternæ beatitudinis: & quod esset̃ inhibitũ de iure diuino, nõ permitteret̃ de iure canonico. Ad hoc autẽ, vt sit licitum dictum bellũ, requiritur authoritas superioris si adest vt §. dixi. & not. per Inno. de resti. spol. c. olim. secus si nõ adest. l. si aliq. §. est & alia & quod ibi not. & quod vi aut clã. Simile videmus in seruitute quæ licet sit de iure gentium vno respectu quia ab ipso inuẽta: tñ alio respectu dicit̃ de iure ciuili, propter multa quæ statuta sunt in ea per ius ciuile. vt not. ff. de his, q̃ sunt sui vel alie. iur. l. j. in gl. super ver. iuris gentiũ. Ex his patet qualiter intelligit̃ gl. in l. vt vim. §. eo. quæ dicit iure fori nõ cæli permissam propulsationẽ iniuriæ. Nam inquantũ dicit iure fori permissam, debet intelligi modo, quo §. dixi. scilicet quo ad specificationẽ rectitudinis quæ sit iure fori, id est, de iure positiuo siue ciuili: sed primũ est de iure naturali & gentiũ. Itẽ quãtũ dicit nõ cæli nõ bene dicit. vult enim, q̃ de iure diuino non sit permissa: quod est falsum vt suprà dixi, & patet ex dicta clementi. si furiosus. de homi. Item patet, quia de iure diuino licitum est defendere proximũ à morte. xxiij. q. iij. ipsa pietas. & c. dissplicet fortè semetipsum cũ dilectio proximi includat dilectionẽ sui. Et sicut est charitas in diligẽdo proximũ, ita in diligendo seipsum. C. de serui. & aqua. l. præles. Defensio ergo suipsius tẽdit in charitatẽ: igit̃ de iure diuino permissa, cuius præcepti finis est charitas: de pœni. distin. j. charitas est vt mihi videt̃. Et si dicat̃ quare ergo repulsio in iure nõ numerat̃ inter ea, q̃ sunt de iure naturali, sicut & matrimoniũ, qđ quantũ ad cõiunctum est de iure gentiũ, & bene numerat̃ inter ea, quæ sunt de iure gentiũ, ratione copulæ carnalis: facta denominatione tanquã ab antiquiori iure: vt l. j. de acq. re. domi. d. l. j. §. ius naturale. §. eo. ibi quem matrimonium appellamus. Respondeo in dicto §. ius naturale. capitur matrimonium prout est cõiunctio maris & fœminæ. non prout est coniunctio animorum, vnde nõ loquitur de initio propriè loquendo, quod fit solo consensu. l. nuptias. de regulis iuris, vel dicendum, quòd illud relatiuũ, quem facit impropriam relationem, scilicet non ad coniunctionem corporum de qua primò dixerat: sed animorum sicut ibi: Mulier damnauit quæ saluauit secundum Iacobum but.
9 circa finem huius l. † Circa secundum de bello, quod sit ad offensam illud nullo iure est licitum: quia non ius sed nephas dicitur. vt l. vt vim. suprà eodẽ. Aliquando tamen permittitur à iure ex causa. C. vt liceat sine iud. vindi. l. j. vnde & valent statuta, quòd bannitus possit occidi. Item intellige, quòd sit licitum respectu principaliter bellantis. Subditi verò qui de mandato superioris bellant, etiam si sit iniustũ respectu superioris, non dicuntur iniustè bellare sed iustè: vt dicto c. quid
10 culpatur. xxxiij. quæstione j. in fine. † Circa tertium bellum, quod fit pro gloria & imperio non animo defendendi vel offendendi principaliter, sed animo subiugãdi: quem casum doctores non considerant: dico, quòd tale bellum de iure naturali non est: quoniã talis instinctus non est apud animalia ratione carentia. Itẽ nec de iure diuino inspecto principio iuxta illud, nec q̃ sitis dominantes: sed forma facti gregis ex animo, vt habetur prima Petri. v. xlv. distinct. c. ex his. xxciij. distinct. dictũ. xcv. distin. & patet in d. c. qđ culpat̃. ibi, dũ dicit libido dominãdi: sed dic, q̃ est de iure gentiũ ex naturali instinctu inhęrẽte hominibus. c. quenit. q. initinct̃ licet quo ad metũ animæ nõ sit probalis, qa nõ tẽdit ad illũ finẽ. quo tñ ad mores gentiũ probabilis est: vnde inquit Tullius in libro de officijs. Quod in maximis animis splẽdidissimis q̃ ingenijs plerunq̃ existũt honoris, imperij, potẽtiæ, & gloriæ cupiditates. Et licet ex pte principij circa bella nõ sint probata de iure diuino, vt dixi: ex parte tñ finis possunt approbari. ff. si post subiectionẽ sequitur iusta & recta dominatio. prout patet in imperio Romano, qđ per vim & violentiã creuit & libidinẽ dominãdi: & tñ à Deo postea probatũ est, vt in euangelio: Reddite quæ sunt Cęsaris Cęsari: & patet in c. solitæ. de maioritate & obedientia. Aliqñ ex parte principali tale bellũ potest esse licitũ de iure diuino, si gereretur per christianos contra infideles iuxta notata per Innocentium de voto. c. super. sed tunc potius tendit ad charitatem, quàm ad gloriam. scilicet vt reducant ad fidem. Ex quibus sequitur ista conclusio, quòd quilibet populus vel dominus liber, vel pro libero se gerens, potest contra alium bel-
a lare de iure gentium, vt ipsum subijciat suæ ditioni. de talibus bellis [a] propriè loqui potest l. nostra. & cessat contrarium primo loco formatum. Capio secundum verbum, dicitur hic di-
11 stingue gentes &c. † Oppo. extra gloss. quòd distinctio prouinciarum seu gentium non fuerit introducta de iure gẽtium. qa si hoc esset, nõ posset distinctẽ tollere, vel cõfundere vt patet in l. pro. & instit. eod. §. sed naturalia. cuius contrarium est verum, quia imperator tollit de duabus prouincijs faciens vnam. in authen. vt iudi. sine quoquo suffragio. §. illud tamen. & de vna faciens duas. ff. de alsess. l. si eadem. plenè nota. C. de metropo. li. xj. l. vnica. Dicunt quidam non sequitur, Imperator potest diuidere & vnire. ergo non sunt de iure gentium. Respondeo hoc non placet, quia vniendo prouincias confunderet ex toto, quando non videtur posse, vt in contrarijs. Ideo dic melius, quod distinctio prouinciarum est quadruplex, quædam quæ fit per idiomata penitus diuersa. vt Francia, Anglia, Alemania, Italia, & ista fuit introducta de iure gentium. & ita sentit glossa, hic exemplificando & respectu huius distinctionis Italia non dicitur simpliciter

pliciter prouincia, sed prouinciarum domina. vt not. C. sine cẽ iu vel reli. l. una. & istam distinct puto quòd Imperator tollere nõ posset, nec confundere, vt si vellet vnire Franciam cum Alemania: vel Italia ita quod ambæ appellarentur vno no-
12 mine, & in ista procedit contrarium. † Quædam enim est distinctio prouinciarum, quæ fit per præsidatus & ista emanauit de iure ciuili. Nã in vna de supradictis prouincijs poterãt esse plures præsidatus, qui prouincię dicũtur. vt ff. de offi. præsidis. l. illicitas. §. qui vniuersas. & l. cõgruit. & istas potest Imperator tollere de duabus faciendo vnam vel ecõtra. ita intelligo. ll. allegatas in contrarium: vnde posset Imperator vnire Tusciam cũ Lombardia, quia puto, q̃ ista esset distinctio præsidatus. & similiter papa posset vnire Marchiam cũ Ducatu, cum ipse sit princeps illarum prouinciarum in temporalibus.
13 † Quædã est distinctio prouinciarum quæ fit per archiepiscopatus, & ista fuit de iure cano. introducta de qua nil aliud ad nos. Quędam fuit per vsurpationẽ & consuetudinem, vt sunt hodie ciuitates Tusciæ non recognoscentes superiorem de facto. nam quælibet ciuitas cũ suo territorio reputatur prouincia vna. vt not. in l. fi. C. de præscri. long. temp. per glo. & doct.
14 † Quando autem istud verbum: prouincia, profertur simpliciter, de qua intelligatur, dic distinguendum esse an proferatur à l. ciuili, vel canonica: si à ciuili, refert in qua materia proferatur. Si enim in materia tributorum vel censuum intelligam primo modo. Si autem in materia cognitionis, vel iudiciaria, intelligenda secundo modo. Si vero à l. cano. distingue similiter in qua materia proferatur, iuxta quod vide quod no.
15 in c. coram. de elect. † Capio tertium verbum, dicitur hic, regna condita. Contra hoc exempla gloss. & docto. & videtur, quòd superfluat hoc verbum. nam regna fuerunt condita per vim bellicam, sed de bellis iam supra dixerat, ergo non expediebat repetere timore huius facta est gloss. hic, quæ intelligit de regnis conditis per electiones regum, quas gentes sibi fecerunt. vel aliter dic, quòd differentia est inter bella & regna condita, mediantibus bellis tanquàm inter causam & causatum. de primis dixerat in princip. de secundis potest intelligi hic, licet præcedens solutio sit bona. patet ergo, quòd hic potest loqui tam de regnis conditis per vim bellicam, quàm per
16 electiones. † Primo, fuerunt quatuor Imperia, seu monarchiæ, scilicet orientale, seu babylonicum quod fuit in Nino. Item meridionale, seu macedonicum quod fuit in Alexãdro. Item septentrionale seu africanum quod fuit in Carthaginensibus. Itẽ occidẽtale seu romanum quod fuit in Cæsare & Au-
17 gusto. † Potest etiam intelligi de regnis conditis per electiones vt dixi. & sic est notandum, q̃ populi liberi possunt sibi re-
a gem eligere. [a] Itẽ de his qui pluribus se gerũt, vt faciunt Venęti. Idem videtur de his qui subsunt Imperio negligẽte Impe-
18 ratore eos regere & gubernare. † Nã paria sunt nõ habere superiorẽ vel negligentẽ habere. ff. quod cuiusq. vniuer. l. j. §. quibus. in fi. & sic ciuitas & castrũ, minus potentia & ab Imperatore neglecta possunt se subijcere alteri ciuitati maiori, & potentiori, vt regantur & protegãtur, nec cõmittunt crimen Im-
b perij. sed ex necessitate quæ legem [b] non habet, & reddit actũ probabilem: vt ff. de manu. testamẽto. l. qui potuerũt. & etiam faciunt. l. permittẽte iure gẽtium vt hic. ergo &c. arg. de adul.
19 l. gracchus. † Capio quartum verbũ, dicitur hic: [dominia distincta.] opp. in gl. duob. mod. primo, q̃ dominia non fuerunt inuenta de iure gentium, sed de iure diuino, cũ in illo dicatur: non furtum facies. constat q̃ furtum non potest fieri, nisi in re aliena. vt ff. de furt. l. j. in fi. & sic erat dare dominium. Itẽ probatur per alias authoritates allegatas in glo. & si dicatur, non esse verũm, quòd de iure diuino fuerit aliquid proprium, imo contra omnia erant communia in d. c. ius naturale. ibi dum dicit communis omnium possessio. gl. dicit, q̃ illud debet intelligi, id est, communicanda tempore necessitatis. & hoc patet vltra gl. in c. sicut xlvij. dist. Gloss respondet ad hoc contrarium duobus modis. prima solutio est: & ista est bona vt fateamur, q̃ tempore, quo fuit conditum illud ius diuinum in quo sunt authoritates allegatæ in glo. & quo illa præcepta fuerunt data Moysi, iam erat adinuentum dominium, scilicet iure gentium, quod præcesserat. non ergo ius diuinum introduxit dominium, sed super introducto à iure gentium disposuit. Ex quo patet, quòd ius gentium fuit antequã a
dictum ius diuinum. Sed contra hoc opponitur, & ista oppositio fuit de mẽte gl. licet non expresserit. imò ius diuinum fuit ante ius gentiũ. Nam ius diuinũ capit̃ pro b
naturali. vt no. in stit. de obl. quæ ex delic. §. j. & §. e. l. j. §. ius naturale. in gl. j. Sed ius naturale fuit ante ius gentiũ, vt patet hîc in ordine tex. qa primo loco positus. Glo. voluit hîc contrarũ formare & nõ soluit. Tu dic, q̃ ius diuinũ quantũ ad propositũ capitur duobus modis. primo pro ipsa natura à Deo creata: & istud ius naturale est insitum animãtibus à natura sine aliqua cõstitutione scripta. & isto iure diuino nõ fuit introductum dñium. Secundo pro lege mosayca quæ fundata est super ratione naturali. & istud ius dicitur positiuũ. nec etiam isto iure fuit introductum dñium. Restat ergo q̃ fuit introductum à iure gentiũ, qđ fuit medium inter ista. & ita intel-
20 ligit gl. † Secundo modo soluit gl. q̃ hîc non dicitur dominia fuisse inuenta de iure gentiũ, sed distincta. possumus ergo dicere, q̃ fuerunt inuẽta de iure naturali primæuo, sed distinctio à iure gentiũ. & si dicatur quę fuit ista distinctio. glo. dicit q̃ fuit distinctio directi dominij ab vtili, & sic fuit respectu ipsius dominij. ex qua gl not. q̃ dominium vtile processit à iure gentiũ. quod est notandũ: de quo statim dicam. Alij verò tenentes eandem opin. q̃ dominium fuerit inuentũ de iure naturali, distinctio verò de iure gentiũ, intelligunt istam distinctionẽ aliter, s. respectu personarũ, & q̃ ista distinctio fuerit quædam diuisio. Nam de iure diuino dñium fuit inuentum in cõmuni, sed per ius gentium fuit diuisum, prout sibi occupauit. vt hæc pars sit mea, & illa tua. & hanc partem sic videt̃ sequi Bal. dicens q̃ tria sunt, quorum vnũ non est aliud, s. inuentio dominij, & ista fuit ab initio rationalis creaturę inspecto iure diuino seu naturali. Item distinctio dñij de qua. §. & ista fuit de iure gẽtium vt hîc. Item modi acquirendi dñia, & isti quidã fuerunt de iure gentium, quidã de iure ciuili. pro ista opi. induco text. in d. c. ius naturale. dum dicit cõmunis omnium possessio. Nam quod commune est, meum est, vt l. serui elect. in fi. de lega. j. & quod meũ est, in dominio meo est: de au. & arg. leg. l. Quintus Mutius. §. argento. Si ergo de iure naturali cõis erat omnium possessio, ergo quilibet habebat partem dñij, p indiuiso: & sic dñium fuit illo iure inuẽtum, postea verò fuit diuisum per occupationem de iure gentium: vt eadem distin. c. ius gentium. ibi dum dicit, sed non occupatio pro hoc quod legitur in psalmo. Terram autem dedit filijs homínum. Nam dare est dominium transferre: vt l. vbi autem. in fin. de verbo. oblig. & Cyn. hîc videtur reprobare hanc opin. per rationem & per leges. Nam si de iure naturali omnia erant communia, non poterat committi furtum: quia non committitur in re communi, sed in aliena. vt ff. pro socio. l. merito. cuius contrarium est verum, quia furtum est prohibitum de iure naturali. vt in stitu. de obli. ex delic. §. j. Certè ista ratio Cy. rectè concludit contra eum, probat enim, quòd de iure naturali non solum erat dñium, sed distinctio dominij: cum furtum non possit committi nisi in delicto distincto. Item probat Cy. per l. quasi expressam. ff. de acqui. re. do. l. quod in litore, vbi habetur, quòd litora maris sunt hodie in eo statu in quo erant de iure naturali videlicet: quia in nullius bonis sunt, sed occupãti conceduntur: sicut illa quæ cœlo, terra, mariq́ue capiuntur, & tex. qui dicit, quòd omnia erant de iure naturali, debet intelligi quantùm ad vsus, non quantùm ad dominium: ita intelligitur. l. quidam. in fin. ff. de rerum diuisio. licet glo. ibi aliter loquatur & ita etiam dicit expresse Inno. in c. quod super. de voto. vbi dicit, quòd à principio in nullius bonis erant nisi Dei: vel quòd per occupationem incœpit dominium: certè illa l. quod in litore. bene probat opini. Cyn. in rebus immobilibus, sed quantùm ad res mobiles, quę cœlo, terra mariq́ue capiuntur, verior est opinio præcedens: quòd dominium in illis fuit inuentum de iure naturali. tex. est expressus in d. c. ius naturale, nam ibi dicitur, quòd de iure naturali fuit inuenta acquisitio eorum quæ cœlo, terra, mariq́; capiuntur. Hęc autẽ acquisitio, nil aliud est quàm dominiũ. Item ibi dicit, q̃ eodem iure introducta fuit depositæ vel cõmendatæ rei re-

¶ Populus liber põt sibi regẽ eligere. adde tamen, q̃ non poterit sibi eligere prælatũ vt per Abb. in ca. Ossius. de elect. Cur.
✣ Vt l. j. C. de ope. lib. l. ij. de offi. cõsu. vbi p Bal. ij. col. ad prin. & seri. in l. ij. ff. si cer. pet. & in alle. l. j. & extra de cõsue. c. quanto. & de reg. iur. q̃ nõ est de obserua. iesun. c. cõsil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Et ſine qua eſſe nō poteſt, ſecūdum Cy. in l.j.C.de alie.iu.mu. cau.fac. & Bald.in l. ꝓ diuerſas.xj.q.C. mādati. nec eſt cōtraria l.j.ad prin. ff. de ēden. ſecundum Bal.vbi ſu perius.queritur tū ſine rei vendicatione, vt per Spe.ti. de teſte. §.ij.verſi. quid ergo.

b ¶ Quomodo autem pordae & quotuplex ſit,vide per Bart.in l. ſi quis. §. differentia. ff.de acqui.poſ.

c ¶ Quaſi dñio. De iure ciuili, & in quo differat ab vtili dominio. Adde hic Bart.in l.minor. §.j.ſ. de euic. & in rubrica de pub. Fran.cur.

ſtitutio.& ſic præſupponit,ꝙ commodās vel deponens eſſet dominus. Quid ergo dicendum eſt,breuiter reducendo ad cōcordiam,dico ſic. Aut loquimur de iure naturali prout ſumitur à iuriſconſulto in l.j.§.ius naturale.ſ.eo. videlicet quòd eſt commune, & illo iure nō fuit inuentum: cum iſta peritia ſeu inſtinctus habendi rē in dominio,non ſit apud animalia bruta: & iſto iure dico fuiſſe inuentum dominiū in rebus q̄ de cælo,terra,mari'ꝙ capiunt. vt d.§.ius naturale. & eſt tex. de hoc in l. j.de acqui.re.do. In rebus autem immobilibus non fuit illo iure dominium,ſed cōmunis erat omnium poſſeſsio,vt ibi dicitur.poſtea verò per ius gentium ſecundarium incœpit fieri occupatio ſediū vt in c.ius gentium.in eadem diſtin. quæ occupatio idem eſt,quod diſtinctio. de qua loquit l.iſta.& ita eam limito & intelligo,quod ab alijs nec dictū nec inueſtigatum eſt,de quo miror, & ſic reducuntur ad concordiam dicta iura. Bene ergo poteſt colligi hæc concluſio, ꝙ dominium fuit inuentum de iure naturali,capiendo ius naturale pro iure gentium primœuo. Nam licet in rebus immobilibus nō fuerit inuentū illo iure,ſed de iure gentiū ſecundario: tamē ad ſimilitudinē illius introductū eſt:vnde ſicut dicimus in ſeruitute,ꝙ fuit introducta à iure gentiū. vt vt §.1. proxi.& ideo appellat ſimpliciter cōſtitutio iuriſgē.vt j'. de ſta. ho.l.iij. & tamen quędā ſeruitus eſt,quæ nō fuit introducta à iure gētium,ſed à iure ciuili,vt illa quæ reſultat ex eo,ꝙ qui vendit ſe ad pretiū participandū:vt l.v.§.j.eo.tit. Sic in in ſimili,licet dominium in rebus immobilibus non fuerit inuentū de iure gētium ſecundario,ꝙ propriè ius gentium: primœuo quod dicit naturale,verè,& propriè:ſequit hæc cōcluſio, ꝙ inuētio dominij fuerit de iure naturali,quod fuit ab initio rationalis creatu

21 ræ. † Sedquæro an prędicta locum habent de dominio directo:quid in vtili dominio:an fuerit de iure gentiū, an iure ciuili.gl.hic ſentit,vt dixi,de iure gentiū.hoc tenet Pe.quia dominiū vtile acquiritꝰ per locationē ad non modicū tempus. vt l.j.§.qui in perpetuū.ſi ag.vec.vel emphy.pet.l.j. de ſuperfi. ſed locatio eſt contractus iuris gentum vt hic ergo &c.Iſta ratio nil valet:quia licet locatio ſit contractus iurisgē.tamē à iure gentiū non habet hanc vim,vt ex ea aliquod dominiū quæratur:vt j'. loca.l.non ſolet.ſed à iure ciuili ſibi tribuit, quando ad non modicū tempus ſit,ergo de iure ciuili videtur prædictus effectus vtilis dominij.argu.j'.de pac.l.legitima. Alij dicunt ꝙ eſt de iure ciuili,quia pro tali dominio ꝓdita eſt actio à prętore,ſcilicet vtilis.vt j'.de rei ven.l.prætor.& l.ſuperficiario .ſed ius prætoriū dicit ciuile:vt j'.eo.l.ius autem ciuile.§.fi. cum l.ſeq.Iſta ratio nil valet:quia non ſequitur actio cōpetens pro ipſo eſt de iure ciuili:ergo & ipſum eſt de iure ciuili. Nam directa rei vendicatio eſt de iure ciuili,ſicut & omnes alię actiones,in alia gl.vt ibi dicā. & tamen directum dominiū pro

a quo competit[a] eſt de iure gentiū,vt hic Bal. tenens hanc opin. aſsignat aliam rationē,dicens, ꝙ vtile dominium non venit ex principijs iurisgē.quia nō ex contractu vel cōſenſu habito ſuper re vel ſuper vſu rei,ſed venit ex interpretatione iuris ciuilis,& vocatur dominium impropriè. Iſta ratio videtur bona ſic declarando.nam omnes modi per quos quæritꝰ dominiū vtile, ſunt inuēti de iure ciuili.nullus de iure gē.ergo nec iure gē.fuit cognitum.Nam ſi cognitū fuiſſet, aliquis modus fuiſſet inuentus,per quem quæreretur:ſicut inuēti fuerunt ſuper

b dominio directo.hoc autem ſic oſtendo.Nam vtile dominiū[b] quæritur ex contractu emphyteutico,qui eſt de iure ciuili, vt not.hic in glo.in ſi.iuncta l.j.C.de fundis patrimontali.lib.xj.

Item quæritur, ex cōtractu feudatario qui fuit de conſuetudine inuentus dudum poſt ius ciuile. vnde cum à iure ciuili fuerit incognitus iſte cōtractus,vt not.de leg.l.dequibus formediāte diſpoſitione prętoria,quæ dat ei vim hāc interpretatiuam.vt j'.ſi ag.vect.vel emphy.l.j.&d.l.prętor.& l.ſuperficiario.& hic vult dicere,ꝙ ex interpretatis: quaſi dicat cōtractus ille non eſt ſufficiens nec aptus de ſe producere dominium directum,ſed prætor interpretatus eſt.ego teneo opin.Pet.nō per ſuam rationē,ſed per alias euidentiores:& primò,quia vltra modos,& cōtractus ſupradictos eſt alius cōtractus ex quo quæritꝰ vtile dominiū,ꝙ fuit cognitus à iure gentiū:ſcilicet cōtractus ſuperficiarius.Nam ꝙ ex illo quærat vtile dominium, eſt clarum.vt j'.de ſuperfi.l.j.§.j.& §.quod autē. Quòd autem fuerit cognitū de iure gentium,patet,quia non numerat inter contractus inuētos de iure ciuili, hic in gl.fin. Conſtat autē ꝙ inter alios modos poteſt ille contractus hoc modo cōſtitui, ꝙ ego de licētia tua conſtruam ædificiū in ſolo tuo: quo caſu tu eris dominus directus huius ædificij ratione ſoli,cui cedit ædificiū, & ego ero vtilis. & ꝙ ta te in ſuperiorē recognoſco,aliqd annuatim tibi ſoluo: & hoc pōt fieri tā in publico ſolo quàm in priuato.ad hoc.j'.ne quid in loco publico.l.ij.§. ſi quis nomine.& no.in l.j.§.j.de ſuperfi.in gl.quę incipit,id eſt,ſuperficiē. & hæc peritia apud omnes gētes potuit eſſe, & eſt.ergo eſt de iure gentium. Prætereà vtile dominium eſt quædam vtilitas rei.nam interdum cum dominio directo concurrit vtilitas:& tunc dicitur dominium plenum. Interdum ius dominij directi eſt apud vnum,& vtilitas apud alterum modo ſupradicto: & tunc directum dicitur modicum ſed illa vtilitas dicitur vtile,ab ipſa vtilitate ſeu ab effectu:& ſic æquiparat vſui, vel vſu fructui:vt eſt tex.expreſſus.l.j.§.quod autē vſusfructus. facit quod not.j'.de legi.l.de quibus.in gl.j.quæ æquiparat vtile do minium emphyteutæ vſufructui.ſed certum eſt,ꝙ vſus,& vſus fructus,& aliæ ſeruitutes reales fuerunt inuentæ de iure gentium,vt inſtitu. de vſu & habita.§.fin.vbi tex.ergo & vtile dominium.Prædicta vera reſpectu materię ipſius vtilis dominij, quæ fuit de iure gentiū inuenta.Nomē verò poteſt dici,ꝙ fuit appoſitum de iure ciuili,quia talis vtilitas non propriè dominium dici poteſt,cum dominium ſit plenisſima poteſtas diſponendi de re.vt not.j'.de acqui.poſſ. l.quis vi. §. differentia. per Bart.quę non eſt apud vtile dominium,quia non poteſt ſine licentia directi domini,ſi eſt emphyteuta vel feudatarius: & ideo iura antiqua ſforū raro vel nunq̄ hoc vocabulo vſa ſunt, ſed appellant dictam vtilitatem,ius quoddā,pro quo dant vtilem actionē.vt d.§.qui in perpetuū.& alijs ſuprà allegatis.vnde & quidā vltramōtani dixerūt,ꝙ nō erat reperire vtile dominium,quia nō erat,niſi vnicū ſcilicet directū.Id autē quod nos appellamus vtile,dicūt nō eſſe dñium,ſed vtilitatē,ſeu ius:vt patet in d.§.qui in perpetuū.ibi dum dicit,quāuis non efficiantur dñi,quos Bar.reprehendit in d.§.differentia.& allegat alios tex. vbi appellat dominium de iure codicis. Ego allego aliū quē ipſe non allegauit in auth.ſi vero dominus tēporalis. c.de hære.vbi facit mentionē de duobus dominis eiuldē rei in ſolidū.ſcilicet de ſuperiore & inferiore,& cōſtat,ꝙ hoc nō pōt eſſe eodē modo ſeu reſpectu vtilis. Concludimus ergo dominium vtile reſpectu materię fuiſſe de iure gentiū introductū, reſpectu verò nominis de iure ciuili. Modi verò per quos aqritur:quidā de iure ciuili,quidā de iure gentiū, quidā mixti,

22 quidā ex cōſuetudine introducti ſunt, patet ex ſuperioribus. † Sed quęro quid in quaſi dominio? c Reſpōdeo illud eſt de

c iure ciuili,cū cōpetat præſcribenti tantū, quæ præſcriptio eſt de iure ciuili vt hic in gl. Eſt enim differentia inter vtile dominiū,& quaſi dominiū:cū primū poſsit haberi ex pluribus cauſis,vt §.dixi etiā ex præſcri.poſtq̄ eſt cōpleta:& ꝓ ipſo cōpetit vtilis rei vēdi.sed quaſi dominiū habet tantū, q̄ præſcribi:antequā præſcri.finiat, ꝓ quo competit publiciana:& ſecuta præſcriptione conſumit,& cōuertitur in vtile dñium ad hoc.j'. de pet.hære.l.cū nō tantū.§.quaſi pro emptore.& q̄d ibi no.quod habet in c.abbate.de re iudi.j'.de excep.rei iudi.l. & an eandē.

23 §.actiones.per Bar.in l.ſi mater.§.eandē.e.ti. † Itē quæro,ꝙd de ſeruitutib⁹,pro quibus cōpetit cōfeſſoria? Reſpōdeo ſunt de iure gentiū.vt patet inſti.de vſu & habi.§.fin.& ſ.dixi.hoc tam reales, vel prædiales:quā ꝑſonales,vt vſusfructus, in quo dicitur vſufructuarius habere quoddā dominiū.vt j'.de vſufr. & no.C.de vſufr.in rub.perGuliel.de cu.Secundo loco principaliter opp.in gl.ꝙ dominia fuerūt inuēta de iure ciuili, cum quærātur per arroga.& vſucapionē quæ ſunt de iure ciuili.Solutio non ſequitur vt in glo.& adde aliam meliorem, qui ſunt modi inuenti de iure ciuili.j'.de acquiren.rerum domi.l.iu.Ex

his patet,ꝙ l.in rem.j'.de rei ven.cum ſimi.quæ dicit rei vendi. dari ei qui eſt dñs de iure ciuili, debet intelligi nō per reſpectū

24 ad dñium:ſed per reſpectū ad modū per quē acquiſiuit. † Sequitur aliud verbū in tex.agris termini poſiti. ſuper hoc nō eſt multū inſiſtendū, ſed poteſt dici,ꝙ nō fuerit actus inuentus à iure gentiū propter aliud, ſed propter diſtinctionē dñiorum, quæ fuit per poſitionē terminorū,vel propter diſtinctionē gētium vel regnorum,vt ſic terminēt iuriſdictiones & territoria: quo caſu notabiliores debent eſſe quā cū fuerint ad diſtinctionē dñiorum.iuxta qd vide qd not. per Io.an.j'.in c.in literis.de ꝓba. Eſt & alia differētia qa qñ venitꝰ ad terminationē dñiorum poſſunt præſcribi.C.ſi.regū.l.ſi.ſed qñ ad diuiſionē,puin ciarū ſeu iuriſdictionē,an poſsit præſcribi? dic per Inn.in c.ſu-

25 per eo.de parochia.† Sequitur aliud verbū in tex.ædificia collata,qd intelligi ſcdm gl.j.cōuncta,ex qua cōiunctione fit ciuitas,caſtrū,seu villa. Tria ergo includunt ſub his verbis,ſ.ędificiorū conſtructio,eorū inuicē collatio,ſeu cōiunctio per ambitū & circuitū murorū. Itē nomē ex his reſultās,qa vocat ciuitas,caſtrū, vel villa: quæ oīa fuerūt inuenta de iure gentiū. De primis duobus nō eſt dubiū,ſed de vltimo dubiū eſt,nā eoipſo ꝙ ponimus eſſe ciuitatē,vel caſtrū,vel villā.ponimus ipſam cōgregationē eſſe licitam.Sed cōtra,quia oīs cōgregatio eſt,illicita,niſi ſit approbata per ſuperiorē.j'.de col.illi.per totū:ſed ſi fuiſſent introducta à iure gent.nō reprobarentur à iure ciuili: cùm nō producat niſi bonum,& licitum.ad hoc.j'.eo.l.pe. Sol. contrariū loquitur in col. ſeu cōgregationibus perſonalibus, quę fiunt ſine aliqua cōſtructione murorū:vnde,quia poſſunt fieri ad conſpirationē,ideò regulariter reprobanf. Lex autem iſta loquitur in cōgregationibus realibus,quę fiunt cum conſtructione murorū. & hanc diſtinctionē facit Inn.in c.cum ab

26 eccleſiarū.de off.ord.per hoc dicit † Bar.j'.de colle.illici.l.ſi.ꝙ omnis congregatio ciuitatis caſtri,vel villæ eoipſo ꝙ facta eſt licita eſt approbata à iure gen.abſq̄ eo,ꝙ à ſuperiore cōfirmetur,per hanc l.ſed contra.de eo quod no.Inn.in d.c.cum ab eccleſiarum.dicit eſſe neceſſariā ſuperioris authoritatē.Sol.quātum ad hoc,vt ſit congregatio licita, nō eſt neceſſaria ſuperioris authoritas.& ideo pōt legari ei & hęres inſtitui.ff.de leg.j.l. ſi hæres.§.vicis.l.ciuitatibus. quod nō eſſet ſi eſſet illicita.j'.de rebus dub.l. cum ſenatus. Sed quantū ad hoc vt dicatur ciuitas,& habeat priuilegia ciuitatis,requiritur ſuperioris authoritas:& ita loquitur dictū Inn.ſed cuius ſuperioris authoritas requireretur, an Papæ vel Imperatoris.& videtur Papæ, quia non dicitur ciuitas ſecundū noſtrum communē vſum loquendi,niſi habeat Epiſcopū: hūc autem Imperator nō dat,ſed Papa:& ita videtur notari in c. ſi ciuitas.de ſentent.excōmu.per Io.an.lib.vj.in nouel.In contrarium,quia & ciuitates diceban tur etiam antequā conſtituerentur epiſcopi. Breuiter dico,ꝙ quantùm ad priuilegiū vt habeat epiſcopum ſine dubio requiritur authoritas Papæ: & tunc pro ciuitate habebitur: quantū ad ſpiritualia,ſed quantū ad dignitates temporales,dico,ꝙ requiritur & ſufficit authoritas Imperatoris,puta vt habeat forū cauſarum maiorum, ſeu mediarū: vt l.ſi duas.§.decet.de excu. tu.in authen.de defenſo.ciuita.per totum.& ſic poterit eſſe vna ciuitas Imperialis, quæ tamen nō habebit epiſcopum: vt quia ſibi non fuit cōceſſum,vel quia fuit priuata epiſcopatu: & hoc ſi conſtat,ꝙ ſit ciuitas Imperialis: alias cum olim per ſingulas ciuitates fuerunt ipſi cōſtituti.de off.ord.c.quoniā in pleriſq. nō præſumā eſſe illam ciuitatē Imperialem, quę nō habet epi-

27 ſcopatum.† Nam in his quę memoriā hominum excedūt,ſuf-

a ficit probatio per tales coniecturas.[a] iuxta ea,quę no.per Inn. in c.veniens.de verb.ſignifi. Et eodem modo ſi conſtaret aliquam nō fuiſſe ciuitatem Imperialē,ſedPapa ponit ibi epiſcopum de nouo, vt patet in archiepiſcopatu Toloſano, ſub quo fecit ſeptē epiſcopos, in ſeptē caſtris illi ſubditis & illum fecit archiepiſcopatum,cū primo eſſet epiſcopatus.Nam dico,ꝙ illa caſtra nō habebuntur pro ciuitatibus,quantū ad priuilegia lega.cōceſſa per primum ciuitatibus regni Franciæ,ſi nō interuenit regis cōſenſus,nec habebit forum cauſarū eo modo quo conſtitutiones regni dictarent eſſe apud ciuitates: & ſecundū hoc intelligo quæ no.in l.j.C.de metropol.lib.xj.per Bar. Sed contra prædicta iterum oppo.& videtur,ꝙ conſtructio ciuitatis,caſtri,vel villæ,etiam de ſe non ſit licita ſine authoritate ſuperioris:vt C.de fun.limi.l. quicunque casa ſtrorum.& l.opus.de oper.publicis,& ibi no.Sol.ibi loquitur quando talis conſtructio eſt ad æmulationē alterius ciuitatis, quod non eſt licitū.arg.ſ.eo.l.vt vim.in fi. Item ad id opp. ꝙ non ſemper ſit licita talis conſtructio,quia ſi fieret in alieno ſolo ſine voluntate domini,vel in publico ſine authoritate ſuperioris,tanquā illicitè ædificata poſſet deſtrui,etiam propria authoritate.ff.ne qd in loco publico.l.ij.§.ſiquis nemine.verſi.tamen obſtet. de leg.iij.l.fideicōmiſſa.§. ſi quis illicitè . & actio l.Aquil.l. quemadmodū.§.j.in fi.quod vi aut clam.l.pe.§.ſi ianuā. facit quod plenè not. per Bar.in l.j.§.nuntiatio.de ope.no.nuntia.& per Inn.de immu.eccle.c.j. de reſti.ſpolia.c.Piſanis.circa finem.Sol.fateor cōtrarium, & dico ꝙ iſta lex loquitur de iure antiquo,quo omnia erāt vacantia & nondum occupata,& populi erant liberi.vnde licebat in quocunq̄ loco occupato conſtruere,& imponere nomen ciuitati,vel caſtro:prout eis placebat.Hodie verò cùm omnia ſint occupata,& populi ſubſint vni principi ſubditi:non poteſt procedere,quod hîc dicitur,niſi tales ædificantes ſaltem de facto ſuperiorem non recognoſcerent,& ædificarent in ſolo proprio: ſi autem recognoſcunt ſuperiorem,talis conſtructio eſt illicita , etiam in ſolo proprio ſine licentia ſuperioris: quia poſſet tendere ad æmulationē eius, vt in præcedenti contrario. Similiter ſi conſtruerent in alieno ſolo ſine voluntate , etiam ſi eſſet de ſe populus liber , ſimiliter eſſet illicita, & poſſet deſtrui per ipſum dominū, vt in contrarijs ſ.alleg.& hoc,ſiue ſit dominus ratione dominij , ſiue ratione iuriſdictionis ſit: vt patet ex no. eleganter per Inn. in c.j.de immu.eccle. Item adhuc opp.contra prędicta,ſi populus liber ædificaret in ſolo proprio , non ſolùm eſſet illicita conſtructio ſine licentia cuiuſcunq̄,ſed etiam diceretur ciuitas nulla interueniente authoritate ſuperioris : cuius contrarium ſ. dixi. hoc probatur prout not.in glo.in l.vſusfruc. ciuitati.quibus modis vſusfru.amí.in fi.glo.& quod no.per glo.& Bar.j'. ad municip. l.eius qui.§.Celſus.Sol.ea,quę dixi ſ. procedunt quando populus liber in ſuo territorio vellet ædificare vnam ciuitatem noua , puta populus Florentinus in aliqua parte ſui comitatus, nam licita erit conſtructio de iure gentium, vt hîc . Sed quantum ad hoc vt ſit ciuitas,requireretur authoritas Papæ in ſpiritualibus, vel Imperatoris quantùm ad priuilegia Imperialia: ſed quantùm ad iura ipſius populi Florentini,nō requireretur alia authoritas quàm ſua propria. ſi autem populus non conſtruxerunt ciuitatem nouam , ſed ipſam ciuitatem Florentiæ transferret de loco in quo eſt, ad alium locum ſui comitatus,diceretur eſſe eadem ciuitas quantum ad omnia iura ſpiritualia & tēporalia,abſq̄ alicuius ſuperioris licentia,& ita intelliguntur ſ.allegata.Ex prædictis ergo recolligendo,ſcire debes,ꝙ ſi aliquis populus ſimul coadunatus eſſet ſine aliqua conſtructione murorum,etiam ſi tot homines eſſent quot ſunt Romę: non eſſet vniuerſitas approbata , nec haberet iura vniuerſitatis: vt not.Innoc.in c. cùm ab eccleſiarum. de offic.ordi.ſi autem vellent conſtruere locum vt eſſet ciuitas,caſtrum,vel villa,an poſſint? Diſtingue , aut loquimur de tempore antiquo , quo populi erant liberi,& omnia erant vacantia, & poterant pro libito voluntatis vti hac lege. Aut verò loquimur de tempore moderno,quo territoria ſunt occupata: & populi ſubſunt principi: & tunc diſtingue,aut loquimur de populo qui non recognoſcit ſuperiorem , aut de alteri ſubiecto. Primo caſu diſtingue tres caſus, aut ille populus vult transferre ciuitatem ſuam de vno loco ad alium ſui territorij:& erit eadem ciuitas,nec requireretur alia authoritas ſuperioris: vt not. in l.ſi vſusfructus ciuitati. & l.eius qui.§. Celſus.ad municip. Aut vult conſtruere nouam ciuitatem remanente prima in ſuo territorio: & poteſt, & licita eſt conſtructio de iure gentium , vt hîc : tamen ad hoc vt ſit ciuitas,requireretur ſuperioris authoritas,vt ſuprà dixi. Aut vult conſtruere in alieno territorio ratione dominij,vel iuriſdictionis: & tunc etiam ipſa conſtructio non eſt licita ſine illius domini voluntate , qui poteſt demoliri authoritate prę-

¶ Coniecturas. In his quæ excedūt memoriā hoīm ſufficit probatio per cōiecturas. adde ad Paul.hic do. Alex.in l.ij. in fin.j.de ver.ſig. Et qñ ſufficiat ꝓbatio per coniecturas: adde Alex.in cōſ. l.col. iij. circa prin.in j.vol.in cōſ.xxiiij.col. ij.in fi. & cōſ.iiij.col. j.aliās. lv.in ij.vol.& in cōſ.ſi. col.pe. circa fi.in iij.vol. & ibi qñ ſit lex contenta certis coniecturis. Et eundē Alex. in conſi. xlv.& conſil.xlvj.in iiij.vol. Franci. Curt.

Universidad de Navarra
Biblioteca

pria,vt dixi.si autem interueniat eius volũtas valet cõstructio: & ce.ii.solo,& iurisdictioni illius dominij. iuxta not.in Spec. in tit.de reli.domi.in ver.quid si petatur ciuitas. Quantũ verò ad hoc,vt dicatur ciuitas,requireretur authoritas principis,vt suprà dixi. Secundo casu principali,quando non est populus subditus,tunc etiam in territorio proprio non potest construere sine superioris authoritate, ne tendat ad illius æmulationẽ. vt suprà dixi,vbicunq; autem dixi posse de nouo fieri,ibi, potest etiam vetus ciuitas augeri.vt no.per Bar.in l.vrbis appel. de verb.signi.vbicunque autẽ dixi de nouo non posse fieri,ibi nec vetus ædificium incastellari,vt d.l.quicunq; castrorũ. de
28 fun.limi.& ibinot.Inno.in d.c.pisanis.de rest.spolia. † Sequitur in tex.commercium opp.hoc verbum est generale & comprehẽdit omnes,vt cùm dicimus,istius rei non est commerciũ, significamus super ea nõ posse contrahi.vt l.si lege.§.j. de contrahen.emp.sed iurisconsultus specificat contractus iuris gentium:vt statim sequit.ergo istud vocabulum generale nõ cadebat tanquam superfluum.Timore huius dicit,q; hoc vocabulum restringitur ad permutationẽ tantum.Tu dic non esse inconueniens,vt post expressionem generis sequatur enumeratio specierũ.exempli gratia.vt j.de supellectili leg. sic vt econ
29 tra.j.ad leg.aquil.l.si serus seruũ.§.inquit lex. in fi. † Sequit in tex.[emptiones & vẽditiones &c.]Opp.q; isti cõtractus nõ sint iuris gen.quia sunt facti,vt l.cõsilio.§.fi.de cura.furio. ergo non iuris.j.de statu homi.l.idem erit. in fi.Glo.hic respondit,q; sunt facti & iuris,sicut hæreditas.Alij dicunt,q; materia est facti:sed forma & solennitas est iuris:hoc non placet, quia isti contractus non habent formã vel solennitatẽ,cum solo cõsensu contrahantur,& inter absentes.Alij dicunt, q; ipsum cõtrahere est facti,prout est in fieri:sed ipse contractus prout est in facto esse,est iuris. Ego dico,q; istud contrariũ non meruit signari,quia verum est quod isti contractus sunt facti prout respicimus actũ contrahẽdi cum sit:istud fuit inuentũ à iuregentium,i.instinctu & consuetudine gentiũ,& nõ ob.contrarium de l.idẽerit.Nã ea quæ sunt facti,nõ sunt iuris scilicet positiui, vt ibi:sed gentiũ possunt dici:cũ illud posit capi pro vsu gentium,qui facti est.vt not.instit.eo.§.ius aũt gentiũ.in tex.& gl. qui vsus,& cõsuetudo facti est:vt in c.j.de cõsti. lib.vj.Sed op. ad idem.emptio,& venditio,locatio,& cõductio nõ sunt sine pretio.vt l.j.j.loca.sed numi non fuerũt cogniti de iure gentiũ, sed ciuili:quia debent cudi cum authoritate principis, vt patet.j.de contrahen.emp.l.j.ergo non sunt iuris gen.arg.ff.l.proxi.ibi dũ dicit cũ seruitus esset incognita. Sol.debemus credere,q; etiã de iure gen. ante ius ciuile fuerit cognitus vsus pecuniæ per hanc l.nõ tñ de iure primęuo:sed post cp gentes creuerũt,q; talis pecunia cudebat iussu regũ.post imperiũ verò Romanum, iussum est q; cudatur authoritate principis. & intelligo d.l.j.de contrah.empt. Tertiò opp.q; imò contractus fuerint inuenti de iure naturali.vt in c.ius naturale.distin.j.vbi dicit q; depositũ & commodatum fuit de iure naturali. Sol.ego intelligo illum tex.i.de iure gẽtium primęuo,quod dicitur naturale.vt instit.de rerum diui.§.singulorũ.nõ autem potest intelligi de naturali,& sumitur ff.eo.l. ius naturale. quia depositum & commodatum non cadit in brutis.Emptio verò & venditio,& locatio,& conductio fuerunt de iure gentium secundariò:quia requirunt numum qui ab initio non fuit inuentus: &,ita intelligo,quæ vt plurimum ponit illa quæ de iure gentiũ
30 secundariò fuerunt.† Sed contra oppo.contra hoc, quòd imò contractus fiunt de iure naturali, prout est commune omnibus animantibus:vt patet in matrimonio,quòd est contractus qui consensu contrahitur. vt l.nuptias.de regul.iur. & tamen est de illo iure naturali.vt d.l.ius naturale. Sol.ibi sumitur matrimonium impropriè,pro coniunctione maris &fœminę:sed prout est coniunctio animorum,dico quòd est de iure gẽ.sicut cæteri contractus,qui consensu contrahuntur. vnde dixit hic Iac.bu.circa fi.quòd illud relatiuum quam,positũ in §. ius naturale.facit simplicem relationem.vult ergo dicere, quòd non refertur ad coniunctionem maris & fœminæ.de qua prius dixerat,quia illa non est matrimoniũ,sed refert ad coniunctionẽ animorũ,quę sit ad finẽ cõiunctionis corporalis:& sic ibi, Mulier dãnauit,quę saluauit:vel dic, q; facit propriã, subaudiẽdo hoc modo,quã coniunctionẽ.s. maris & fœminæ appellamus
31 matrimonium.l.interueniente cõsensu coniugali. † Sed circa ista quæro,quid in cõtractu dotis:dic,quòd est de iure gentiũ. vt l.eas.ff.de capi.di.Item quid de contractibus innominatis?

Respõdeo idem,vt patet in l.iurisgẽtium.post prin.j.de pac. Itẽ qd de successione hæreditaria videtur de iure naturali. vt d.c.ius naturale.distin.j.sed ibi loquitur de successione facti:sed successio iuris,quæ fit iure hæreditario,per quam quis repræsentat personam defuncti,& succedit in vniuersum ius eius.vt l.hæreditas.de verb.signi.dic,quòd illa fuit inuenta de iure ciuili.vt in l.obuenire.de ver.signi. Quæro quid de qua si contractibus? Respon.de iure gentiũ,vt gerere negotia aliena:soluere indebitũ & similia.nã iste instinctus penes omnes
32 gentes est. † Sequitur in text.[& institutæ obligationes.]super hoc verbo satis est insistendũ,& est vna gl.quam recito per quatuor oppo.Primò opponi.quòd sint de iure ciuili.vt l.ij.§. deinde.& §.omniũ.j.tit.j.sol.ibi loquitur de actionibus secundum glo.hic de obligationibus:& sic tenet glo.q; actiones fuerunt inuentæ à iure ciuili:pro hoc allegatur tex.instit.de acti. §.quidẽ.& §.alio.ver.quippe.& j.commo.l.in commodato.§. sicut.Itẽ allegantur rationes,nã actio nõ nascitur ex sola naturali obligatione,sed ex naturali tanquam matre,& ciuili tanquam patre:sed ciuilis obligatio fuit introducta à iure ciuili, & non prius.ergo & actio.Itẽ actio est ius persequendi in iudicio &c.vt instit.de actio.in prin.ergo non fuit introducta antequàm iudiciũ:sed iudicia fuerunt introducta de iure ciuili: quod patet,quia & magistratus corã quibus exercẽtur,fuerũt de illo iure.vt j.tit.j.l.ij.§.post originem.Itẽ in contrariũ,quòd actiones fuerũt inuentæ de iure gentiũ.allegatur tex.j.de cõdi.inde.l.indebiti.in princi.vbi dicitur,q; cõdictio indebiti est naturalis.Item.j.l.amotarũ rerum.& mãdati,quæ iuris ciuilis sunt.Itẽ allegãtur rationes:quia cũ oriantur ex naturali & ciuili obligatione,debẽt denominari à naturali,tãquam ab antioquiori & digniori.j.de acqui rerũ domi.l.j.& l.in finalibus. finium regun.Itẽ quia si nõ fuissent de iure gẽtiũ introductæ, tunc cõuẽtiones iuris gẽtium,de quibus hic,fuissent inutiles. quod nõ est dicendũ.Itẽ id,qd est causa causę est causa causati. vt ff.l.proxi.sed ius gentiũ est causa naturalis obligationis,vt hic,ergo & actionis quæ causatur ab ea.& hanc partem tenuit Pet.& Iaco.de rauẽ.q; actiones fuerũt inuentæ de iuregentiũ sed formulæ de iure ciuili:quæ hodiæ sublatę sunt.vt l.j.de formu.Cy.dicit,q; prima opi.cõmuniter tenetur:tũ qui tenẽt secundã nõ proijciunt lapides.ego dico,q; secũda nõ potest sustineri:qd probat vltra prædicta.nã si actio esset de iure gen.resideret in sola naturali obligatione:ex quo sequeretur,q; cũ per pactũ de nõ petendo tollatur naturalis obligatio.vt l.Stichũ. §.naturalis.de solutio.tolleretur etiã actio,quę nõ posset remanere in abstracto,nullo remanẽte fundamento:qd est falsum: imo actio remanet.vt instit.de excep.§.præterea.Ex quo sequeretur aliud,q; facto postea pacto de petendo nõ subueniretur creditori remedio replicationis:quia replicatio est inuenta ad coadiuuandã actionẽ:& vbi nõ est actio,ibi non est replicatio. vt C.de transac.l.sub prętextu.la prima.vnde si primũ pactum sustulit actionẽ,secundũ verò eã nõ resuscitat,vt l.si vnus.§.si pactus.j.de pac.nec nouã parit,cũ sit nudũ.vt l.iurisgẽ.§.quinimo.de pac.& sic non esset dare aliquam actionẽ,quæ iuuaret remedio replicationis:sed text.in l.si vnus.§.pactus ne dicit contrariũ,q; cõpetit replicatio ex secũdo pacto: ergo actor actionẽ habet nõ ex secũdo pacto:quia nudũ.ergo remãsit sibi ex primo vestito.elisa tamẽ per exceptionẽ quæ exceptio elidi tur per replicationẽ.Sequitur ergo,q; per pactum de nõ petendo non fuit sublata actio:licet fuerit sublata naturalis obligatio:ergo actio non residebat in sola naturali,sed in ciuili,quæ non fuit sublata.ergo de primo ad vltimũ sequit,q; actio sit de iure ciuili,& ad hãc nõ est dare respõsum.ad ll. in cõtrariũ alle gatas respõdet vt ibi exponit tex.per gl.saluo quod ad l.si tibi mãdauero.§.is cuius.j.manda.ad quã respondeo secundũ Iac. but.q; ibi nõ loquitur in deportato cum tex.nõ faciant mẽtionẽ:vnde potest intelligi de alio cuius bona sunt confiscata:nõ tamen perdiderat ciuitatẽ romanã.& sic erat capax eorũ quæ sunt iuris ciuilis.& hoc magis placet,quia eodẽ modo posset dici de quibuscunq; ciuilibus acquisitionibus,q; possent cadere in deportato ad vtilitatẽ fisci,quod est falsum secundũ omnes.

Item

Item non ob.q; cõuentiones iuris gen.inutiles fuissent. nã nõ est verũ:imò erant vtiles alio remedio,quã actoris,scilicet manus regiæ.vt l.ij.in prin.j.tit.j.Sed quia hoc minus vtile vel expediens visum est:ideo de iure ciuili fuerunt inuentę actiones & magistratus coram quibus expediretur.Item non ob.q; ius gen.fuit naturalis obligationis causa, ex qua causatur actio: non fateor,q; per hoc põt dici fuisse causa actionis, nõ producendo eã,& sic non causa efficiens sed immediata:sed propter quã fuerunt productæ actiones de iure ciuili:& causa remota non efficiens:sed occasionalis.Secundò principaliter opp. in ea.gl.q; obligatiões nõ sunt de iure gen.nam aut loquimur de ciuilibus,& illæ fuerũt de iure ciuili:aut loquimur de naturalibus:& illæ de iure naturali.Sol.loquimur de naturalibus, quæ fuerũt à iure gen.producte:quod est ius naturale,vt instit. de rerũ diui.§.singulorũ.&.h.d.tex.in l.nõ amplius §. hoc nõ
33 debet.de reg.iu.† Sed tũc opp.tertio loco.nã intelligendo dicto modo,nõ videtur stare posse.quia si obligatio naturalis dicitur illa quæ producta est à iuregẽ.nõ posset cadere in seruo, cuius status annihilatus est de iure gen.ff.l.proxima & l.quod attinet.de reg.iu.cuius tamen contrarium est verum: quia seruus naturaliter obligatur,& dominum sibi obligat.vt l. quod j.de condi.indebi.ergo dicetur q; naturalis obligatio fuerit introducta à iure naturali,prout distinguitur à iure gẽ.quo iure fuit introducta libertas.vt ff.l.proxi.& sic naturalis obligatio cadit in eo,attento illo iure Gl.hic nñdet,q; imo de iure gẽ. nõ fuit annihilatus status seruorũ,sed de iure ciuili. & ita loquitur l.quod attinet.hoc non placet.nã ista duo sunt cõtraria libertas & seruitus:vt ff.l.proxi.Si ergo libertas est status ergo seruitus est annihilatio status,cũ sit annihilatio libertatis. Itẽ patet expresse,de variis & extraor.cog.l.cognitionum §. minuũtur.& §.fi.vbi dicitur,q; infamia est diminutio status. sed seruitus est cõsumptio,ergo annihilatio.Cũ igitur ius gen.introduxit seruitutẽ,ergo statũ seruorũ annihilauit.Do.Bart.in l.si id quod.de cõdi.inde.dicit aliter:videlicet q; de iure gẽ. primæuo,quod fuit eoipso q; gentes esse cœperũt,non fuit inuenta seruitus:sed omnes erant liberi.Fuit aũt inuenta de iu.gen. secũdario.& hoc ego fateor de plano.vt patet in c.ius naturale j.dist.q; rectè loquimur de iu.gen.primæuo. Itẽ dicit,q; obligatio naturalis quæ pro obseruãtia fidei fuit introducta de illo iur.gen.primæuo,quod dicitur naturale.& hoc etiã placet, vt patet ex dicto c.ius naturale.vbi dicitur,q; illo iure fuit depositæ vel cõmodatæ rei restitutio.Itẽ per l.j.in princ.de pact. dum dicit naturalis est.Ex his infert Bar.q; illo iure attẽto ista tus seruorũ nõ est annihilatus.ex hoc infert secũdo, q; ea quæ fuerũt inducta de illo iure,cadunt in seruo: vt naturalis obligatio.Tertio dicit,q; ea quæ fuerũt inducta de iure gen.secundario,vt dominia,nõ cadũt in seruo:quia illo iure status eorũ annihilatus est.& ita dicit se semper dixisse in materia. Certè verba ista licet videantur pulchra,& demulcere aures: tñ non videnẽ habere saporẽ:quod ostẽdo sic.Nam licet de iure gen. primęuo nõ esset inuẽta seruitus,& sic nõ erat tũc annihilatus status alicuius propter seruitutẽ:tñ ex quo fuit inuẽta ex iure gen.secũdario,illud primũ ius cessit secũdo,quia processerũt à pari potẽtia causæ.vnde si hodie est reperire vnũ seruũ,nõ habemus cõsiderare aliquẽ statũ respectu illius iuris primæui,cũ ius secũdariũ in hoc correxit primæuũ: taliter q; nulla imago remãsit C.de lati.liber.tol.post prin.præterea aut dicimus, q; naturalis obligatio in seruo fundetur in statu libertatis,quem habet attẽto iure gen.primæuo,tanc; nõ sublato per secundariũ.& hoc est falsum,quia imò sublatũ est:quia cũ ista sint contraria,nõ possunt stare in eodẽ subiecto.Itẽ quia iusgentiũ secũdariũ potuit tollere libertatẽ inductã à iure gen. primæuo, cũ sit paris potẽtiæ.Aut dicimus,q; fundetur in statu libertatis:nõ tanc; existẽte in seruo,vel tanc; nõ sublato sed perinde ac si sublatus nõ esset,attẽto primæuo iure gen.seu naturali:& tũc eodem modo posset dici de obligatiõe ciuili,seu act. & de quibuscũq; quæ essent de iure ciuili,quæ caderẽt in eo illo respectu.q; tñ est falsum.Aut dicimus,q; dicta obligatio naturalis fundet in seruo tanc; seruo,et hoc est falsum:quia prout seruus est,nihil est:& sic nõ haberet fundamẽtũ obliga.ergo non posset subsistere ff.q; vi aut clam l.nã origo.de excep. rei iudi. l.egi.Præterea dñiũ:vt ff.dixi,fuit inuentũ de primęuo iur.gẽ. & tñ nõ cadit in seruũ fm eundẽ Bar.tñ Pe. de bella pertica dixit q; iusgẽ.nõ annihilauit statũ seruorũ ĩ totũ,qn posśint obligari,nec declarat aliter.Ego teneo hãc opi.& declaro sic. Seruit fuit ordinata quo ad qd,in fauorẽ seruorũ,ne occiderent, sed seruarent:vt ff.de sta.ho.l.iij.Itẽ quo ad qd,in fauorẽ dñorũ,vt quicqd acquirerẽt,dñis acquirerẽt. Dico ergo q; in his q; nõ cõcernũt vitã,nõ est annihilat status eorũ:cũ iusgẽ.voluit eis vitã seruare:ĩõ possunt eis alimẽta relinq:vt l.seruos.de ali. & ci.leg.In his ergo q; cõcernũt acquisitionẽ statuseorũ,annihilat est quo ad le,si est tale quid q; posśit acquiri dño: qa nõ sibi acquirit,sed dño:vt j. de his qui sunt sui vel alie. iur.l.j.vel alteri habẽti in eo vsumfru.j.de vsufr.l.sed & si quis.cũ multis alijs simi.Si vero est tale quid q; nõ posśit acquiri dño: tũc resideret apud seruũ,nec in illo est annihilat status eius,vt in naturali oblig.qua dñs tenetur sibi, q; non põt acquiri eidẽ dño,ne sibi ipsi sit obligat:vt j.de cõd.inde.l.frater à fratre.§.quęsitũ. ĩõ videm q; legatũ factũ seruo deportati valet ex psona ipsi serui:qa nõ põt acquiri ipsi deportato cũ nõ sit capax: vñ resideret in persona ipsius serui quantũ ad substantiã:sed psecũ sibi aufretur,propter spem quã habet in ipso seruo post mortẽ deportati:vt l.si deportati seruo.de leg.iij.Aut loquimur in his q; cõcernunt odiũ serui,vt q; obligẽ naturaliter. & similiter nõ est annihilat status eius: cũ seruit nõ fuerit introducta in ei fauorẽ,nisi propter vitã: vnde non debet operari fauorẽ alijs, ne sit melioris conditionis, q; liber homo:ex quibus infertur, q; in his quibus dixi annihilari statũ eius, annihilatur libertas & verũ est dicere,q; se non cõpatiuntur, in alijs vero secus. De iure vero ciuili,& quo ad effectus per ipsum productos,ex toto videtur eius status annihilatus:vt d.l.quod attinet.de regu. iur. Remaneamus ergo in cõclusione gl. q; obligatio naturalis de qua loquitur ista lex, est illa quæ fuit introducta de iure gent.circa quod quæro exẽpla glo.ex qua materia introduxit iusgẽ.naturalẽ obligationẽ:Respondeo,ex multiplici.s. ex cõsensu,& tunc ex æquitate illa,vt fides seruetur. Itẽ ex illa æquitate vt maioribus pareamus.ff.eo.l.veluti. & ex ista oritur obligatio naturalis,ex sentẽtia. Itẽ ex illa ne quis fiat locuplex cũ aliena iactura:vt j.de cõdi.inde.l.nã natura.& generaliter vbi cunq; adest aliqua æquitas iurisgen.quæ suadet aliquẽ teneri,
34 ibi põt dici inesse naturalẽ obli. † Ex his soluitur q. qua quęritur an obligatio ex maleficio sit de iuregen.& gl.instit.eo.§. ius autẽ gentiũ.tenet q; de iure ciuili.Tu dic contra:quia æquitas naturalis & iusgẽt.suadet delicta puniri, vt l.à reo.§. quod vulgo. de fideiuss. & l.bona fides.j.depo.vñ sunt prohibita de
35 iure naturali:vt instit.de obli.§.j.ergo.&c. † Sed quæro,quid de obligationibus ex quasi maleficio:glo.instit. eo.tenet q; de iure ciuili: q; quidã tenent dicentes q; cũ oriatur ex facto alieno,æquitas iurisgẽ.nõ dictat eum teneri,sed solũ rigor iuris ciuilis:ideo nõ dicetur obligatio naturalis,sed ciuilis.Tu dic cõtra,quia saltẽ obligat eum æquitas iurisgẽt.quæ est vt legibus superiorũ pareamus.vt ff.eo.l.veluti.sicut videmus in sentẽtia quæ parit naturalẽ obligationẽ ex illa æquitate.vt no.per Bar.
36 in d.l.Iul.j.de cõdi.inde. † Quarto & vltimo opp.principaliter,& videtur q; obligatio naturalis nõ fuerit introducta de iure gen.sed naturali,quod est cõmune oĩbus animãtibus. nã ex illo iure procedit instinctus: vt benefacientibus benefacia mus,qui est & in animalibus,de quo j.de pe.hære.l.quod & si lege.§.cõsuluit.q; motus obligat naturaliter:vt ibi in tex.Sol. fateor q; duplex est naturalis obligatio. vna quæ orit de iure gen.& ei æquitate.de qua ff.dictũ est.& illa habet multos effectus,quia coniuncta cũ ciuili parit acti.vt j.de procu.l.licet.§. ea obligatio.Itẽ inducit cõpensationẽ.l.etiã.de cõpen. Itẽ impedit rep.soluti. per errorẽ iuris.C. de iuris & facti ignor.l. cũ quis.& ista cõtrahitur ad aliquid certũ in specie, vel in suo genere.Itẽ oritur ex cõsensu ff.ex aliena æquitate iuris gent. vt ff. dixi.Et est alia obligatio naturalis, quæ oritur ex naturali ratione,quæ est,vt benefacienti benefaciamus: & ista nõ cõtrahitur ad aliquid certũ in specie vel in suo genere regulariter, sed stat in genere generalissimo.Nõ emi obligatur quis ad remunerandũ benefactorẽ,plus in vno q; in alio.vnde si tibi seruiui de pecunia, potes mihi seruire de verbis,vel ecõtra:& vocatur hęc obligatio ad antidora: & cõsistit in puris mentibus laicorũ fm Iaco.but.quod intelligo sic.nam ille qui recipit ser

Universidad de Deusto
Biblioteca

uitiũ vel beneficiũ.ſi diſcretionẽ naturalẽ habet, mouetur ad remunerandum, ne reputetur ingratus: non ergo oritur iſta obligatio ex aliquo præcepto coartante,ſed ex quadã diſcretione vel inſtinctu.& iſta obligatio paruí eſt effectus ſecundũ gl.dicit enim,q̃ nõ impedit ſemper ſo.repetitionẽ.q.d.aliquãdo impedit,aliquando nõ,ſed gl.in d.§.cõſuluit. aliter loquitur.Item,q̃ impediat videtur tex.in l.ſi teſtamẽto §. j. de fideiuſ.Breuiter in hoc argu.diſtingue tres caſus recolligendo omnia,nã aut ſoluẽs ſciebat ſe efficaciter nõ teneri,nec poſſe cõpelli.& tũc ſine dubio nõ repetit:nõ propter obligationẽ, ſed propter ſcientiã,quia videtur donare.Nã & ſi nullo modo eſſet debitũ,nõ poſſet repeti:vt l.cuius per errorẽ. de reg. iur.de cõdi.indeb.l.j.aut errabat in facto:quia credebat ſe teneri efficaciter ratione alicuius promiſſionis factæ fortè per ſuũ procuratorẽ,cui dederat in hoc mandatum cum non eſſet facta.& ſic iuſtus error,quia in facto alieno,& tunc ſine dubio repetit. nam etiã ſi ſubſiſteret obligatio naturalis iure gen.quæ eſt efficacior poſſet repeti ſolutũ per talem errorẽ,vt d.l. cũ quis. aut errabat in iure, vel in facto proprio,& ſic erat iniuſtus error. & tũc dic,aut ſoluit illud idem quod recipit, & tunc non repetit:quia in eadem re præſumitur animus redonãdi.& hoc operatur illa obligatio:vt l.ſi verò non remunerandi §.Papi.manda.aut ſoluitur non idem,ſed tantundem.et tunc dico.vt d.l.ſi teſtamẽto §.j. de fideiuſ.aut ſoluitur aliud pœnitus diuerſum, & tũc impeditur repetitio,vt in hac gl. Fallit in liberto ſoluente patrono operas officiales,vt j. de condi.indebi.l. ſi non ſortem §.libertus. de cõdi.indeb.in prin.ratio eſt, quia ex beneficio à patrono recepto cõtrahitur dicta obligatio ad dictas operas in ſpecie,q̃ regulariter non eſt in alijs beneficijs & benefactoribus.ſecus ſi ſolueret operas fabriles, quia ad illas non contrahitur obligatio:vt d.l.ſi non §.libertus.ver. ſed operas. Ratio eſt,quia cum fabriles reſpiciant cõmodum pecuniariũ, nõ habent eandẽ proportionẽ & ſimilitudinem cũ beneficio recepto à patrono,quod eſt perſonale,ſeu circa perſonã libertí.ſicut operæ perſonales,quæ reſpiciunt ſimiliter perſonã: ſic ergo in effectu tũc impedit repe.quando ſoluitur illud idẽ,vel
37 tantundẽ,vel ſimile.†Ex quo põt dici,q̃ ſi aliquis aduocatus patrocinatus eſt in cauſa alterius aduocati gratis,deinde alter aduocatus patrocinetur in ſua,non põt petere hic ſecũdus ſibi ſatisfieri de patrocinio,ſed ſit cõpenſatio hincinde ex dicta obligatione.quia ſolutũ fuit tantundẽ,vel ſimile,& hæc vera, quando talis obligatio per ius poſitiuũ non reducitur ad præſtandum neceſſitatẽ.tunc enim nullo modo repeteretur, quia ſolueretur debitũ:vt patet in operibus obſequialibus,ad quas
7 † Item not.in versi.nam cum ipse q lex scripta & consuetudo conueniunt in causa materiali, quia vterque prouenit à consensu populi. Sed differunt in causa formali.primo quia lex est ius scriptum, con-
d suetudo vero ius non scriptũ, d vt ibi, sine vllo scripto.& in l.sequẽ.& l.imò. aliquãdo tamen cõsuetudo postquam est introducta, reducitur in scripturã.vt in cõsuetudinibus feudorũ,quæ fuerunt redactæ in scriptis per priuatos homines Mediolanenses.non tamen scriptura est necessaria ad subsistãtiam.vt in l.imò. Ex quo etiã
e potest colligi quòd ad essentiam legis bene est necessaria scriptura à contrario sensu illius legis.et antequam sit cõpleta scriptura non liget.& hoc placet,licet quidã dixerunt contarium: quia debet transire in notorium, quod non potest fieri nisi conficiatur scriptura, quia ex consensu momentaneo inducit argu.eius quod habeatur in authent.qui semel.C.quomodo & quando index. Item lex fit per consensum expressum, consuetudo vero per tacitũ: vt in fine huius l. sed ea. Item consensus legis exprimitur verbis: vt hic fin. in vesic.suffragio. sed consensus consuetudinis inducitur rebus ipsis & factis. Item consensus legis extinguitur momento:sed cõsuetudines per obseruantiam longi tem-
8 poris. † Item no. q non est est differentia inter expressum cõsensum & tacitũ,quantũ ad efficaciã & potentiã:quia quod fieri per vnũ potest,& p alterũ: vt hic in ver.nam quod interest.
9 & l.itẽ quia.ĩ.de pact. † Itẽ q voluntas & consensus põt exprimi sine verbis ipso facto. vt hic.& C.de initi.& substi.l.reprehendi.& interdũ plus est exprimere voluntatẽ facto q̃ verbis,vt in c.dilecti filij.de appel.& ĩ.de ædil.edic.l.si tamẽ. ſ.ea
10 quæ,& rem ratã hab.in l.Paulus.de offi.deleg.cũ sup. † Vltimo no.in fi.quã lex põt abrogari per desuetudinẽ, & sic cõsuetudo vincit legẽ. Et no.q habemus tria vocabula ſ.nõ vsum: itẽ desuetudinẽ:item contrariã consuetudinẽ. Legis non vsus est,quando non occurrit casus in quo oportuerit legẽ seruare, & si hoc per mille annos cõtigerit,lex nõ propterea esset abrogata.exẽplũ in cautione dãni infec.quia raro vel nunquã accidit casus in quo expediat eã petere. vñ nõ est correct° titulus de dã.infec. Desuetudo est qñ casus cõtigisset,sed nõ fuisset petita:exemplũ etiã in satisdationib°, quas debet præstare actor cũ dat libellũ.in authẽ.generaliter.C.de epis.et cle.& in authẽ. libellũ.de lit.cõtest. illę à longissimis tẽporib° nunquã fuerũt petitæ,& ꝓpter hoc illæ authẽticæ sunt per desuetudinẽ abrogatæ per istũ tex.& hoc no.ibidẽ doc.& etiã spe.in tit.de satisdationib°. Cõtraria cõsuetudo esset si fuissent petitę & tamen nõ prẽstitæ animo introducendi consuetudinẽ ne præstentur et tunc etiã multo fortius lex abrogaẽ.et hoc vide p Cy.in l.ij.
11 C.quæ sit longa cõsue. † In l.cũ de cõsuetudine.no.cõsuetudinẽ introduci p actus iudiciarios obtentos in cõtradictorio iudicio contra dispositionẽ legis, sed etiã per actus extraiudiciarios,vt in l.seq.& hoc cõmuniter tenent doct.q non sit necesse consuetudinẽ fuisse obtentam in contradictorio iudicio, dummodo semper & indistincte sic fuerit obseruatũ. vt ĩ.eo.
e nam imperator.in ver.perpetuo°.& in ver.similiter.Nã si aliquando aliter antequã consuetudo esse introducta,nõ introduceret, quia p actus cõtrarios censeret interrupta præscriptio

¶ Extẽditur.an cõsuetudo extẽdatur, vide per Aretī.consi.xlvij & cxxxij.

¶ Superioris. Vide Aret. consi.ſ.alle.cxxxij.Ludo.ro. consi. lxj.vbi limitat nisi tacito cõsensu superioris vel principis aliud sit inductum.

¶ Præscripta.dic q secunda consuetudo cõtraria primæ debet etiã esse præsumpta, tamẽ si secũda cõcernit causam possessorum,& nõ sit præscripta tollit primã præscriptã secundũ Ioã. and.i c.cũ ecclesia. de elect. refert & sequit Roma sing. suis fo.j.

¶ Non scripti.inquã tum do. Iason hic dicit vltra Bal.q cõsuetudo etiã iniqua excusat à pœna,adde Lud. ro.sing.suis.fo.j.q cõsuetudo excusat ẽpm administrantẽ absque confirma. de quo per Oldr.consi.vj.

¶ Perpetuo. an requiratur q consuetudo fuerit obtenta in contradictorio iudicio, vide per Abba. cõsi. lxxiij.et.xxvj.et.liij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Tu breuiter. adde Abb. cōsi. xvij. ñ. lib. per Abb. in d. suo. in verbo consuetudo.

b ¶ Amputabitur. vide hic p. Ias. inquātū dicit, q statutū impones pœnam effodienti a oculū, non habet locū in oculo sine aere adde. ꝙ. qui. ficē & est tex. Arist. in ꝙ. de aia, vbi dicit quòd oculꝰ cæcus nō est propriè oculus sed oculus pictus dic tamen, q si habēti oculū, ita fuerit debilitatus, q videre nō possit, q liga bitur statuto licet nō effoderit secūdū Bal. in l. qui binas. ꝙ. de ser ui. vrb. prædio.

c ¶ Inueteratam. vide Lu. Ro. in. suis. fo. iij.

consuetudinis. gl. est not. & singularis in l. nemo. §. tēporalis. de reg. iu. satis colligi tur in d. l. nā Imperator. in verbis prælle gatis. † Vltimò quæriē quæ differentia sit inter cōsuetudinē & præscriptionē? cano nistæ infinita verba dicūt. Tu breuiter a dic secundū Bal. q præscriptio est rerum consuetudo & morū. Itē per præscriptio nem priuatus acquirit rē priuati: per con suetudinem verò respublica acquirit ius quoddam, quo subditos regere habeatur. canonistæ tñ interdum sumunt consuetu dinē pro præscriptione, quod qualiter fit ex prædictis potest colligi. Nam si paro chiani consueuerūt reficere ecclesiā paro chialem, cum indiget refectione appellāt hanc consuetudinē, sed potius dici potest præscriptio iuris, quia ecclesia præscribit contra eos hoc ius seruitutis. Et isto casu loquitur Inno. in c. dilecto. de off. archi. q consuetudo est onerosa. Et ideo nō extenditur. vnde hoc anno dixi in casu de facto si ecclesia parochialis subest plebi matrici, à qua tñ parochiani habeant certa cōmoda, nō propterea tenentur cōtribuere in refectione plebis, si nō apparet consuetudo vel præscriptio de hoc, quia est onerosa & potius præ scriptio, de cuius natura est, q non extēdatur: vt l. j. §. Iul. de iti nere actuq priuato, licet consuetudo sit tanquam ius publi cum, & sit magis fauorabile, quia nō ordinatur principaliter
13 ad commodū cuiuscunq: & ideo non solet extendi. † In glo. j. ibi: [si mancus fuerit ideſt, truncatus manu. & sic notatur ex isto primo exemplo, q paria sunt non habere membrum vel ipsum debilitatū habere, & inutile facit. l. j. §. quibus. ꝙ. quod cuiusq vniuersitatis nomine. & hoc videtur, q si statutū dicat, q mutilās alicuius membrū, mutiletur simili mēbro: & si quis mutilauerit cuidam membrū debilitatū, q sibi aliquod membrū non debeat mutilari, ac si membrū nō mutilasset, postquā erat inutile. sed contrarium dic secundū Bal. q licet paria sint quantū ad officiū membri, nō sunt paria quantū ad formitatē vel deformitatē: quia carens mēbro est deformis, & q quis habeat debilitatū vel deformitatē reipublicę est interesse. vt ꝙ. de his qui deiecerūt vel effuderunt. in l. fi. ideo mutilabitur, quia ipsum deformē fecit. Et si dicat statutū, q committenti talium debeat amputari manus dextera: & committens habet dexte
b ram debilitatā vel inutilē sibi amputabitur: b sed si eā penitus nō haberet, fieret cōmutatio in sinistrā: vt not. in l. j. C. vt intra certū tēpus. quod etiā tenet Io. An. in regula in pœna. in mer
14 curialibus. † In glo. super verb. inueterata. ibi dicitur enim. x. annis &c. dic, q hęc est cōis opinio legistratū, q ad inducendā consuetudinē validam sufficiunt. x. anni. & quod dicit in glo. ꝙ. eod. l. diuturna. x. vel xx. & c. nā approbant doc. dū dicit. xx. quia illud procedit in præscriptione, quæ aliq̄n procedit contra præsentē. & sufficiunt decē anni: aliq̄n procedit contra absentē, & requirūtur xx. Sed in cōsuetudine quæ inducitur ex actibus præsentiū bene sufficiunt. x. anni. nec videtur distinguere an cōsuetudo sit cōtra ius vel non. Sed gl. in c. fi. de consue. lib. vj. distinguit, q si non est cōtra ius & est rationabilis, sufficiant decē anni, altero istorū deficiēte requirunē. xl. certè etiā gl. iuris ciuilis facit hanc distinctionē in l. prædiorū. C. de agri. & censi. lib. xj. sed saluo, quod dicit requiri tps. xxx. ann. in illa quæ est contra ius. sed loquitur de iure ciuili, quo iure tēpus. xxx. annorum sufficit ad longissimā prescriptionem in actibus vel bonis laicorū. glo. verò iuris canonici loquitur de iure canonico in quo requiritur tēpus. xl. in actibus vel bonis
15 clericorum seu ecclesiarū. † Et nota singulariter vltra hāc gl. prædicta, q̄n lex requireret consuetudinē simpliciter super ali quo actu; quia deberemus eā intelligere modo prædicto. si au
c tem requireret cōsuetudinē inueteratā, c vel vetustissimā, vel longeuā: videreē requiri tps, cuius non existat memoria hoim in contrariū, quia in alijs tpibus ista vocabula nō verificanē:
16 & ita potest intelligi prima opi. gl. † In gl. ibi: [si bis fuit iudicatū.] supple: & nunquā fuit iudicatū contrariū: alias præscriptio consuetudinis fuisset interrupta, si ante ipsam cōpletam hoc accidisset: vt not. gl. ꝙ. eo. cū de consuetudine. super verbo iudicio. in fi. de re. iur. l. nemo. §. tēporalis. & quod dicitur hic. in l. nam Imperator. in versi. perpetuò. & in verbo simpliciter. Videtur ergo requirere ista gl. iudiciarios actus ad consuetu dinem inducendam. sed cōmunis opi. doct. est in contrariū, q etiā sine ipsis potest induci: si sciente & patiēte populo vel ma iori parte per continuū tēpus ad hoc requisitum. de quo. §. dixi. si semper fuerit obseruatū: & nūquā fuit obseruatū cōtrarium. Qui ergo vult infringere probationes inductas ad con suetudinē probādam, tenetur probare intra idem tempus, q
17 aliq̄n fuerit contrarium seruatū. † In gl. ibi: [sed de cōsuetudine.] quæ per exēpla probatur, dic melius diceret inducitur. Licet ergo illa exempla fuerint mala & iniusta, quia contra ius scriptū: & sic fuerunt iniquæ sniæ: si tamen populus passus est, & lapsum sit tempus authoritate iuris scripti, resultat ex illis cōsuetudo valida, quæ est ius, quia derogat iuri scripto, & sen tentię postea secundum eam debuerunt ferri: nec iudicabitur per exempla præterita, sed per cōsuetudinem ex illis inductā,
18 & tales sniæ postea cērūt iustæ, licet primæ fuerūt iniustæ. † In gl. seq. ibi: [vt sunt magistratus.] dic qui sunt à præside prouin ciæ incluſiuè, vsq̄ ad Imperatorē excluſiuè, qui non numeran tur in numero magistratuū, & isti cū habeant iurisdictionem & omnes eius partes, & sic imperiū merū, vel mixtū, possunt ferre sententias verbales: quod vt plurimū consistit in iurisdi ctione simplici, & etiam facere executionem realem, accipien do personas, incarcerādo & puniendo personaliter: qui actus consistūt in imperio, & sunt de imperio. & hoc vult dicere gl. q istī possunt declarare voluntatē suā verbis & factis: minores autē magistratus, vt sunt defensores, seu potestates ciuitatum, & magistratus municipales ideſt castrorū, & villarū possunt ferre sententias verbales: quia iurisdictionem habēt sed nō facere executionē realem per captură personæ regulariter vel imponere pœnā corporalē: quia nō habēt imperiū de iure cōi regulariter, licet quædā habeant ex cōsuetudine præscripta: & istud vult dicere gl. q istī possunt declarare voluntatē suā verbis, sed nō factis. qui aūt non sunt magistratus, priuatę personæ, non possunt cōtra seipsum ferre snias verbales, quia nō possunt esse iudices vel arbitri in cā propria: sed bene possunt facere executionē realē: puta soluendo, & sic ipso facto se
19 condemnat. & hoc vult dicere gl. in fi. ibi vt quilibet cōtra se ipsum &c. In gl. seq. quæ incipit: [nomina.] in prin. ibi: [Secūdo per consuetudinē.] dic hoc nō dicit in text. in fi. sed dicit per desuetudinē. & differentia est inter desuetudinē, & cōtrariā cōsuetudinē. vt ꝙ. dixi. tñ si tollit per desuetudinē, quod est minus: fortius p cōtrariā cōsuetudinē qđ est plus. Et hoc vult dicere gl. In gl. ibi: [solutio.] distingue, dic hāc primā solutio nem cōiter tenēt doct. reiectis alijs, quæ ponūtur circa fi. gl. in
20 ver. alij vt Placētinus vsq̄ in fi. gl. † In gl. ibi: [nam si procedit vincitur à lege.] de sepul. viola. l. iij. §. diuus. Dic hoc verum, si sequēs facit expressam mentionē de consuetudine precedenti sibi cōtraria: alias secus vt est casus hodie in c. j. de cōsti. lib. vj. & secūdū istū tex. debet intelligi ille. §. diuus. secundū gl. fi. dicti. c. Vel dic q etiā si nō facit expressam mētionē, si tñ illa consuetudo erat cōtra legē precedentē, postea fit alia lex consuetudini cōtraria & cōformis legi precedēti, talis cōsuetudo quæ est in medio succūbit, & tollitur per sequētē legē, quæ reducit rem ad pristinū statum: quod est facile. arg. l. si vnus. §. pactus. ver. quod est in specie. ꝙ. de pac. & ita intelligit Bar. illum. §. diuus. in repe. l. ij. C. quæ sit long. cōsue. vel dic, q q̄n lex sequens reprobat actū quem cōsuetudo precedens approbat & repro bat ipsum tanquam contrariū publicæ vtilitati, vel turpe aut illicitē; & tūc illam consuetudinem tollit etiam si de ipsa non faciat expressam mentionē. Et etiā si illa nō erat contra. l. precedētem. ita intelligit Bal. hic illū. §. & sic sunt tres intellectus & quilibet est bonus, & secundus, & tertius sunt magis nota
20 biles & subtiles quam primus. † Sed quæro si in l. sit appo sita clausula, non obstante quacunq: consuetudine in contrarium disponente: an ista clausula tollat duntaxat consuetudinem præcedentē, & nō illā quæ post legē illā emanauit, an am bas: quædam gl. no. in clemē. statutum. de elec. videtur tenere q tollat duntaxat præcedētem. Et sic valebit sequens consuetudo contraria per hoc, quod habetur & not. in l. fina. C. de testa. in

sta. in contrariū facit, quod expressè determinat Cy. & Bart. post eum. licet de illa glo. non faciat mētionem in l. si mihi & tibi. §. in legatis. in fin. de leg. j. vbi tenet q clausula nō obstan tibus quibuscunq: statutis vel consuetudinibus contrarijs extendatur non solum ad præterita, sed etiam ad futuras consue tudines vel statuta. & pro hoc auē. nauigia. C. de furtis. & auē. cassa. C. de fanc. sanc. ec. & auē. ita q̄. cōmunia de succes. Potest dici, q si consuetudo non erat iuri contraria, nec erat improba bilis, videtur reprobata duntaxat præcedens consuetudo, nō sequens. & ita loquitur tex. cum glo. in clemen. statutum. aliās etiam sequens. Ita intelligantur allegata in cōtrarium. & pro hoc facit, quod dixi §. secundum Bald. in intellectu. §. si diuus.
21 † Quando autē cōsuetudo non esset contra legē, tunc nec tol leret legē, nec tolleretur a lege: sed distingueretur & intellige retur ſm legem. & ita loquitur c. cum dilectus. de consuetu. & cōiter dicimus, q cōsuetudo & statuta debent intelligi ſm ius cōe: vt no. gl. in l. fi. C. de iure deliber. ſ in cōputatione. in fi. gl. & quando expresse reprobatur à lege, non valet, q̄a nō est sul
22 cita legis authoritate, vt in l. eos. C. de vsur. † In gl. ibi, [secus si per errorem.] dic, q si est inducta per errorem facti, non valet, nec tollit legē: quia non habet consensum populi. Si autem per errorē iuris, videtur q valeat: tamen si caret ratione, non extenditur ad alium casum, vt ꝙ. eo. ſ. nō ratione. non tamē ibi dicitur q legē nō tollat: imò tollit postq̄ est valida: vt ex illa l.
23 satis colligitur, dum vult q in casu, in quo est inducta debet seruari, nō in alijs. † In l. diuturna. circa finē glo. ibi, [sine decreto episcopi.] no. istam gl. quę tenet, posse per consuetudinē induci, vt in alienationibus rei ecclesiasticæ nō requiratur cōsensus superioris, & eodē modo, q non seruetur solennitas à iure requisita. Idem tenet gl. in auē. hoc ius porrectū. C. de fac. san. ec. in vltima gl. in fi. Contrarium tenet ibi Bart. & est tex. licet ipse nō alleget in c. cū causam. de re iudi. & quod ibi Imo. Et est gl. ordinaria, in cle. fi. de rebus eccl. non alie. quę dicit q istud nō est præscriptibile aliqua cōsuetudine. Pro prima parte bene facit tex. in c. ea nosci tur. de his quæ fiunt à prælato sine consensu capituli. & in c. iij. de consue. lib. vj. Breuiter dic, q in his q̄ concernunt damnū ecclesiæ, puta in fiendis vel corrigendis excessibus, potest præscribi, q prælatus sine capitulo & econuerso possit actum gerere: licet de iure requiratur con
a sensus vtriusq̄ a. ita loquitur c. ea nosci tur. & c. iij. In his vero quæ possunt cōcernere damnū, vt in alienationibus bo. immobilium nō potest induci per consuetudinē, q vnus sine altero possit, nec etiā q ex causa à iure non approbata possit fieri: ita loquunē allegata in cōtrariū. Sed q alię solennitates, quarum omissio pōt fieri sine dāno nō seruanē: vt sunt multa q̄ habenē in d. auē. hoc etiā pōt induci. & ideo illa auē. in multis per contrariā consuetudinē est abrogata, nec ecclesia acceptauit oīa illa. vt habeē & videtur in c. dudū. de re. ec. nō alie. li. vj. & vide quod no. Bal. in d. auē. prędicta in consuetudine clericorū: sed consuetudo laicorū, q res ecclesiæ possint vendi sine solēnita
b te à iure requisita, indistincte non valet b, ita loquitur c. cū causa. de re iudi. quia non habent potestatem disponendi de ipsis. vt in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu.

De constitutionibus. Rubrica.

2 *Statutum quòd non ualet reformatio, nisi fiat proposita per priorem ancianorum: quod tamen ualeat si reperiatur reformatio facta à concilio uel populo, & appareat de proposita.*

3 *Populus Romanus non à se abdicauit imperium, sed usum concessit, quæ cōcessio alio respectu dicitur translatio usus.*

4 *Quinque modi per quos princeps facit constitutionem.*

5 *Epistolæ principis & sententiæ diffinitiuæ uel interlocutoriæ faciunt ius, quo ad omnes, licet fuerint directæ ad certas singulares personas si sunt inclusæ in uolumine iuris communis nec tolluntur per legem generalem postea factam: & qualiter tollantur.*

LEX I.

1 QVod principi. † Nota hic in verb. placuit. q licet in legibus cō
2 dendis debet adhiberi cōsilium peritorum. vt in l. humanū. C. de leg. & in l. j. §. tit. j. si tamē non requiritur, valet: q̄a sufficit q ita placuit legislatori. † Et hoc facit ad quæstionē, si statutū est, q non valeat reformatio, nisi fiat proposita per priorē ancianorū, et reperiatur reforma
a tio facta à cōcilio vel populo, & nō appa ret depolita, an valeat. & facit q sic, facit vt videatur populus illi priuilegio dero b gasse. de hoc vide per Bar. in l. obtinuare. C. de decurioni. lib. xj. & idem no. in l. humanum. C. de legi. & in l. oēs populi. de
3 iusti. & iure. † Item not. in verbo concessit. quia patet, q populus non à se abdicauit imperium: sed concessit vium. & ista concessio alio respectu dicitur translatio vsus, & ita debet intelligi. l. j. ꝙ. de officio prætoris. Aliud est enim cedere, aliud cō tendere: vt no. in l. ad eum. infra de dona.
4 † Item no. in ver. [quodcūque.] quatuor modos, per quos princeps facit constitutionem. adde quintum, per viam contractus, quia contractus principis vim legis habet. vt l. donationes. C. de donat. inter c virum & vxorem. & in l. Cæsar. ꝙ. de pub.
5 † Et no. q tunc epistolæ principis, & sententiæ diffinitiuæ vel interlocutoriæ faciunt ius quo ad oēs, licet fuerint directæ ad certas singulares personas: q̄n ab ipso principe traduntur vniuersitati oīm, vt contigit in Codice in quo fuerunt redactæ epistolæ principū, & in Decretalibus. & sic sunt incluſæ in volumine iuris communis, aliās secus: quia faciunt ius singulare, & ita potest loqui sequens ver. plane. quia loquitur in rescriptis, & cōclusionibus factis singularibus personis, non redactis in corpore iuris. & tunc dicuntur facere legem priuatā, vt in l. q. C. de leg. Et notā dum est q sunt istius naturæ, quia per legem generalē postea factam tolluntur, nisi specialis mentio de istis fiat, vt in secunda constitutione Codicis. §. si vero pragmaticæ. & C. de silentia. l. decurionibus. vt not. in c. j. de ca. monacho. lib. vj. sed si fieret expressa mentio non obstantibus quibuscunque priuilegijs &c. tollerent talia priuilegia non inclusa in corpore iuris, secus de inclusis. vt no. in auē. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport. in l. hæres absens. infra de iudi. in princip. De materia autem glo. magnæ hic positæ in fine vide per docto. in l. fina. C. si contra ius vel vtil. publi. & per Inno. in c. quæ in ecclesiarum. de constitutionibus.

2 *Beneficium quot modis capiatur? & quando sit latissime interpretandum? & quando stricte?*

3 *Differentia inter beneficium, priuilegium, & rescriptum, & nu. 2.*

LEX III.

1 BEneficium. † Beneficium principis latissi
2 me est interpretandum, ad hoc semper allegatur. † Et scias q̄ istud verbū beneficiū est generale. nam dicitur benivola actio gaudiū tribuens capienti: vt in vsib. feud. de feudi cognit. c. Obertus. & interdū ponitur pro beneficio ecclesiastico, & tunc quid comprehendat vide Archi. in c. gratia de rescri. lib. vj. Interdū pro facultate aliquid faciendi ad propriū cōmodum. & tunc quid cōprehendat. vide Bart. in l. beneficio. ad l. falcid. Interdū pro gratiosa cōcessione principis. & tunc si non est contra ius pro
c prie dicitur beneficium, & debet largissime c interpretari: vt si concedat alicui castrum, quia videtur cōcedere territorium & oia ad ipsum pertinentia: licet ex vi vocabuli veniret tantum est intra muros. & hoc probatur in l. j. §. cū vrbē. de offic. præfecti vrb. Et si concedat bona vacantia videē cōcedere cū instrumentis & mancipijs, & oibus pertinentijs eorū. vt in l. si quādo. C. de bo. vacā. Et sic fit interpretatio largissima contra ipsum cōcedentē, nō cōtra tertiū. vt no. Inn. in c. dilecti. de donā. & Cy. hic, licet Inn. nō alleget. & vide q no. Bar. in l. j. circa fin. C. de iur. & fac. ign. & in l. si q̄n. in prin. C. de inoffi. test. Cy.
3 in l. j. in fi. C. de diuer. rescrip. † vero cōcesso est contra ius, tūc dicitur priuilegium: & debet stricte interpretari: & ita loquitē illa lex, si quando. nisi ex hoc redderetur inutile: vt ibi not. in glo. & ex text. in l. j. in fin. ad municipa. Si vero concessio est secundū ius, tunc dicitur rescriptum: quia emanat ad iuris cōmunis obseruantiā: vt in toto titu. extra de rescriptis. & C. de diuer. rescrip. per totum. vt q̄n cōmittuntur causę inter priua-

a ¶ Vtriusq̄. posui post Abb. in c. j. de cōsue. extra ibi vide.

b ¶ Nō valet. limita, ni si esset cōsuetudo tanti tēporis, cuius initij memoria non existat secundū Car. in cle. ij. de reb. ec. non alie. itē limita vt per Bal. in l. fin. §. nec sit. de bo. quæ lib. itē limita vt per An. de bu. in c. ea nosci tur. itē limita secūdum Imo. in c. j. vj. colum. de his quæ fiunt à præla. item limita vt per Cal. consilio. j. & ij. de his quę fiunt a prælato. item vt per Ludo. ro. cōsi. xxxvj.

c ¶ Largissime. q beneficium principis sit largissime interpretandū vltra do. Iaso. hic adde Ludo. rom. consi. lxxix. vbi dicit q illud acceptans cū oibus qualitatib? ac ceptasse intelligitur.

Universidad de Sevilla
Biblioteca

tos:vt in tit.de preci.impera.offe.& talia rescripta intelligun-
tur secundū ius commune.vt patet in duabus legibus huius ti
tuli.Hic relinquuntur quatuordecim tituli,quos videatis per
vos vsq; ad titulum de offi.eius cui manda.est iurisdictio.

De offi.eius cui man.est iurisdi. *Rubrica.*

In gl.rub.ibi alij sic.dic,ista continuatio non placet:quia rub.
dicit de off.eius,cui mand:est iurisdi.sed delegare causam,est
officium eius qui delegat & sic non conuenit rubricæ verū est
tñ in se,q̄ actus delegandi ad iurisdictionē pertinet.vt ff. de iu
risdi.om.iud.l.j.in fi.non solum enim exercetur iurisdictio in
cognoscēdo,& pronūciando:sed etiam in delegando. tene er
go præcedentē:sed quare in decretalibus, primò ponitur titu
lus de off.dele.tanquā dignior & posteà de offi.ord. tanquàm
minus dignus:hic econuerso.Respōdeo:quia ibi tractatur de
delegatis à principe,qui sunt maiores quolibet ordinario: ga
principē repræsentāt,vt in c.studuisti.de off.leg.hic de legatis
ab ordinarijs,qui sunt minus digni:quia causatū non pōt esse
dignius sua causa:& sic respectu ordinariorū dicuntur peda-
nei iudices,& sic in simi.vt C.de peda.iudic.& in rubro & ni-
gro. In gl.ibi de secunda nihil dic imo tractatur de hoc in l.si
prętori.quia non solum priuatis:sed etiam ordinarijs possunt
causæ per alium ordinarium delegari:vt ibi patet.

2 ☞ *Iurisdictio dicitur potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicēdi & æquitatis statuendæ, & continet imperium merum, & mixtum, & simplicem iurisdictionem.*

3 *Quid sit merum & mixtum imperium uel simplex iurisdictio remissiuè.*

Iurisdictio qualiter de populo Romano & postea in principe fuit communicata cum aliis magistratibus?

4 *Qui dicantur maiores magistratus, & quòd habeant merum uel mixtū imperium.*

Maiorum magistratuum tres sunt gradus: quia aliqui sunt illustres, spectabiles & clarissimi.

Princeps quòd dicatur superillustris.

5 *Quæ sint reseruata Principi uel Papæ.*

6 *Maiores magistratus quæ possint delegare?*

7 *Iurisdictio quæ datur per legem, aliquando potest etiam dici delegata: licet regulariter dicatur ordinaria, & quando.*

8 *Ea quæ sunt de imperio in duobus infimis ex se gradibus possunt delegari: modica coertio personalis pro delictis puniendis debet uenire principaliter. sed uerbalis & pecuniaria potest uenire in cōsequentiam in delegatione, & quæ alia ueniant etiam in consequentiam.*

9 *Quæ sunt de simplici iurisdictione, quando delegari non possunt.*

10 *Argumentum à contrario sensu legis est licitum nisi sequatur absonus intellectus.*

11 *In generali dispositione non ueniunt ea de quibus specialiter dispoñ non poterat.*

12 *Vniuersitas qualiter trahit ad se ea, quæ alias de per se non transirent.* ☞ *nu.11.*

LEX I.

QVæcunque. In hac.l.primò tractaʒ quæ
cauſæ possunt delegari spe
cialiter, vsq; ad §.quæ mādata.Secundò si facta
est delegatio generaliter,quæ trāseat in delega
tū:vsq; ad l.si prætor.& in prima parte ponūtur
primò duæ regulæ.quarū prima est negatiua de illis quę non
possunt delegari.alia est affirmatiua,de illis quæ possunt dele
gari:vsq; ad ver.& ideò ibi ex prima regula negatiua infertur
vnū vsq; ad ver.huius rei ibi.tertia,in qua probat illationē suā
vsq; ibi,non aliter.ex probatione prædicta cōcludit:& etiam
1 ampliat regulam.& h.d.in effectu. †Ea quæ sunt de imperio
mero,vel mixto:non possunt delegari per ordinariū inferio-
rem à principe,nisi ex causa iustæ absentię,quia cōpetunt sibi
ex speciali priuilegio.& quia est de maiorib⁹ magistratibus,
& nō nisi maioribus cōpetant.ea verò quæ sunt de simplici iu
risdictiōe bene possunt delegari à quolibet ordinario:ga non
cōpetūt sibi ex speciali priuilegio ratiōe maioritatis:cū gene-
raliter cōpetant cuilibet minimo magistratui ordinario,ideò
dicunt cōpetere iure magistrat⁹.h.d.vsq; ad §.qui mandatā.Et
additur vnū,q̄ malè faciūt & errāt minores magistratus,cum
delegāt causas ad imperiū pertinētes non subsistente causa iu
2 stæ absentiæ.†Et præmitte ad euidentiā,q̄ iurisdictio est no-
men generale:quia dicit potestas de publico introducta cum
necessitate iuris dicēdi & æquitatis statuēdæ,vt no. in l.j.ff. de
iurisd.om.iud.quæ diffinitio cōgruit cuilibet speciei ipsius iu
risdictionis:quæ possunt dici tres:scilicet imperiū merū, item
imperium mixtū,item simplex iurisdictio.quę species oēs sub
nomine iurisdictionis in genere sumptæ cōprehenduntur:vt
etiā hic colligitur,in vers.& ideò.in fi.dū dicit iurisdictionem
suā mādat,quod exponit:id est imperiū.& ibi hoc no.gl. par-
ua quæ incipit hic not.etiā mero imperio iurisdictionē inesse,
3 supple,sicut inest genus cuilibet speciei. †Quid autē sit mera,
mixta,& simplex iurisdictio:not.in l.imperium. ff. de iurisdi-
om.iudi.Item scire debes q̄ omnis iurisdictio,& quælibet spe
cies ei⁹ principaliter erat in populo romano,& posteà in prin
cipe.verū quia per eos non poterat exerceri in quolibet loco,
& quibuslibet personis,talem eorū potestatem cōmunicaue-
runt cum alijs scilicet magistratibus quos creauerunt per vni
uersum orbē,faciendo eos ordinarios in singulis locis & pro-
uincijs,hoc faciunt leges & senatusconsulta. Quędam autem
cōmunicauerūt generaliter cū omnibus magistratibus quan
tuncunque minimis:vt illa quę sunt de simplici iurisdictione.
4 †Quædam verò specialiter maioribus tantum magistratibus
propter eorū maioritatem.& sic in priuilegium maioritatis:
vt sunt illa quæ sunt de imperio mero,vel mixto. Et dicuntur
maiores magistratus à præside prouinciæ inclusiuè:vsque ad
principem exclusiuè:quorū sunt tres gradus:scilicet illustres,
spectabiles,& clarissimi:vt hic in gl.mag. princeps autē dicit
5 illustris:vt in authē.vt ab illustribus,vt superillustrib⁹.& eo-
rum quæ prius sunt. †Quædā princeps reseruauit sibi,& nul
li cōmunicauit:vt potestatē condendi legē.C.de leg.l.fi. & po
testatem restituēdi natalibus.ff. de natali. restī.per totū.& con
cedendi veniā ętatis.C.de his qui veni.ęta.per totū.& ff. de mi
no.l.iij.& legitimandi spurios:vt in authen.qui.mo.natu.effi.
sui.& cōcedendi ius anulorū aureorū.l.ij. C. de iure aur.anul.
6 & vide vbi Bal.de reseruatis principi seculari. †Quę autē sunt
reseruata principi ecclesiastico.vt patet per not.per glosſ.in c.
quod translationē.de offi.leg.& plenius in Spec. eo.tit.§. nūc
7 dicēdum. †Est ergo quæstio de his,quę cōmittunt maioribus
magistratibus,vtrū ipsi possint oia delegare. Nā in magistra
tibus nō est dubitatio.cū enim eis nō cōpetāt nisi ea quæ sunt
de simplici iurisdictione,quæ de sui natura sunt delegabilia:
clarū est,q̄ ea omnia delegare possunt:nec etiā est quæstio de
principe:quia cū ipse sit solutus legibus,vt l.princeps.ff. de le-
gi.potest omnia alteri cōmittere,etiā quę sibi specialiter reser
uauit.vt vidimus in ijs cōmitibus palatinis,quibus princeps
cōmittit potestatem legitimandi,& creandi notarios quā sibi
reseruauit,vt no.in c.cū tabellio.de fi.instr.solū enim est quæ-
stio de maioribus magistratibus,quibus quædā cōmittuntur
specialiter tanquā maioribus:vt sunt illa quę pertinent ad im
perium merū,vel mixtum:quædā non specialiter tanquā ma-
ioribus sed quia sunt magistratus cōmittūtur,vt sunt illa quæ
pertinēt ad simplicem iurisdictionem.& breuiter hic dicitur,
quòd prima non possunt delegare,& ista est prima regula ne
gatiua. Secunda verò possunt delegare: quando competunt
eis iure magistratus,id est,propter hoc,quia magistratus sunt
non quia sunt maiores,cum etiam minoribus competant: &
ista est secunda regula affirmatiua. Cætera quæ sunt in tex.
8 sunt clara. †In tex.ibi:[non transferuntur.]id est,nō possunt
transferri:vt conueniat cū sequenti vbi ponitur regula affir-
matiua,& ibi dicitur mādari possunt.illa verò quæ sunt de im
perio nō possunt mandari specialiter,& illa quę de iurisdictio
ne possunt specialiter mādari.Et ex hoc sequitur,q̄ si genera-
liter mādat totam suam potestatem & iurisdictionē,puta si fa
ciat aliquē vicarium suū vel vicegerentē alijs fortèoccupatus,
in hac generali,non veniunt ea quæ sunt de imperio,sed bene
veniunt ea quæ sunt de simplici iurisdictione.& hoc habetur
in §.qui mādata.in versi.verius est.& sic ille ver.in hoc differt
ab isto principio:licet videatur idē dicere.ideò sic oportet hic
9 exponere,vt ille sit superfluus. † In tex.ibi:[vel senatuscon-
sulto delegatam.dic id est,tributam ipsi enim non sunt delega
ti,sed ordinarij.& loquitur de magistratibus maioribus qui
habebant iurisdictionem plenam cū mero,& mixto imperio:
tamen quia quantū ad imperium,habebant eam ex iure spe-
ciali:quia maiores hoc respectu dicuntur habere delegatam,
quantum ad ea quę sunt de imperio.Et sic not.q̄ etiam iurisdi
ctio quę datur per l.potest aliquando dici legata,licet regula-
riter dicatur ordinaria,vt ff. de iurisdi.om. iud.l.quia.Et hoc est,
vbicunq; ex priuilegio aliquo præter naturam iurisdictionis
fiat commissio alicui per legem,vt patet in l.j.de dam.infecto.

Scire

10 †Scire autem debes,quòd istæ regulę nō sunt simpliciter ve-
ræ,nam prima regula negatiua, q̄ ea quæ sunt de imperio nō
possunt delegari,procedit in quatuor gradibus imperij, nam
hic habes sex gradus,quia dicitur imperiū maximū, maius &
magnū itē paruū minus,& minimū, prout pulchrè tradit Bar.
in l.imperiū.de iurisd.om.iu.in quatuor aūt primis gradibus
procedit ista regula.in minori aūt & minimo nō procedit, quia
illa quæ sunt de illis gradibus possunt delegari specialiter: vt
quia fortè competunt iure magistratus vt modica coertio
etiam personalis pro delictis puniendis,quæ est de minori: &
multò fortius de minimo,vt modica coertio verbalis, & pecu
niaria similiter pro delictis puniēdis.de illis duobus pōt intel-
ligi.l.magistratibus.in fi.si enim competunt minoribus magi
stratibus,vt ibi dicuntur cōpetere iure magistratus. ergo pos-
sunt delegari:vt hic in regula secunda affirmatiua. Sed cōtra
quantū ad primam,quia delegatus nullo modo pōt personam
& corpus tangere,vt in auth.de test.§.si verò ignoti. ergo mo
dica castigatio nō poterit delegari.Sol.sustinendo Bar. qui di
cit posse delegari.in l.imperiū.ver.potest,q̄ pōt delegari prin
cipaliter,& expresè pro delictis puniendis ad publicā vtili-
11 tatem. †Sed si delegetur causa meræ iurisdictionis,&quęritʒ
an in consequentiā delegatus possit corpus tangere,puta, te-
stes torquere vel personaliter,tacitè faciēdo capi personam,&
tunc hoc non pōt,nec in cōsequentiā delegationis hoc transit.
& hoc videtur sentire Bar.in l.ij.ff. de iurisdi.om.iud.qui videt
sibi cōtrariari in eo quod ipse not.in l.imperiū. Sed contrà, q̄
imò etiam in consequentiā hoc veniat,vt in fi.huius legis & in
fi.in §.fi.ff.eo.Sol.intellige illos tex.de modica castigatiōe ver
bali & pecuniaria,nō de corporali,& ita intelligit Bar.in in l.
magistratibus.& ponit etiam alios modos,in quibus talis de-
legatus potest ea quæ sunt de imperio minimo,in auxiliū suæ
iurisdictionis,vt denegare audientiā contumaciæ, vel habere
quem pro confesso.ista enim possunt dici de imperio,quia of-
ficio iudicis nobili expediuntur,tamen transeunt in delega-
tum accessoriè,& in consequētiam iurisdictionis,quæ sine præ
12 dictis non posset exerceri,tene menti. †Alia etiam regula af-
firmatiua,q̄ ea quæ competunt iure magistratus, vt sunt illa
quæ sunt de simplici iurisdictione non semper est vera,nō pro
cedit in duobus gradibus iurisdictionis,scilicet in maxima,&
maiori.vt in causa istatus quæ non potest delegari, vt in l. pla-
cet.C.de pedaneis iudicibus. in fin. In tertio gradu, scilicet
in magna procedit quando magistratus esset impeditus, vel
propter abientiam necessariam,vel propter alias publicas oc-
cupationes,vt eadem l.placet.in prima parte,licet ea quæ sunt
de imperio,propter abientiam delegari possunt non propter
alia impedimenta.& istæ sunt causæ quæ sunt vltra trecentos
aureos.vt in auth.de defenso.ciui.§.iudicare.in aliqs autem tri
bus gradibus,puta trecentorum aureorum & infrà, procedit
indistinctè ista regula,vt possint etiam à non occupato dele-
gari,vt habetur in d.l.placet.& primæ non competunt nisi ma
ioribus magistratibus sicut illa quę sunt de imperio.alia verò
13 etiā omnibus. †Vltimò scias q̄ gl.quę sunt hic laborāt prin-
cipaliter in duobus.No.ex §.huius rei,q̄ licitū est arg.à cōtra-
rio sensu legis.l.qui testamento.§.mulier.de testa.quod est ve-
rū,nisi sequatur absonus intellectus,id est,contra ius,vel iuris
correctionē,vt l.ij.C.de condi.inser.& hic in gl. quæ incipit, i-
deo quia.sed in statutis etiā si sequatur iuris cōis correctio po
test sumi arg.à cōtrario sensu, si statutū remaneret superfluū.
si nō sumeretur,quia nunquā est dicendū q̄ debet esse super-
fluum si alius intellectus congruus dari potest,vt not. in l.j. in
fi.ff. ad municip.per gl.& ita consuluit Cy.in statuto florētino
disponente,q̄ filia possit succedere matri nō obstante mascu-
lo.nā à cōtrario,masculo extāte non debet succedere: licet ex
hoc sequaʒ iuris cōis correctio.quod etiā tenet Bal.in l. cōuen
ticulā.C.de epis.& cle.Sed in legibus iuris cōmunis, potius est
dicendū,q̄ vna lex sit superflua,quā q̄ per arg. à cōtrario sen-
su ipsius,altera lex corrigaʒ,nec hoc est inconueniens cū multæ
leges reperiantʒ dicētes vnū & idē:sed statuētes intendunt ali-
quid facere cōtra ius cōe.vnde nō est nouū dicere, q̄ ius com-
mune corrigatur si apparet de intentione ipsorū, vt etiam idē
14 Bal.notabiliter dicit in l.maximū vitiū.C.de lib.præte. † Itē
no.vltimā glo.quæ incipit arg.triplex in quarto & vltimo no-

tabili,q̄ in generali dispositione non veniunt ea quæ speciali-
ter disponi non poterant.ad hoc l.si pater.ff.de priuile. credit.
15 & l.nuntius.in fi.ad municip.& ff. de ritu nup.l.quāquā. † Sed
contra de l.quædam.de acqui.re.do.vbi dicitur q̄ quędā trans
eunt cum vniuersitate,quæ per se non transeunt.gl. nō soluit.
Dic,quòd aliud est generalitas,aliud vniuersitas. nam in ge-
neralitate quælibet species consideraʒ de per se:sed in vniuer-
sitate non,quia omnes faciūt vnum totum,in l.eum qui ædes.
de vsuca.secundū Pet.Ideo cum vniuersitate transeunt quæ-
dam,quæ per se non transirent,quia non transeunt,vt ipsa cau
sa consideret,sed vt ipsa pars vniuersitatis:sed in generalitate
transirent vt ipsa.& ideo per illam l.dicunt doct.q̄ in vēditio-
ne castri transit etiam iuspatronatus, quod vendēs habebat in
ecclesia sita in castro:licet illū per se nō possit vēdere,cū sit spi
rituale,sine licētia episcopi vel donare,& ad hoc l.ī modicis. ff.
de contra.emp.& quod plenè no.Inn.in c.ex literis.de iurepa.

2 ☞ *Omnis iurisdictio ordinaria datur per legem.*

3 *Quare lex non permisit ut ea quæ sunt de imperio possint delegari sicut ea quæ sunt de iurisdictione?*

4 *Quòd ea quæ sunt de imperio possint de iure canonico alteri committi.*

5 *Legatus proconsulis quòd nullam iurisdictionem habeat uel potestatē antequàm proconsul committat ei uices suas.*

6 *Quæ sunt de infimo gradu imperij, ut est modica coertio uerbalis, quòd possint delegari, ut quæ ueniant in hac coertione? & an dicatur potius iurisdictionis quam imperij?*

§. Qui mandatam iurisdictionem.

1 †Delegatus non habet propriam iurisdictionem: sed habet v
sum iurisdictionis delegantis: & si delegatus est ad vniuersi-
tatē causarum,transeunt in ipsum illa quæ sunt de simplici iu-
risdictione,nō illa quæ sunt de imperio.nisi sint talia quę iuris
dictioni cohæreāt vt sunt illa sine quibus iurisdictio exerceri
non posset.h.d.vsq; in fi.legis.& cum hoc vlti.dicto concordat
l.fi.in fi.ff.eodē. In text.ibi,[proprium nihil debet.]hoc est di
cere,quod iurisdictio quā habet delegans,nō abdicaʒ ab ipso
nec transit in delegatū:sed remanet apud ipsum,& in delega-
tum transit vsus : & sic non habet proprium, id est non habet
proprietatem iurisdictionis,sed vsum.Et propter hoc nō dicit
habere iure suo sed alieno.vt ff. de iurisd.om.iu. l.more maiorū.
vbi patet,q̄ solum ordinarius dicitur habere iurisdictionem
suo iure:delegatus verò alieno beneficio.Item non dicitur eā
habere principaliter quia non præcipitur,vt reducatur in eius
personam:sed remanet,& eius radices cōsistunt in persona de
legantis.vt l.ea quæ.eo.ti.statim sequitur. In tex. ibi, [vtitur]
dic & per hoc dicunt quidam,q̄ delegatus non habet iurisdi-
ctionē,sed solum notionē,& ita intelligit.l.ait prætor. in prin.
infrà de re iudi.dū loquitur de notione.Sed gl.tenent contra-
rium,q̄ imo habet iurisdictionem delegatam,quia ille vsus di
citur iurisdictio delegata nō ordinaria. Petrus aūt,in l.ait prę
tor.debet intelligi in arbitris,non in delegatis, & vide omni-
no quod ibi not.Bar.in text.ibi, [transferre.]dic,iste tex. vide
tur contrariari præcedentibus q̄ si transferī,ergo nihil rema-
net apud delegantem:ergo proprietas transit in delegatū.Er-
go dicitur habere propriū.Et per hoc l.cognitio.versi. cū pro-
priam.ff.eo.vbi dicitur,q̄ delegans dat suam iurisdictionē, &
dare est accipientis facere.Sol.hic transferri,debet referri so-
lū ad vsum iurisdictiōis,nō ad proprietatē. ille enim bene trā-
ferī & ita in verb.dari,licet alio respectu & proprius, dicaʒ cō
cessio potius.nā intentio huius literæ est dicere,q̄ nō transfe-
ratur proprietas iurisdictionis, sed q̄ transeunt illa quæ sunt
de simplici iurisdictione nō illa quæ de imperio: & pro hoc re
manent expeditæ duæ gl.vna quæ incipit imò.& alia quę inci
2 pit:id est permitti.quæ sup hoc laborāt. †In tex.ibi,[quod le
ge datur.] supple specialiter in priuilegiū maioritatis. nā hoc
qđ debeʒ per l.nō esset sufficiēs causa, q̄ nō transiret cū omnis
iurisdictio ordinaria detur per legem.vt l.quia.de iurisdi.om.
iu.& tamē illa quæ sunt de iurisdi. delegantur.& ista patēt ex
3 gl.prima quæ est in prin.huiʒ legis & incipit hoc signū. † Sed
quare lex nō permisit,vt ea quę sunt de imperio possint delega
ri,sicut ea quę sunt de iurisdictiōe: Respōdeo:ga requirūt ma
ioritatem magistratus,ipsam exercentis,sed delegatus dicitur
vtilis quia pedaneus,& sic natura imperij nō patitur in illū trā
ire:non sic in iurisdictione simplici,quæ nō requirit maiorita

Universidad de Sevilla
Biblioteca

4 tem.prædicta tamen non procedunt † de iure canonico:scdm quod ea quæ sunt de imperio, possunt alteri cõmitti, vt not.in c.in archiepiscopatu.de rapto.& in c.ij.de off.vica.lib.vj. in no uel.vel dic, ꝙ cõmittuntur faciendo iudices ordinarios, vt potestates, vel rectores per prælatos habentes iurisdictionẽ in tẽporalibus,cùm & ipsi non possint de causis criminum cognoscere:non autem per viam delegationis. Nam ordinarij fungãtur vice propria,sed delegati vice delegãtis,vt in d.l.more maiorum. † In tex.ibi:[quia animaduersionem legatũ proconsulis habere.]dic,s.quantum ad hoc,vt possit pronũciare condẽnando vel absoluẽdo.sed bene possunt cognoscere de crimine postquã delegatus sibi cõmisit vices suas vt l.solent.in prin. de off.procon.& no.per gl.in §.præcedenti,quæ incipit in casu qui ponit in l.cognitio.in prin.ff.eo.fauore pupilli:& ita intellige istam gl.ante verò ꝙ,pconsul cõmittat tali legato vices suas,nullã iurisdictionẽ vel potestatẽ habet legatus procõsulis
6 vt l.legati.circa fi.tit.ff.de off.procõ. & l.obseruare.§.fi. † In tex.ibi.[ꝙ iurisdictio cohæret.]dic,vt est modica coërtio verbalis,puta, pnunciare actorẽ mittendũ in possessionẽ,ppter cõtumaciam rei ex primo decre.ff.eo.l. cognitio.§.vt bonorũ.vel deferre actori iuramentũ in litẽ propter dolũ rei, vel audientiã actori denegare,ppter eius cõtumaciã,vt ff.qui.ex cau.mai.sed & si per prætorem.§.sed si cũ decre.vel condẽnare ipsum in expensis propter cõtumaciã,vt in l.sancimus.C.de iudi.vel habere pro confesso recusantem respondere positionibus. & in c.si post præstitũ.de cõfes.lib.vj.in his consistit ista modica coërtio verbalis,quę dicit esse de infimo gradu imperij:& ideo transit in legatũ.ita intelligitur etiã l.ff.ff.eo.& ita intelligit Bart. in l. magistratibus.ff.de iurisd.om.iu.glo.tñ videntur dicere,ꝙ ista modica coërtio de qua loquitur iste tex.in l.ff.ff.eo.potius dicatur iuridictionis,quàm imperij.vt hîc in vltima gl.quæ incipit, hoc dicunt.& etiam no.in l.ff.ff.de iurisdi.om.iud.in gl.quæ incipit si dicas.quia glo.habuerunt pro inconuenienti,ꝙ ea quæ sunt de imperio,transeant aliquo modo in delegatũ.Sed certè isti tex.dicunt,ꝙ est imperium,vt hîc:non tamen merum,vt in l.ff.quasi dicat mixtum.quia exercetur ad priuatam vtilitatem pro glo.ramen facit,quia ista videntur expediri officio iudicis mercenario deseruiente illi actioni potius quàm nobili: & sic non videtur esse de imperio quod expeditur nobili:habent tñ similitudinem cum eo. tenendo tamen, ꝙ sint de imperio non est inconueniens dicere quòd transeant: quia sunt de infimo gradu,vt not.per Barto.in l.iubere. de iurisdict.omn.iudic.

a ☞ *Prædia minoris non possunt alienari etiam in utilitatem minoris nisi causa æris alieni: secus in re ecclesiæ uel domũi.*

3 *Vicarius quis sit, & in quo differat a delegato ad uniuersitatem causarum?*

LEX II.

1 MAndata. † In generali delegatione nonvenit vt delegatus possit interponere authoritatem in casibus in quibus requiriturplena causæ cognitio,quia possunt esse præiudiciales. h.d. in effectu ista l. Et ponuntur duo exempla:vnum,qñ minor.xx. annis vult manumittere seruum,quem non potest nisi ex iusta causa,vt in glo.Non ergo ꝙ delegatus ad vniuersitatẽ causarũ potest authoritatẽ interponere in tali manumissione.alius casus est, quando tutor vel curator vellet alienare prædium minoris,quod non potest, nisi ex causa æris alieni:vr gentibus & non existentibus aliis, de quibus possit creditori satisfieri.vt in titu.ff.de reb.eorum qui sub tutela vel cura. Vnde talis delegatus nõ potest authoritatem interponere in tali alienatione. Si autẽ non requiritur causæ cognitio:quia nec est actus preiudicialis: vt in emancipationibus liberorum,vel manumissiõe seruorum facta à maiore, vel adoptionibus vel vt aperiantur coram eo testamẽta, bene posset authoritatem interponere.vt colligitur ex gl.& §.l.proxi.in prin.in gl.quæ incipit, idem,ppter vnum circa medium.vbi enumerat ista,inter ea quæ competunt iure magistratus. Sunt tñ de imperio infimo,quia officio iudicis nobili expediunt, & mixto,non mero. quia ad priuatam vtilitatẽ.& ideo infimo, quia causæ cognitionẽ non requirunt saltẽ magnã,cũ sint voluntariæ iurisdictionis,& inter
2 consentiẽtes exercent,cum tendãt in præiudiciũ alterius,ideo transeunt in delegatũ. † Hîc est vna gl.quæ per omnes reprobatur,quia vult, ꝙ prædia minoris non solum possint alienari pro soluendo ære alieno,si aliunde solui nõ posset:sed etiam propter aliã vtilitatẽ minoris.quod est expresse cõtra text.in l.magis puto.§.si ęs.quẽ gl.allegat.& est.§.antè pen.ff.de reb. eo.licet aliud sit in ecclesia.vt gl.dicit & bene in hoc.& etiã in re dotali,quę potest alienari,vt in aliam vtiliorẽ conuertatur.
3 vt ff.de iur.do.l.fi. † Quæro quę sit differentia, inter delegatũ ad vniuersitatẽ causarũ,& vicarium de hoc vide per Bar.notabiliter.ff.quis & à quo appelletur.l.fi.qui dicit,ꝙ vicarius est ille qui sedet in eodem tribunali cũ ordinario, & ideò censetur vnũ & idem tribunal,& à sentẽtia ipsius nõ appellatur ad ordinarium cuius est vicarius,sed ad proximũ superiorẽ illius ordinarij.vt in c.ff.de consue.li.vj.Sed delegatus ad vniuersitatem causarũ dicitur qñ sedet in alio tribunali:vt si potestas ciuitatis,vel episcopus cõmitteret alicui oẽs causas vertentes in tali castro,vel in tali quarterio:& tũc à sentẽtijs appellaret ad ipsum cõmittentẽ,qm à delegato appellatur ad delegãtem.vt in ista.l.Itẽ quæ differẽtia est inter delegatũ ad vniuersitatem causarũ,& substitutũ seu vicem gerentẽ:Respondeo.Primus dicitur qñ delegatur ab ipsomet magistratu:vt si potestas cõmitteret vices suas cuidam:iste dicitur delegatus,& in eũ non transeũt illa,quæ sunt de imperio,nisi hoc facit propter absentiam necessariam:& tũc transeunt quantũ ad cognitionẽ tantum.vt l.proxima.§.huius rei in gl.quæ incip.scilicet cognitionẽ.Sed locũ tenens seu subrogatus dicit ille,qui ponit à superiore qui posuit potestatẽ. Et de isto loquit.l.ij.de offi.eius, qui vicem alterius gerit:& iste potest oĩa quæ poterat ille cuius loco subrogatus est,& sic etiam causas criminales cognoscere,& terminare vt ibi,& ita intellige eandem gl.quæ incipit scilicet cognitionem.in ver.sed aliud est in eo.& ita declarat Bar.l.j.§.j.ff.de leg.iij.vbi omnino vide.

2 ☞ *Differentia inter delegatum ad uniuersitatem causarum, & substitutum seu uicem gerentem.*

Ordinarius si in causa sibi delegata in qua poterat procedere ut ordinarius: & processit ut delegatus: & delegatio non tenebat an ualebit sententia & processus ex iurisdictione ordinaria.

3 *Si superior scribat ordinario in causa spectante ad iurisdictionem ordinarij,non facit illum delegatum in illa causa si non mutat modum procedendi, sed potius iurisdictionem uidetur exercuisse, & quis effectus resultet.*

LEX III.

1 ET si prætor. † Etiam ordinarius iudex in causa sibi delegata per aliũ procedit
2 & cognoscit vt delegatus,non vt ordinarius.h.d. † Et effectus est magnus,quia appellabitur ad delegantem. sed si ordinarius appellaretur ad immediatũ superiorem. Quid si delegatio non tenebat, & ipse procedit tanquam delegatus, poterat tamen procedere vt ordinarius,an valebit sententia, vel processus ex iurisdictione ordinaria? videtur ꝙ non,quia restrinxit ad delegatum: & hoc potest dici si sciebat delegationem non valere, alias potest dici ꝙ si non restrinxit, quia fecit credẽs posse procedere vt delegatus,& si sciuisset cõtrarium,processisset vt ordinarius & ita videtur debere intelligi quod no.Inno.in c.cũ ex officij.de rescrip.vbi tangit istum
3 passum. † Item quid si superior scribat ordinario in causa spectãte ad iurisdictionem ordinarij,an faciat ipsum delegatum in illa causa. responde, non si mutat modum procedendi, sed potius censetur eius iurisdictionẽ ordinariã excitasse:vt in c.licet.de offi.ordi.secus si alterabit,per modum procedendi,puta,ꝙ procedat summariè & de plano.vt not.in nouel. & adde ff.quis & à quo app.l.fin.Iacob.tamen but.tenuit,quòd in hoc casu sit delegatus in procedendo,& ordinarius in sententiando. Et ideo si appellatur ab interlocutoria, appellatur ad ipsum superiorem committentem.si verò à diffinitiua, tũc ad illum ad quem appellaretur,si ordinario iure processisset.Pone exemplum Bononiæ,vbi à potestate appellatur ad certos iudices deputatos per commune:si delegatus ibi existẽs mandat potestati,quòd in causa vertenti inter duos Bononien.tali modo procedat.& ibi habui istum casum de facto. audiui à Bal.reprobare opi.Iac.but.quia dicebat quòd iudex talis debet esse in pronuntiando,qualis fuit in cognoscendo.arg.in l. qui procuratorem dat.in prin.ff.de procurato.licet in auditoribus sacri palatij hoc quidam dicunt,vt not.in clemen.auditor.de rescrip.vt ibi.

Legatus

Legatus proconsulis punire non potest, sed ipse proconsul: nec etiam prætor urbis licet sit de maioribus magistratibus: sed remittit ad præfectum urbis.

3 *Quis possit de suspecto tutore cognoscere: & quibus possit hæc cognitio & etiam remotio delegari & nu.4.*

4 *Quod uni permittitur, alteri prohibetur & econuerso.*

LEX IIII.

b ¶ Furtū. De hoc per Fede. conſi. ij. vbi ponit ſi cōſtitutione epiſcopi caueatur, quòd ludens ad azardū ſit excōmunicat⁹: an ludens in loco exempto ſit excōmunicat⁹, & ibi vide an talis locꝰ ſit extra territorium, vt hic tenet do. Iaſ.

c ¶ Bar. tenuit. adde, q̄ hanc eandem opin. tenet practicus Are. in ſuo tract. mal. in ver. exiſtens Florētiæ. colum. ij. ver. quid ſi dictus Abb. in conſilio xxiij. incip. Rodul. de ciuitate corneri. vi de Alex. de imo. in cō ſi. cxj. in primo volumine. & Fran. de are. in conſi. lviij. Cur.

d ¶ Solito tribunali. Adde hic quod notaui §. in l. penul. de iuſti. & iure. Cur.

e ¶ Duorū. Adde quæ voluit Aretinus con lioſi. cxxxv.

f ¶ Conferre. vide per Oldr. conſilio lxxij. vbi ponit, an epiſcopus poſsit concedere indulgētias loco exiſtenti in aliena diœce ſi, vt valeant pro ſibi ſubditis, & ibi ſmordet dictum Hoſtien. quod facerdos poſsit ſuum ſubditū vbiq̄ abſoluere.

Quod quiſque iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure ꝓbatur. Rubr.

LEX I.

EHoc edictum habet. Primo cōmendat edictum vſque vbi, [qui magiſtratum. ſecundo ponit verba edicti vſque ibi, [hęc autē verba.]tertio ipſa exponit vſque in finem tituli. Nota ex prima parte in verbo iuxta. quòd paria ſunt non habere cauſam conquerendi, vel habere non iuſtam. ſimile in l. dotem. & in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ſoluto matrimonio.

2 ☞ Magiſtratus qualiter ſumatur hic: ut cōtra eū fiat retorquutio noui iuris & iniqui ſi aliquid ſtatuerit per modū præcepti, uel l. uel ſtatuti, ſeu ſententiæ. & nu. 4.

3 Impetrans ſtatui iniquum ius, licet non dolo, nec utatur: ſi tamen illud obtineat: quod fiat contra eum retorquutio illius iuris.

4 Illud quod ſubauditur tacite in uno capitulo legis, non ſubauditur, uel cēſetur repetitū in ſeq. c. etiam connexo uel coniuncto: ſecus in eo quod dicitur expreſſe.

5 Poteſtas ſi fecit aliquem decapitari pro homicidio, quē debebat punire ſolum in pecunia ex forma ſtatuti: quod ipſe in ſyndicatu debeat decapitari.

6 Statutum factum ab uno magiſtratu, an liget ipſum ſicut alios, quòd contra eum retorqueatur.

7 Si aliquis doctor dedit iniquum cōſilium in cauſa alterius, an teneatur illud idem ſeruare in cauſa propria, quam haberet cum illo.

8 Magiſtratus perpetui ſine conſiliarijs ciuitatis & temporales cum conſiliarijs & proceribus ciuitatis poſſunt facere ſtatuta perpetua: ſed temporales ſine conſiliarijs poſſunt ea facere ſuper pertinentibus ad eorum officium, quouſque eorum officium durat. & nu. 9.

9 Poteſtas conceſſit Titio ſaluum conductum, quod nō poſit capi pro debitis uſque ad quatuor menſes, inhibendo creditoribus ne contra eum aliquam nouitatē faciant, & fuit de facto ſeruatum, retorquetur contra eum ſi habeat debitores illos creditores: & non durat ultra tempus officij ſui.

10 Conſilium ciuitatis non poteſt facere ſtatutum, niſi ſit præſes, poteſtas, uel alius magiſtratus, ſi poſitus eſt à ſuperiore.

11 Delictum quando committitur à pluribus, tanquam ab uniuerſitate non permittitur cuilibet de uniuerſitate, ſed ipſa uniuerſitas: & qualiter puniatur uniuerſitas?

12 Si Peruſinus fuerit interfectus Florentiæ à Florentino: an debeat Florentinus decapitari: licet ſi ipſe Florentinus fuiſſet interfectus Peruſij ab ipſo Peruſino non debuiſſet Peruſinus decapitari: ſed in pecuniaria pœna cōdemnari ex forma ſtatuti.

13 Statutum in uno loco, quòd forenſibus non reddatur ius ſecundum formam ſtatutorū, ſed ſecundum ius commune: an retorqueatur contra ſingulos de illo populo uolētes alibi litigare.

14 Licet quis non appellet à ſententia iniuſta uel ſi appellat: & appellationem deſeratur uel etiam in ea ſuccumbat: poteſt tamen conuenire iudicem in ſyndicatu.

15 Priuilegium tibi conceſſum motu proprio cōcedentis, ſi tendat ad iniuriam alterius uel ad tui poſtulationem, & non tendat in alterius non retorquetur contra te.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Retorquutionis, vi de per do. Paride de puteo in suo tract. de syndi. offi. an autē impetrans rescriptū, vt aduersarius teneatur personaliter respōdere, debeat retorquutio fieri, vt & ipse similiter cōpareat, vide de per. do. de Rota de procur. tēpo. alis. late per Bar. in l. oēs populi. ff. de iustit. & iure.

b ¶ Vniuersitate. qualiter possit puniri vniuersitas, vide per Anchara. consi. cliij.

c ¶ Mihi videtur. Hæc opin. nō recipitur ab Alexan. nec à Iaso. iurib⁹: de quibus hic per eos.

Qui magistratum. † Magistratus quī ius iniquū cōtra aliquē statuit etiā priuat⁹ qui statui facit ad suā vtilitatē, cogunt aduersario postulāte, vt eodē iure ī causa ꝓpria vtant. h.d. & sic habet duo capita edictū prætoris. In primo tractat de ipso magistratu, q est persona publica, ad quē pertinet statuere ius: secūdo de priuata to, ad quē nō pertinet statuere, sed imperare ab illo vt statuat. ī primo puniē ipm statutū si habuit effectū vel habere potuit qa erat de se validū: sed in primo casu qñ habuit executionē, etiā si nō valuit: sed de facto fuit obseruatū, adhuc puniē fm doc. arg. ff. ꝙ vi aut clam. l. si seru⁹. & de l. nō solum. † & sumiē magistrat⁹ ꝓ omni habēte iurisdictionē vel imperiū, & sic etiā ꝓ populo, si faceret aliquod statutū iniquū in causis forensiū cōtingētibus in suo territorio: qa teneret vti cōtra se. † In secūdo capite punitur ipsa impetratio, dūmodo fuerit valida: licet ea nō fuerit vsus, vt ff. eo. l. iij. post prin. quia verificat verbū obtinuerit. nō em requirit ꝙ vtatur, sed ꝙ obtineat. In tex. ibi, [nouī iuris.] id est iniqui. In tex ibi, [statuerit.] sed dolo. vt patet ff. l. proxi. & licet hoc nō cōtineat in verbis edicti: tñ subaudit in hoc primo capite per illā l. sed in seq. capite nō, vt hic in glo. quæ incipit duo capita. ver. sed nūquid. † Et sic no. fm Bal. ꝙ illud quod subaudit tacite in vno cap. l. nō ꝓterea subaudit, vel censet repetitū in seq. c. etiā sibi cōnexo vel cōiuncto. secus in eo ꝙ dicit expresse in vno c. legis. vt ff. ad l. aquil. l. quēadmodū. ff. vbi Bar. plene. & in l. prætor. ff. erit ꝙ. ff. vi bo. rap. & dic statuerit vel per modū l. vel statuti, vel ꝑ modū sniæ interlocutoriæ vel diffinitiuæ, vt patet hic in gl. mag. quæ incipit, ꝙ sic, quæ tangit oēs istos modos. † Et per istū tex. patet fm Ang. ꝙ si potestas fecit quē decapitari pro homicidio, quē tñ debebat punire solū pecunialiter ex forma statuti, dicentis ꝙ occidens puniatur in cccc. vt est Perusij: ꝙ iste potestas in syndicatu debebat decapitari, nō autē soluere pœnā pecuniariā tm, in qua debebat illū cōdēnare, imò pœnā quā illi imposuit: qa ipse habebat seruare statutū loci: & fecit ius iniquū respectu decapitati. † Videt etiā, ꝑ hoc pari per istū tex. intelligendo ꝙ loquatur in statuto facto per modū legis, ꝙ statutū factū ab vno magistratu ligat ipsum magistratū, sicut ligat alios. hoc nō est verū fm Ang. & bene quia hoc non cōtingit hic ratione ligaminis: sed ratione retorquutionis[a]. De hoc ergo dic vt no. in regula, cui licet, in mercuria. † Vltimo seq. ver. si. inducit Ang. quòd si aliquis doctor dedit iniquū consilium in causa alterius, teneatur illud idem seruare in causa propria, quā haberet cū illo & debet retorqueri cōtra eum: vel per imperitiā, & nō pōt eam allegare, vt ff. proxi. hoc videtur verū. si cōsilium habuit effectum, vel habere debuit: quia erat decisiuū cōmissum sibi per magistratū, q tenebatur illud sequi ex forma statuti: aliàs iniquū videretur, vt ff. proxi. ff. † In gl. quę incipit per hoc, ibi, pōt em dic quòd glo. in isto versi. ponderauit verbum statuerit, quod est in tex. quod videtur importare, sed per modū legis vel statuti. sed magistratus tales nō videntur posse facere statuta. vt C. cōmina. vel epi. l. programa. gl. tamē determinat contrariū, quod no. sed sequens glo. tamē magna videtur huic cōtrariari. quia sentit quòd non possit solus: sed cum proceribus ciuitatis sic doctores dicunt, quòd si est magistratus perpetuus, sine dubito potest: vt patet in episcopo, vt in c. vt animarum. de cōst. lib. vj. & in c. ij. de maior. & obed. Item in comitibus, vt in titu. quæ sint regalia. in vsibus feu. & talia dicuntur iure prætoria. vt no. Bar. in l. v. de verb. obli. si vero sunt temporales: tunc si sunt magni iudices, vt præfecti prætorio, item legatus de latere, adhuc possunt & eorum cōstitutiones sunt perpetuæ & generales: dummodo non sunt contra iura scripta, vt l. forma. de offic. præfe. præto. & in c. fi. de offi. leg. si autē non sunt de maioribus: tunc volunt statuere super pertinentibus ad eorū officium, quousque officium durat, & possunt, vt l. cū nauicularios. C. de naui. lib. xj. ideo officiales sup abūdātia possunt facere ordinationē, quòd quicūque portauerit bladum, non teneatur soluere gabellam. & constituti pro bono & pacifico statu possunt facere, ꝙ nullus dñs ingrediatur palatium, si hoc pertinet ad statum pacificum, & durabit ordinatio quousque eius officium durat, vt l. j. ff. de pœnis. Statutū vero perpetuum vel super nō pertinētibus ad suum officium nō possunt facere soli: sed cum proceribus ciuitatis & consiliarijs. vt in gl. seq. & vide per Bar. in l. oēs populi. de iusti. & iur. † In glo. seq. quæ incipit, quod si ibi, [& est exemplū ne Titius &c.] declara vt si potestas concesserit Titio saluum conductum, ꝙ non possit capi pro debitis, vsque ad quatuor menses, & inhibuit creditoribus ne facerent cōtra eum aliquā nouitatem, nō potuit hoc de iure facere: sed si fuerit seruatū de facto, retorquetur cōtra eū, si habet debitores illos eosdem creditores, & pro suis debitoribus, & nō durat vltrā tēpus sui officij. In gl. ibi, [habito tractatu omnū procerū.] id est cōsiliariorū, qui representāt totū populū. Et sic no. ex ista gl. ꝙ potestas magistrat⁹ tpalis solus nō potest. l. facere. quod dic vt dixi. † Item ꝙ cōsiliū ciuitatis nō potest facere statutū, nisi sit præsens potestas vel alius magistratus: hoc intellige qñ ille magistratus erat positus à superiore: secus si ab ipsa cōitate: quia tunc cōmunitas est superior vnde non indiget authoritate inferioris, vt dixi in l. oēs populi. † In gl. ibi, [Rñdeo, licet populus faciat. no. istam glo. ꝙ qñ delictum cōmittitur à pluribus, tanq̄ ab vniuersitate, non punitur quilibet de vniuersitate[b]: sed ipsa vniuersitas, quę persona repræsentat: quia tunc plures loco vnius habētur. Et qualiter puniatur vniuersitas, vide Bar. in l. aut facta. ff. de pœnis. † Per istā etiā gl. dicit Ang. ꝙ si Perusinus fuerit interfectus Florentiæ à Florentino, debet Florentinus decapitari, licet si ipse Florentinus fuisset interfectus Perusij ab ipso Perusino: non debuisset Perusinus decapitari: sed solum cōdemnari in pœna pecuniaria, secundum statuta illius loci: quia non debet retorqueri contra singulos de populo. Mihi videtur[c] cōtrarium: nam si est talis pœna, q̄ possit cadere in populo, tanquam in populo, vt in terminis huius gl. quando populus statuit, ꝙ creditores non possint conuenire suos debitores ĩtra certum tempus: nam populus pōt habere etiā suos debitores, qui poterunt vti hoc eodē iure contra populum. vnde expedit ꝙ vtantur contra singulos de populo: sed quando statuit ꝙ de capitandus non decapitetur, sed cōdemnetur solū in tanta pecunia, nō potest istud retorqueri cōtra populum, qui non potest decapitari: & ideo retorqueret contra singulos de populo qui patiuntur istud statutū vigere. arg. optimū in c. sententiā. de senten. excō. lib. vj. vbi illa q̄ nōcadunt in vniuersitatē producuntur ad singulos de populo, ne delictum sit impunitum. † Quid ergo si in loco sit statutum, ꝙ forensibus nō reddatur ius secundū formā statutorū: sed secūdum ius cōmune, ad hoc vt forenses fatigentur litibus, & expensis: an singulis de illo populo volentibus alibi litigare, idem obseruari debeat. dic ꝙ non, per istam gl. tamen iniquum videtur: quia sic esset delusorium hoc edictum. raro enim cōtingeret ꝙ ipse populus haberet causam pecuniariam in alio loco: vnde puto ꝙ de facto seruaretur iste tit. & cōsueuerunt esse statuta ꝙ illud ius redditur forēsibus in ciuitate, puta Bono. quod redditur Bononiensibus in ciuitatibus vel locis illorum. & ita vidi statutum Bononiæ, quod fundatur in isto titu. & emanauit ad tollendum dubium, quod posset resultare ex hac glo. In glo. ibi, [tu dic cōtra.] quia causa subesse potuit. certe etiam si nulla fuit. nam magistratus fuit in dolo, & non appellans fuit in culpa. & dolus præponderat culpæ. l. item si obstetrix. in fi. ad legē Aquil. † Et sic no. ꝙ licet quis non appellet à sententia iniusta: tamē potest cōuenire iudicem in syndicatu: & idem si etiā appellat, & appellationē deserat, vel etiam in ea succumbat. vt no. Inn. in c. sæpe. de appell. & in c. pastoralis de rescript. & plene per Bar. in disputatione quæ incipit, à sententia iudicis. † In glo. quæ incipit, imò ibi &c. sed distingue, & dic plenius, quòd leges supra allegatæ, locum habent quando priuilegium tibi cōcessum non tenderet in iniuriam alterius: vel si tendit, fuit cōcessum proprio motu concedentis non ad tui postulationem. & tunc nō habet redundare in tui odium, nec contra te retorqueri, vt in illis ll. quādo autē in alterius iniurā & ad tui postulationē, nō habent locū illæ leges: quia potest contra te redundare per retorquutionem, quæ fiat ex hoc edicto.

Verba

[a] ¶ Perfectā. Adde, ꝙ voluit Lud. cōsi. cccxxxiij. vbi ponit, ꝙ cōstitutio cōcilij concedēs certas prærogatiuas eis qui laborauerūt per annū in cōcilio, debet intelligi de his qui laborauerūt tā ante quā post.

[b] ¶ Conatus. adde Alex. cōsil. xlv. & cons. ccxxxij.

[c] ¶ Nulla. multa possunt adduci q̄ no. in l. iiij. §. condemnatū. de iudic. & vide aliqua per dominū Iaso. hic.

[d] ¶ Temeraria. de hoc adde vt per Alexā. in consi. suo. xlj. in ij. vo. Cur.

[a] ☞ Verba debent intelligi cum effectu.
Verbum præteriti temporis significat rem perfectam.
Solus conatus quando puniatur, ac si delictum esset consummatum.
Sententia quando est nulla, iudex non facit litem suam: nec potest conueniri tempore syndicatus.

§. Hæc autem verba. † Si non habet effectum statutum iniqui iuris, non fiet retorquutio per hoc edictū. h.d. & in hoc §. & in l. seq. exponit primū caput edicti, ꝙ loquitur de magistratu in l. vero ij. secundū caput. † No. ꝙ verba debent intelligi cū effectu, & ad hoc semper allegatur. Item ꝙ verbum præteriti tēporis significat rem perfectam[a]. facit l. si id quod. §. quod si. ff. titu. j. & vide omnino quod notatur in regula, in pœnis. de reg. iur. ꝙ in pœnam nō incurritur, nisi delictum fuerit perfectum. & hoc est regulare. aliquando tamen sufficit solus conatus. vt l. si quis cum telo. C. ad l. Cornel. de sicariis. & l. si quis non dicā rapere. de episcopis & clericis. dicit tamen Spec. in ti. de accusa. §. j. versic. quid si primo. omnibus legibus dicētibus puniri conatum, ac si delictum esset cōsummatum, derogatum est per generalem consuetudinem, tene menti perpetuo hoc dictum. Fallit in crimine læsæ maiestatis. vt l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiest. & idem in crimine patriæ oppugnatę, secundū Ange. ibi: vbi sufficit solus conatus[b], licet iniuria nō habeat effectū, vt si aliquis faceret tractatū contra statutum ciuitatis. † Item nota bonum argu. secundum Ange. quòd quando sententia est nulla[c], iudex non facit litem suā, nec potest conueniri tempore syndicatus. de quo in l. fin. ff. de variis cogn.

[b] ☞ Caput familiæ regulariter tenetur pro familia: sed non est sufficiens causa ad faciendum ipsum incidere in hoc edictum.
Dolus iudicis an reddat sententiam uel legem ab eo factam nullam: & quid si lata sit per gratian uel inimicitiam iudicis?
Propter duritiam uel dolum legislatoris, non redditur lex nulla: sed potest iniquitas retorqueri contra eum.
Imperitia dolum excludit.
Assessor uel artifex præsumitur asserere pretium in arte sua: & quòd magistratus proter imperitiam assessoris faciat litem suam. & nu. t.
Assertio temeraria facit quem teneri ac si esset in dolo.
Testis, si temerariè asserat, quòd quis nulla bona habet, & interrogatus quomodo scit, respondeat, quia non posset habere, quin scirem. si reperiatur contrarium, potest puniri de falso, non tamen hoc sufficit, ut corporaliter puniatur.
Magistratus quātuncunque imperitus literarū, facit litem suam: si facit iniustitiam.
Quid in mensore electo à partibus.
Quid in arbitris uel in consultore electis à partibus.

LEX II.

Hoc edicto dolus. † Magistratus qui ꝓpter imperitiam assessoris, statuit ius iniquum, nō incidit in hoc edictum; quia nō est in dolo: sed assessor sic. licet non sit in dolo, quia saltē est in lata culpa, quæ dolo æquiparatur. h.d. Si ergo magistratus esset in lata culpa, idē dicerē in eo, vt si deberet tenere assessorem. & non tenebat, & sic fecit de capite suo. Quādo autē tenebat: tunc nō est in dolo, nec in lata culpa: licet possit dici in leui, qa vtitur opera imperiti: & ista leuis culpa bene sufficit vt ipse faciat litem suā, & teneatur parti ad interesse: quia hæc nō est mere pœna. & ideo facilius incurritur. & ita intellige gl. hic in fi. & probat in auc. de iudi. §. necessitatem. & ibi est bona gl. & in auc. de quæstore. §. maxime. & de collatoribus. §. iubemus. & insti. de oblig. quæ ex quasi delict. §. fi. † & est regulare, ꝙ caput familiæ tenetur ꝓ familia. vt ff. furtū aduer. nautas. l. j. sed non est sufficiens causa ad faciendū ipsum incidere in hoc edictū: quia ista est mere pœna, tamē cōperet etiam ei qui nō est læsus, si tamē lædi potuit, vt in l. proxima, post princ. ver. sed impetrauit. ideo requirit dolus vel lata culpa, & ista faciūt te intelligere gloss. quæ est hic. In tex. ibi, [dolus.] dicit Angel. per istum text. probari, † quòd dolus iudicis reddit sententiā vel legē ab eo factā nullā. cū em hoc edictū locū habeat siue statuat ius iniquū per viā legis vel statuti, siue per viā sentētię. vt no. ff. l. proxi. §. j. & ipsa lex loquit generaliter: pātet ꝙ illa sentētia vel lex nō redditur nulla: quia si esset nulla, esset contra ipsum magistratum dolosum, & non retorquetur. vt ff. proxi. §. cuius cōtrariū hic dicit, vt ꝑbatur in l. seruo inuito. §. cū prætor. ad treb. vbi sniа lata ꝓ gratiā vel ꝓ inimicitiam iudicis nō est nulla: licet aduersus eam possit peti restit. in integ. vt ibi nota. nisi interuenissent sordes, id est, pecunia. vt l. venales C. qñ prouo. nō est necesse. † De duritia autē & dolo legislatoris, si militer nō pōt qs cōqueri, quātū ad reddē dū l. nullā. vt l. si qua pœna. de verb. sig. & l. si priuatus. q & à quibus. licet possit quātū ad retorquendū iniquitatē contra eū, vt hic. In tex. ibi: [magistratui officere] scilicet quia nō fuit in dolo, nec in lata culpa: sed assessori sic: quia fuit lata culpa: & quare hoc? dic vt in gl. † In gl. ibi [assessor etiā ex imperitia.] quæ dolū excludit. vt ff. ti. j. l. si quis id quod §. doli. † In gl. ibi: [sua tacita assueratio sibi præiudicat.] quia est temeraria[d]: nō em debebat asserere, nec acceptare officiū, si nō sentiebat se peritū: & idē in quolibet artifice, si per imperitiā artis aliqd facit. vt ff. locati. si quis domū. §. pe. † Et no. ꝙ temeraria assertio facit quem teneri, ac si esset in dolo: vnde facit, ꝙ si testis temerariè aliquid asserit, puta, ꝙ talis nulla bona habet, interrogatus, quomodo scit, rñdet: qa nō posset habere, quin scirē: ꝙ si reperiat postea, ꝙ habeat, possit accusari de falso. & ꝙ eo ipso probetur ipsum sciēter & dolosè asseruisse: licet aliter de dolo nō probetur. & iste casus accidit hoc anno: & credo, ꝙ ita fuit pronūtiatū: nō tñ hoc sufficeret, vbi esset imponenda pœna corporalis: quia tūc lata culpa nō æquiparatur dolo. vt no. in l. j. ad l. Cor. de sic. In gl. ibi: [magistratus:] etiā imperiti literarū, supple, vnde nō asserunt se peritos, licet acceptēt officia: in hoc vult dicere gl. & sic non pōt eis impingi temeraria assueratio in fi. gl. quo ad hoc, vt facīat litem suā. † No. ꝙ magistratus quātūcunq; imperitus literarū, facit litē suā, si facit iniustitiā: etiā si nō tenebat tenere assessorē de natura officij: licet videbatur cōtrariū, quasi nō esset tūc in leui culpa: quia nunq̄ asserit se peritū: & tale officiū consueuit dari imperitis: vnde videbatur, ꝙ nō teneretur nisi de dolo & lata culpa l. j. §. si mensor fal. mo. di. sed ibi loquitur in mensore, qui eligitur à partibus vel de ipsarū cōsensu. vnde im putent sibi partes cur talem elegerūt: & idē esset in arbitris, & in consultore electis à partibus, magistratus verò non eligitur à partibus. et ideo plus sibi imputatur, postq̄ acceptauit offm. tene menti: quia saltē est in leui culpa, quę sufficit propter hoc.

[a] ☞ Effectus quos habet motus proprius superioris: quia tollit retorquutionem iniqui iuris & tollit surreptionem: & facit ut censeatur derogatum omni iuri contrariū disponenti.
Motus proprius superioris non præsumitur, quando indultum non continetur in corpore iuris scripti, nisi in ipso indulto fiat mētio de hoc: secus in legibus uel statutis.
Contra ecclesiam habentem priuilegium papale non clausum incorpore iuris, ꝙ contra eam non possit opponi exceptio minor centum annorum, quare possit fieri retorquutio, ut nec ipsa possit contra alios minori tempore præscribere?
Si impetrasti contra me iudicem delegatum in causa tua: possum te coram eodem in causa mea reconuenire: & an possit renuntiare impetrationi ne possim te reconuenire, & an possis lacerare rescriptum?

LEX III.

Si quis iniquum ius. † Hic incipit exponere secūdum caput edicti, quod habetur in l. j. ver. si quis apud eum. & hoc vult. Contra impetrantē ius iniquū fit retorquutio, etiā si illo non fuit vsus, sed contra eum qui nō impetrauit: sed proprio motu superioris fuit concessum, sibi nō fiat, etiā si illo vsus fuerit. h. d. notabiliter. & ista distinctio semper allegatur, nec habemus meliorē tex. in iure ciuili, secūdum. Ang. qui facit hanc distinctionē inter illū, cui cōceditur motu proprio, & illū cui cōceditur ad supplicationē. In tex. ibi: [cæterū si ipso non postulante nō coercetur.] supple motu superioris: puta, ꝙ nō possit cōueniri à suis creditoribus. nā verba secundi capitis dicūt, ꝙ aliquid noui iuris obtinuerit, quæ verba verificantur in impetrante: & debet intelligi quando obtinuit ad sui postulationem, quod est valde notandum: videbatur enim posse verificari etiam in eo cui motu proprio, quia etiā ille pōt dici obtinuisse: sed contrarium est, quando agitur de pœna inferenda, quæ non nisi ratione delicti debet imponi, & ille talis non dicitur tunc committere delictum: aliàs posset verificari etiam in illo. tene menti † & sic not. vnū effectū quē habet motus proprius superioris: quia facit ꝙ etiam si indultum sit iniquum, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Alius effectus. Multos effectus motus p priꝰ vide per Lud. ro. cõſi. cccxxxiij. Et de effectibus motus p priꝰ, vide etiã plura p Fely. ſ. c. cauſam quæ el. ñ. de teſtib. col. ij. verſi. In gl. pe. cũ duabus gl. ſeq. Et aliqua ponit i c. ad aures col. 3 iiij. verſi. ſed difficilimum, cũ col. ſeq. de reſcrip. Franc. Cur.

b ¶ Sicut tuum. Adde Fran. de aret. conſilio xxxiij. & Lud. ro. cõ ſilio cccxxx.

c ¶ Ad reſtitutionẽ. Ad de eundẽ Paul. conſi. ccxliij.

d ¶ Cõmiſiſſet. ſed qd ſi noſe meo quis percuſſit clericũ, & cum ſciui cõtradixi. ſed ex 4 ſteruallo ratũ habui. an ſim excõicatus? vi de Fed. cõſ. ccxxxvij & vide tu ad principalẽ materiã, qñ ratihabitio æquiparetur mãdato, Bal. ibi Sal. in l. non ideo minus. ver. xj. quæritur. C. de accu. glo. et ibi. Bar. 5 in d. l. j. ſ. ſed ſi. j. de vi & vi ar. Bald. in l. ob ſeruare. C. proficiſci. ſ. de offic. procõ. & leg. Ange. aret. in tracta. maleſi. in ver. ſempronium mandatorem. verſi. nunc quintode cimo. & do. Franc. de aret. in ſuo ſolenni cõ ſil. clxv. & vide ad intelligentiã huius notari, quod notanter ponit Bald. in c. poſt translationem. de renun. Franc. Cur.

dat ad iniuriã alterius, non poſsit contra ipſum retorqueri. Et eſt ali° effect⁹ [a]: quia tollit omnem ſubreptionẽ, et facit vt cenſeatur derogatũ omni iurí cõtrarium diſponẽti, etiã ſi nõ ſit apposita clauſula nõ obſtãte, vt in c. ſi motu proprio. de præb. lib. vj. & l. j. & ibi no. C. de pœ. bon. ſubla. lib. x. † Iſte tamẽ motus proprius nõ præſumitur, qñ indultũ non cõtinetur in corpore iuris ſcripti, niſi in ipſo indulto fiat de hoc mentio, vt in dictis iuribus habetur: nec poſſet probari per teſtes, vt no. in d. c. ſi motu proprio. ſed ſi fiat per viã legis vel ſtatuti, bene præſumitur motu proprio, quia talia ſemp fiunt ad publicã vtilitatẽ, & ſic præſumitur facta proprio motu. vt no. in auẽ. quas actiões. C. de ſac. ſan. eccl. per gl. & Bar. & per eundẽ in l. fin. C. de bo. vacã. lſ. x. † Si ergo aliqua eccleſia habeat priuilegium aliquod papale, non clauſum ĩ corpore iuris. Et q cõtra eã nõ poſsit opponi præſcriptio minor cẽtũ annorũ: quia præſumit indultũ ad ſui poſtulationẽ, poterit cõtra eã retorqueri: vt nec ipſa poſsit cõtra alios minorí tẽpore præſcribere. fm Bar. qui ita no. in d. auẽ. quas actiones. † In tex. ibi, [ſed impetrauerit.] 5 hunc verſic. inducit Gul. de cu. q ſi impetraſti cõtra me iudicẽ delegatum in cauſa tua, certum eſt q corã eodẽ poſſum te reconuenire in cauſa mea: licet illa nõ ſit in reſcripto cõprehenſa. vt in c. diſpendia. ſ. reꝰ. de fo. cõpe. & in auẽ. & cõſequẽter. C. de ſentẽ. Pone ergo q videns me velle te recõuenire, renunciaſ interpretationi, an poſsis me inuito, & hoc nõ obſtante poſsis me conuenire corã eodẽ iudice: & dic q ſic, per hunc tex. licet iſta nõ poſsit dici recõuentio quia nõ præceſſit cõuentio à me: cõtrariũ tenet, q nõ debeat recedi ab illis teſt. q loquunt eo caſu quo te cõueníο & reconuenio. Nec obſtat hic, quia loquitur qñ iniquũ ius impetratur nõ in caſu mero, vnde nõ mereris moleſtari, pter tuã impetrationẽ, quã iuſte feciſti, poſtq̃ me nõ moleſtas. Ang. diſtinguit, an impetrauerís cum aliqua clauſula, quæ ſit cõtra ius, & procedit opi Gul. de cug. per eius rationẽ, aut quæ non ſit cõtra ius, aut ſine clauſula predicta, & tunc procedit opi. Rapha. Sed certe iſte tex. poteſt intelligi in illo qui nõ renunciauit: tñ nõ fuit vſus adhuc: poterat tamen vti, ſi autẽ renũciaſſet, forte foret ſecus: quia iſtud nõ eſt mere delictũ. vnde videtur habere locũ pœnitẽtia: & ſi eſſet, nõ eſſet perfectũ, licet eſſet inchoatũ: ergo pœnitẽtię locus eſſet: cum potuerit vti: & noluit. vt l. qui falſam. j. de fal. & hoc voluerũt quidã quos gl. refert. & illa mihi placet. Sed in queſt. Gul. videtur adhibẽda alia diſtinctio, quæ colligitur ex dictis Inn. in c. ex conqueſtione. de reſti. ſpo. q aut præſentaueras reſcriptum

b illi iudici, & tunc eſt effectũ meũ, ſicut tuum[b]: & nõ potes ei renunciare me inuito, quominus tam in eadẽ cauſa, quã impetraſti, tenearis procedere, q̃ etiã in alia poſſum te recõuenire. arg. in l. ſi quis liberos. C. de appel. aut nondũ præſentaſti, & potes ipſum lacerare, ſi vis: quia adhuc nõ eſt acquiſita iuriſdictio cũ effectu: licet poſſet dici acquiſita mero iure: quia acquiriẽ etiã ignoranti. j. de iudi. l. cũ furioſus. & in c. ſuper eo. de appel. cum etiã inuitus cõpelli ad acceptandũ, ſicut erat ſubditus cõmittẽti. vt no. ſ. tit. j. l. eum qui. & q plene no. per Bar. in l. liberto. de donat. exercitium tamen non cõpetit ante præſentationem. vt etiam not. Archidia. de procur. in c. is qui. lib. vj.

2 ☞ *Vſurarius ſi retinet ad banchum ſuum aliquem procuratorem uel actorem cum ſalario, non poteſt conueniri ad reſtitutionem uſurarum, ſed ſolus dominus. Quòd ſecus ſit in tutore uel curatore.*

3 *Ratihabitio æquiparatur ſpeciali mandato. Impetratio reſcripti, licet requirat ſpeciale mandatum cum ſit nomine alterius: poteſt tamen ratificari.*

Ratihabitio poteſt etiam fieri in delictis factis nomine alterius: & ſi ratum habeat, incidat in pœnam.

4 *In generali mandato non ueniunt ea quæ ſunt de genere prohibitorum, nec etiam illa quæ ſunt de genere permiſſorum, ſi ſunt talia in quibus dominus poſſet incidere in pœnam uel aliud damnum conſequi.*

5 *Procurator habens generale mãdatum ſi producat falſos teſtes, uel det poſitiones criminoſas: ut dominus teneatur de falſo, uel actione iniuriarum, cautela eſt quod interrogetur dominus, an ratum habeat, quod geſſit procurator? & an uelit inſiſtere in illis.*

6 *Procurator impetrans iniquum ius pro domino cum ſpeciali mandato, poterit etiam ipſe illud retorquere contra dominum.*

1 **§. Si procurator.** † Contra procuratorem impetrantem ius iniquum, nõ fit retorquutio ſi habet ſpeciale mandatũ, vel dñs ratum habuit: ſed fit cõtra ipſum dñm, niſi ſit procurator in rem ſuã: quia ipſe tunc eſt procurator & dñs: cõtra tutorẽ vel vel curatorẽ impetrantes pro pupillo vel adulto bene fit retorquutio in rem contra ipſum pupillum vel adultũ. h. d. vſq; ad §. hæc pœna. ratio diuerſitatis eſt, quia in primo caſu adeſt voluntas domini ſpeciaIiter mandãtis, vel ratum habẽtis, quæ procuratorẽ exonerat, ipſum dominũ grauat: ſed in tutore vel curatore nõ eſt voluntas pupilli vel adulti: & ideo ipſe ſolus tutor oneratur, quia 2 pria voluntate cenſetur feciſſe. † Et per hunc tex. videtur dicendum q ſi vſurarius retineat ad banchum ſuũ aliquẽ procuratorem vel actorem cũ ſalario, licet ille male faciat, acceptare tale officium: quia adeſt ſpecialis voluntas domini, non poteſt

c cõueniri ad reſtitutionem[c] vſurarũ, ſed ſolus dominus: ſecus ſi tutor vel curator pupilli vel adulti vſuras exercuerit: & in ꝓpriam vtilitatẽ non cõuertit, ſed ipſius pupilli vel adulti, & ad 3 hoc allegatur glo. notabilis. xlvj. diſt. c. ſicut non ſuę. † In tex. ibi, [vel ratum habent.] no. primo, q ratihabitio æquiparatur ſpeciali mandato. Itẽ q impetratio reſcripti, licet requirat ſpeciale mandatum, cum ſit nomine alterius, põt tamẽ rata haberi: vt hic eſt caſus, vt no. in c. ex parte decani. de reſcrip. Item q ratihabitio poteſt fieri etiã in delictis, qñ delictum eſſet cõmiſſum nomine alterius: tunc ille ratum habendo incidet in pœ-

d nam, ac ſi ipſe cõmiſiſſet[d]. ſecus ſi non fuiſſet factum nomine illius. tex. eſt in c. pen. de ſenten. excõ. lib. vj. & no. in l. j. ſ. quoties, de vi & vi ar. In gl. j. ibi, [cum parere nõ debuerit.] hic nõ ſed quare nõ? nam ſi mãdaſti ꝓcuratori q impetraret tibi ius iniquum: nonne hoc fuit delictũ, in quo non debuit tibi obtẽperare, & obtemperãdo ipſe debet teneri vt principalis, & tu vt acceſſorius, ſcilicet vt mandans & mãdatarius: vt l. j. ſ. quoties. de vi & vi arma. & l. non eo minus. C. de ac. Sol. tene mẽti, illud procedit in his quæ ſunt de genere prohibitorũ, & quæ non ſolent ſortiri iuris effectum. vt ſi mãdaſti q hominem interficeret vel vulneraret. nam tale mãdatum nõ tenet. vt inſti. manda. ſ. illud rei turpis. ſi ergo hoc facit, non dicitur feciſſe cauſa mandati, ſed ſua propria voluntate: quia non erat adſtrictus implere mandatũ, ſed nos loquimur in his, quæ non ſunt de genere prohibitorum, vt impetrare reſcriptum à ſuperiore q etiam põt ſortiri iuris effectum: quia poſtquam eſt conceſſum, validũ eſt ſi ab eo emanauit, qui poſsit concedere, & ideo mandatum ſuper hoc eſt validum, & tenetur adimplere: ideo actus adaptatur ad mandantem & non mandatario. caſus eſt hic ſingularis. Et per hoc etiam reſpõdetur ad id, quod poſſet opponi: quod dominus non incidat in in edictum, quia verba edicti ſunt in perſonam, dum dicunt, ſi quis apud eum &c. & ſic non videtur comprehendi fieri faciens. vt l. aut qui alter. in fine cum ſequenti, quod vi aut clam. quia illud procederet in primo caſu, in quo actus appropriatur ipſi facienti, & mandans non dicitur facere. ſed interpretatiue non in caſu ſecundo. vbi actus appropriatur ipſi mandanti, quia ipſe dicitur vere facere: & ideo ſi procurator de ſpeciali mandato domini producit teſtes falſos, vel dat poſitiones criminoſas, ipſe dominus incidit in pœnam ſtatuti, etiam in perſonam loquentis de producente falſos teſtes. ita notatur hic per Barto. Pro

4 quo facit l. non ſolum. ſ. ſi mandato. de iureiuran. † In gloſſ. ibi, [item quid ſi generalis.] Iſta gloſſ. allegatur, quod ſicut in generali mandato non veniunt ea quæ ſunt de genere prohibitorum, vt infra de ritu nupti. l. quanquam. ita nec illa quæ ſunt de genere permiſſorum, ſi ſunt talia ex quibus dominus poſſet incidere in pœnã, vel aliud dãnũ cõſequi. & ad idẽ facit

l. ſi proc

5 l. ſi procurator. de cõdi. inde. & per hoc dicũt doc. † q ſi procu
a rator habens generale mandatum, producat falſos teſtes, [a] vel det poſitiones criminoſas, ad hoc vt dominus teneatur de fal-
b ſo vel actione iniuriarum, cautela eſt [b] vt interrogetur dominus, an ratum habeat, quod geſſit procurator, & an velit inſiſtere in illis: & ſi reſpondebit q ſic: tenebitur ipſe non procurator: per ea quæ ſuprà dixi. ſi reſpondebit, q non, tenebitur procurator, non ipſe: quia in generali mandato nõ videtur de diſſe licentiam talia faciẽdi, per iſtam gl. & ita practicaẽ vbiq;, & tenebitur reſpondere. & iudex ad poſtulationẽ partis tene-
6 tur interrogare. vt j. de interro. act. l. vbicunq;. † In fi. gloſſ. ibi: [an ipſe procurator impetrans.] ſupple, cum ſpeciali mãdato, & ſic põt fieri retorquutio cõtra dominum per alios. an ergo etiam per ipſum procuratorẽ? fortè tenebatur ſibi, & impetrauit pro domino dilationẽ contra alios, an & ipſe poſsit petere dilationẽ aduerſus dominũ? gl. nõ reſpondet. quidam q non, quia fuit particeps criminis. arg. in l. prætor §. ſi quis particeps quæ in fraud. cred. & hoc placet. Alij dicunt contrarium, quia ſuum officium non debet eſſe ſibi damnoſum, ſed certè nõ lucroſum, & hic eſſet lucroſum.

a ☞ *Si quis impetrauit dilationem generaliter aduerſus omnes creditores, & durante dilatione unus ex creditoribus efficiatur poſtea debitor illius, q tunc nõ habeat locum retorquutio.*

3 *Si tempore quo impetrauit erat debitor meus in c. in quibus impetrauit dilationem, & ipſe erat creditor meus in mille, tunc non patiatur retorquutionẽ niſi in centũ.*

1 **§. Hæc pœna aduerſus.** † Aduerſus eũ qui generaliter impetrauit, contra omnes põt per omnes fieri retorquutio, licet ipſe non fuerit vſus indulto, niſi contra vnum. h. d. ſecundũ gl. & doct. ſed ſi impetraſſet aduerſus vnum tantum, per illum ſolum põt fieri retorquutio, ſecundũ eoſdem, quia nõ fit niſi per aduerſa-
2 rium vt l. j. ſ. j. & ij. ſ. e. in verbo aduerſario. & nõ põt dici aduerſarius, niſi ille contra quẽ impetrauit. † In text. ibi, [qui ab eo læſus eſt.] dic quia ſolum aduerſus illũ fuit vſus, tamẽ impe-
c trauit aduerſus omnes[c] puta, dilationẽ annalem. ſed pone, q tempore quo generaliter impetrauit, ego nõ erã debitor ſuus, poſtea ipſe efficitur creditor meus, petit à me, an ego potero retorquere contra ipſum? Reſpondeo, non: quia illud reſcriptum non comprehendebat tunc me, qui non ſuus creditor: et ſic non mihi noceret, nec lædere me poterat, quinimo etiam ſi poſteà fuerim effectus eius creditor, quia reſcriptum ſuum reſtringitur ad creditores, quos habebat tempore impetratiõis, nec extendit ad futuros creditores, niſi hoc dicatur expreſsè, præſertim cũ ſit iniquũ, vt in c. fi. de reſcriptis. Cùm ergo nõ ſit læſus nec lædi potuerit, non poſſunt retorqueri, niſi illi qui ſo
3 lum lædi poterunt: per §. j. in l. j. ſ. eo. Item, † quid ſi erat debitor meus in centum, & in illis impetrauit dilationem. ipſe verò erat creditor meus in mille, an poſsim in omnibus mille retorquere vt habeam eandem dilationem? videtur, q nõ. argu. glo. quæ eſt hic, quia retorquutio debet limitari ſecundũ læſionẽ, vt eatenus fiat quatenus quis eſt læſus vel lædi potuit, quia limitata cauſa, limitatũ producit effectũ. l. ita aũt j. de adminiſtra. tut. & l. Lucius de fide. & l. cancellauerat. de his quæ in teſta. delen. ſed cauſa retorquutionis eſt læſio ergo &c. In fin. gl. ibi: alij contra prima verior. Ia. butri.

a ☞ *Imperator per ſuum reſcriptum cum clauſula, ex certa ſcientia, & an etiam cum clauſula non obſtante, poteſt mihi debitori tollere exceptionem peremptoriam, quam habeo aduerſus te, ſicut poteſt tollere actionem aduerſus me?*

3 *Motus proprius ſuperioris facit q cenſeatur aduerſus omnem legem diſpenſare.*

4 *Delictum ſeu mora principalis an noceat fideiuſſori?*

Prælatus delinquendo poteſt facere conditionem eccleſiæ deteriorem.

1 **§. Si is pro quo.** † Impetratio facta per principalẽ debitorem, per quem retorquendo poteſt ſibi tolli exceptio, nocet fideiuſſori eius, vt etiam illi tollatur: non ſic econtrario impetratio fideiuſſoris, nocet principali, ſed ſibi ſoli. In tex. ibi: [pro quo ſpopondiſti.] quia fideiuſſiſti pro eo: & poſteà factum fuit ipſi reo pactum de non petẽdo, ex quo fuit ſibi acquiſita exceptio pacti, quæ etiam tranſit ad fideiuſſorẽ. vt l. exceptiões §. rei. de excep. In textu ibi: [exceptione vtatur.] & ſic poſſum ego creditor retorquere cõtra ipſum, ne etiam ipſe aduerſus me vtatur exceptione pacti præ dicti, & ſimiliter aduerſus te fideiuſſorem, ad quem dicta ex-

a ¶ Teſtes. cõſuluit ro. ſuper. conſi. ccv.

b ¶ Cautela eſt. Adde q hanc cautelam poſuit Bar. in l. diuus. j. de fal. & Salice. in l. ſi falſos. C. eod. tit. & refert practicus aret. in tracta. maleſi. in ver. falſario. col. pen. ver. & ſcias. Cur.

c ¶ Omnes. do. Iac. dicit gl. diuinare. dic vt hic latius per eum.

d ¶ Et adde q princeps poſſit tollere exceptiones rationales: dicit Fely. text. eſſe ſing. in c. ex parte. extra de offic. delega. an autẽ & qñ cauſa præſumat in principe, vide per Fely. in c. quæ ſit eccleſiarũ. de conſti. & an princeps poſsit cõmittere cauſam abſq; eo, q iudex poſſet recuſari, vide per Abb. in c. cum inter. de excep.

ceptio tranſit, ſi ſuper ipſum reſcriptũ po a tui lædi: quia erã ſuus debitor in alia ſumma. & habebã aduerſus eum exceptionẽ, qua vti non potui, propter dictũ indultũ.

In tex. ibi, [ſi ſoluẽdo debitor non ſit.] quia cogeris ſoluere mihi, & non poteris ab illo recuperare, poſtquã non eſt ſoluẽdo, ſed ſi eſſet ſoluendo, bene poſſet, quia ſui culpa contingit, q exceptione quã habebas, vti aduerſus me non potuiſti: ſed c quare factũ illius debet tibi eſſe iniurioſum, ſaltẽ vt cogaris ſoluere, & etiã vt per das in caſu inopiæ? Rñdeo, quia ab ipſo principio cũ pro eo fideiuſſiſti, hoc eueni re poſſe proſpicere debuiſti: quia in oẽm caſum cenſeris te obligaſſe. arg. j. loc. ſi qs domũ. poſt prin. & in l. ſi quis pro eo. §. j. de fide. In tex. ibi, [ſed ti incidiſti.] qa tu ſolus fideiuſſor impetraſti, ne alius debitor tuus exceptionẽ tibi obiceret, nec tu potes obiicere exceptionẽ dicti pacti: ſed ipſe reus ſic, quia factũ tuum nõ ſic nocet illi ſicut ecõtrario. facilius eñ de principali deſcendit in fideiuſſorem, quàm ecõtrario de fideiuſſore aſcẽdat ad principalẽ, ſicut eſt in ſimili in l. ſi à te. §. fi. de excep.

2 rei iudi. tene menti. † In gl. j. in fin. ibi, [dic ergo.] q hic impetrauit peremptoriũ. no. ergo ex hoc, q imperator per ſuum re ſcriptum cũ clauſula, ex certa ſcientia, & cum clauſula, nõ obſtante, poteſt mihi debitori tollere exceptionẽ peremptoriã, quam habeo aduerſus te, ſicut poteſt tollere actionẽ aduerſus me: dubium eſt, quia actio eſt de iure ciuili, & ideo imperator poteſt eam tollere, iuxta ea quæ not. in c. quæ in eccleſiarũ. de conſti. & per doct. in l. fi. C. ſi cõtra ius vel vti. pu. ſed exceptio peremptoria põt eſſe de iure naturali vel gentium, puta pactũ de nõ petendo, quod patet, quia per eã tollitur naturalis obligatio. vt l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. ergo non poteſt mihi tollere, cum non poſsit tollere dominiũ, quod eſt de iure gentiũ, niſi ex cauſa publicæ vtilitatis. l. item ſi verberatũ. §. j. de rei vend. poteſt dici ſuſtinendo glo. quod hoc contingit vt ſeruaretur æqualitas, & ne ſit melioris conditionis debitor, quàm creditor: quia creditor poteſt tollere actionem, ergo & debitor exceptionem, quod tamen in dubio nõ præſumeret, ſi cut nec motus proprius, vt vult glo. ordi. in cle. & ſi principa-
d lis. de reſcriptis. & adde[d] quod not. gloſſ. in c. ex tenore. de reſcrip. in antiquis. in ſi. magnæ gloſſ. Item † quod ſubijcit lege
3 aliqua non obſtãte, hoc non videtur neceſſariũ apponi, quando dicit ſe facere ex certa ſcientia: ſicut quãdo dicit motu proprio: quia cẽſetur aduerſus oẽm legẽ diſpenſare. vt l. idẽ Vlpianus. §. j. de excu. tut. In gl. ſeq. ibi, [& ſic nunquã cõpetit cum efficacia fideiuſſori,] vult dicere glo. quòd ſi primo feciſſet pactum de non petendo principali: & ſic eſſet acquiſita exceptio tam ſibi quàm fideiuſſori per impetrationem, quam poſtea fecerat principalis, non poſſet auferri exceptio fideiuſſori queſita. vt l. fina. j. de pactis. ſed ſi primo impetrauit ius iniquum, & poſtea fecit ſibi pactum de non petẽdo, iſta impetratio præcedens operatur, ne ſibi neue etiã fideiuſſori exceptio quæratur ex pacto: ſicut videmus in ſimili in ſeruo vel filiofami. qui poſſunt præiudicare domino vel patri in acquirendis, non acquiſitis auferendis. l. filius. C. de pactis. Sed oſtẽdo, quòd hoc non poſsit procedere: quia cum poſtea facio pactum de non petendo, videor renunciare iuri retoquutionis illius iuris iniqui, quod priùs inceperat mihi competere, pro præcedenti impetratione, ergo non tam ſibi quàm fideiuſſori acquiritur exceptio, cuius contrarium gloſſ. vult, quam docto. ſequuntur excepto Iaco. butr. qui tenet ſub dubio hunc text. poſſe intelligi, etiam quando pactum de non petendo præceſſerat impetra
4 tionem. Nec † obſtat contrarium de l. fi. infra de pact. nam dicit ipſe, quòd per pactum non poteſt debitor exceptionẽ queſitam fideiuſſori auferre, vt ibi: ſed propter eius delictũ bene poteſt auferri: quia tunc potius aufertur per legem, quàm per ipſum. ſimile videmus in prælato: quia delinquendo poteſt facere conditionem eccleſiæ ſuæ deteriorem: ſed contrahendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Sed dic.hāc impro-
bant Alex. & Iason
qui aliter soluit, vt
hic per eum.
b ¶ Per d.l.Iason hic di
cit q sibi videtur q
pœna huius legis nō
transit ad hæredē,qa
in pœnis quæ impo-
nitur ipso iure requi
ritur sententia declara
toria, & ita nō præ-
cedente,nō pōt trāsire:
vt hic latius per eum
q in pœnis quę impo
nitur ipso iure requi
ratur sententia decla
ratoria, voluit Lud.
ro.consi.cccclxxxiiij.
& Fede.consi. cix.an
autē sententia requi-
ratur in declaratione
ibi vide.
c ¶ Ad hæredes. Adde
tu an transeat ad hæ-
redem hæredis? dicit
Bart.in l.multa. ff. de
condi. & demonst.q
nō. Et idē in suo cōsi.
inci. Andreas martini.& in cōsi. inci. Ia-
cobi.& idē Bald.in l.
fi.C.de hære. instit.&
in l.j.C.de his q pœ.
no. q intellige versū
qū pœna consisteret
circa actionē dandā
cōtra hæredē: sec⁹ cir
ca exceptionē dandā
cōtra ipsum hæredē:
quia tunc talis pœna
transiret contra hære
dem hæredis: puta,si
testator mādasset hæ
redi vt intra annū cō
strui faceret monu-
mentū in ecclesia: &
si nō fecerit,q nō au-
diatur agendo nec pe
tendo debita hæredi-
taria,q no.Frā.Cur.

non.l.nullam.C.de sacrosanc.eccl.& in c.
cū venerabilis.de excep.Ang.allegat cōtra Iac.but.textum, quem dicit singularē in l.mora. secūdo responso.ff. de ver.obli. quod etiā delictum principalis, nō possit auferre fideiussori exceptionē iam quæsi tam: sed dic[a], quod ibi loquitur in mora ipsius principalis commissa post acquisi tam exceptionē fideiussori per suam obli gationē: quæ ideo non tollit eam, quia à iure illa mora non sic punitur,sicut puni tur impetratio iuris iniqui:vnde ibi tolli tur seu tolli dicitur exceptio facto princi palis, hic vero dicitur tolli ex dispositiōe legali: vnde placet opinio Iaco. quia iste text.loquitur generaliter,& propter diffi cilem oppositionē quam fecit contra glo. & docto. volendo tamen eam saluare ab illa oppositione, opus esset eam restringe re ad casum,quando tempore quo feci pa ctum de non petendo,ignorabam impe trationē suā: & sic nō video renuntiasse iuri retorquutionis.argu.ff.l. si quis post quam.ff. de fideius. & ista esset nimis ma gna restrictio ad istum tex.nec tamen vi deo qualiter glo.possit aliter saluari.

☞ *Nocumentū facilius descendit de principali in accessorium, quàm in alium æque principalem uel maiorem ascendat.*

§. Si filius meus. † Pactum fi-

lisfami.nō no
cet patri, etiam in actionibus vel iuribus illi quæsitis per ipsum filium. h. d. sed in quærendis bene potest præiudicare,vt di xi in præcedenti §. In tex. in hoc edictū inciderit,quia dedit dilationem,puta an nalem debitoribus conuentis ab eo:con tra quem seu cōtra quos creditores, quos ipse filius lęsit,nunc cum pater vult agere aliqua actione sibi acquisita per filiū, op ponitur sibi de eo, quod filius fecit, & dicitur q eodem modo ipse debet pati eandem dilationē,quam passus est iste creditor facto filij sui.certe nō tenetur pati. h.d. & hoc intendit. In gl. quæ incipit, quæ sunt in fine: licet quidam distinguant prout distinguitur in fideiussore supra §. proxi.per glo.sed si illa gl. est vera:quia illa glo.vult,q in parte & filio nō fiat illa distin ctio,cum pater se habeat vt fideiussor ad filium,qui contraxit vt l.cum filius.de verb.obli. ad hoc respondet glo. sequens,q verum est,quando filius cōtraxit, se alteri obligādo: nam ipse censetur principalis,et pater in actione de peculio censetur fi deiussor:sed hic loquitur quādo cōrraxit,alium sibi obligādo: quo casu obligatio illa,& etiā actio non remanebant isto iure penes filium,sed acquirebantur patri, vt l.placet.de acq.hære. vnde pater nō potest dici accessorius, sed principalis: quia nō est dare principaliorem in obligatione actiua, sed in passiua, qua filius tenetur bene est dare, quia remanet apud filium: &
2 nō acquiriē patri eo modo quo actiua.† facilius ergo de prin cipali descendit in accessorium nocumentum, quàm in alium æque principalem imò maiorem ascendat.

2 ☞ *Quādo per pœnam alicuius causatur exceptio similiter transit ad hæredem lite non contestata.*
3 *Pœnæ non impositæ per legem sed per iudicem imponendæ uel pro quibus competit actio non transeunt ad hæredes ante litem contestatam.*
4 *Retorquutio iniqui iuris qualiter etiam transeat contra hæredem.*

§. Quod autem ait prætor. † Quando pœ-

b l.[b] infligitur,transit ad hæredē,etiā lite nō contest. hoc dicit se
2 cundū vnum intellectū glo.secundū aliū dicit q †quando per pœnā alicuius causatur exceptio, similiter transit ad hæredem lite nō cōtest.h.d.& ambo sunt intellectus notabiles,qui colliguntur ex fi.magnæ gl.& p quos limitatur materia l. vnicæ de priua.delictis.& l.vnicæ.C.ne de sta.defun.in quibus habe

3 tur contrarium† q pœnæ non transeunt ad hæredes[c] ante li
c tem contest.quia verū est de pœnis nō impositis p l.sed impo nendis per iudicē,aliās secus,vt hic:secundū vnum intellectū. Item est verū in pœnis, pro quibus cōpetit actio, nō in illis p quibus cōpetit exceptio.vt hic, secūdum alium intellectū: qui habet in se rationē,quia non potest imputari ei qui habet exceptionem,si eā non deduxit in iudicio viuente criminoso:cū non possit deduci nisi agatur:& in potestate sua nō est,q agatur,sed ipsius actoris:similiter in l.punitur.§.fi. de doli excep. vbi ea quæ sunt tēporalia ad agendum, perpetua sunt ad exci
4 piendū ratione prædicta.†Pone hic casum,q impetrasti contra me dilationē annalem,vel exceptionē peremptoriā ne pos ses à me cōueniri.Egisti contra me, & antequā ius hoc iniquū cōtra te retorquerē,decessisti:hæres tuus agit cōtra me ex alia causa, possum retorquerre cōtra ipsum, vt deneget sibi actio vsque ad annum, vel perpetuo. In gl.ibi,[sed dic eum impe trasse priuilegium sibi hæredi q suo.]gl.habuit hunc respectū quia tunc sicut hæres potest gaudere priuilegio,ita & iustū est q consequatur pœnā,sed quando sibi soli,tunc sicut nec ad hę redem transit priuilegiū,ita nec pœna, sed certe in primo casu magis punitur hæres ex suo delicto,quia tali priuilegio vtitur quàm delicto defuncti.& hoc nō est de mēte istius §. dic ergo procedere etiā ī priuilegio personali, quo hæres potuit vti:ta men in actionibus descēdentibus ex persona defuncti, potest puniri propter delictū defuncti. vt sicut aduersus defunctum poterā exceptione annali vti, vel perpetua,qui talē indultum contra me obtinuit in alia actione,ita & contra hęredem eius possem vti,& tunc cadit sequens contrarium glo. in ver. item alia ratione.& solue vt in fin.& secundum quod supra dixi.

§. Illud quoque non. †Retorquutio fit non so-

lum in actionibus,quas im petrans habebat tēpore impetrationis, sed etiam in acquisitis post.h.d.Si ergo impetrasti cōtra me dilationē.& tunc nō eras creditor meus in aliquo,postea incepisti esse,si agis,possum cō tra te retorquere:& vti simili dilatione vel exceptione.h.d.

§. Ex hac causa. † Liberatus p rescriptū, cadit etiā

in pœnam huius edicti, & propter exceptionē retorquutionis iuris iniqui,nō est quis liberatus à naturali oblig.sed solum à ciuili per exceptionē,& ideo si solu at per errorem iuris,non repetit.hoc dicit. Quod est verū,& fortius etiam si ex certa scientia,secus per errorem facti.l.fina. infra ad ma.ita intellige & limita istum §. de quo dic, vt in l. si causa pœnæ.in princip. de condict. indeb.& plenissime per Bart.in l.Iulianus eodem titulo.

2 ☞ *Quod licite factum est iure permittente, pœnam non meretur.*
3 *Si impetrasti iudicem delegatum in una causa, licet possim te reconuenire coram eodem in alia causa,non tamen tu poteris iterum me coram eo in altera causa reconuenire.*
4 *Si aliquis dixit mihi uerba iniuriosa:uel testificatus est falsum contra me, licet possim icere ei quòd mentitur,nec tenear actione iniuriarum:ipse tamen non poterit retorquere contra me quòd ego mentior.*

LEX IIII.

Illud eleganter. † Nō potest fieri retor

quutio retorquutionis hoc dicit.vel sic,† quod licite factum est iure permit tente, pœnam non meretur. facit l. Gracchus.C. de adul.si ergo impetrasti cōtra me exceptionem dilatoriam vel peremptoriam,& ego retorquendo contra similem exceptio nem obtinui à iudice contra te,si vis eandem retorquutionem facere contra me alia causa, quasi obtinuerim contra ius iniquum,& etiā ipse iudex statuit,non potest hoc facere quia nō fuit iniustum,imò iustum: cū fecerim permittente edicto prætoris,et etiam iudex pro executione edicti id fecerit:& hoc ex presse cōtinetur in edicto post vltima verba posita supra eodē l.j.§.si quis apud eum.quia continebitur exceptio de qua hic.
3 h.d. Allegatur ista lex per Gul. † si impetrasti contra me iudicem delegatum, certum est,quòd possum te reconuenire coram eodē iudice in alia causa,licet non sit facta mētio in rescripto.Sed pone q tu ꝓpter recōuentionē meā,vltra tuā cōuentionem,vis me in alia causa iterum reconuenire:& sic vti iure conuentionis, & reconuentionis contra me: & sic per consequens exercere duas, & ego vnam. certe nō admitteris in hac

vltima:quia licet potuerim illud rescriptū contra te retorque re te reconueniendo,tu non potes meā retorquutionem con
4 tra me torquere.† Facit etiam secundū Ang.q si aliquis dixit verba iniuriosa:vel testificatus est contra me falsum,certū est,
a q licet mihi dicere,q mentitur:nec teneor actione iniuriarū[a], quia me prouocauit.vt l.quæ omnia ff. de procur.& in l.qui cū maior §.accusasse.de bo.liber.nunquid ergo poteris aduersus me retorquere dicendo,q imò ego mentior,nec teneris iniu riarum:die quod non:quia ego licitè sic respondi à te prouo catus,sed tu non sic licitè respondes,mihi retorquendo retor quutionem meam contra me.arg.huius l.

Si quis ius dicenti non obtemp. Rubrica.

a ☞ *Magistratus non dicuntur nisi iudices ordinarij.*
Delegatus de iure ciuili q non possit mulctam indicere. & quid de iure cano.
3 *Magistratus municipales an possint parua mulctas indicere. & nu.5.*
4 *Duumuiri erant ut sunt priores qui administrant rempublicam: non tamen reddunt ius,& quare dicuntur duumuiri:nec possunt mulctare.*
5 *Comites palatini habentes potestatem legitimandi,an possint mulctam indicere?*
6 *Defensio non solum consistit in obuiando ne fiat iniuria:sed etiam in uindicando iam factam si est persona publica,secus in priuato.*
7 *Iudex qualiter & aduersus quos possit iurisdictionem suam defendere: & qualiter etiam possit defendere iurisdictionem alterius iudicis ipsum requirentis?*

LEX Vnica.

Omnibus magistratibus. Primò declarat

qui sunt magistratus,qui possunt indicere mulctā propter cōtemptum iurisdictionis vsq; ibi: [is vi detur.]Secundò propter quē contemptū vsq; ibi: [si procurator.] Tertiò an per contemptū vnius possit alteri mulcta indici:vsq; ibi,hoc iudicium. Quartò & vltimò declarat cuius naturę sint remedia ex hoc edicto orientia.In prima parte dicitur,q magni magistratus qui habent imperiū, possunt indicere mulctā,aliqui maiorem,aliqui minorē, secundū ius potestatis eorū,quod declaratur in l.eos C.de modo mul
r cta.†Minores aūt magistratus simplicē iurisdictionē habentes,vt sunt duumuiri,nō possunt h.d.Et sic ponit regula vsque ibi:nō tamen postea ponitur exceptio,per quā regula restringitur ad magnos magistratus,licet generaliter fuerit posita,in omnibus magistratibus.Tertiò limitatur regula etiā in maio ribus magistratibus,vt nō possint quancunq; mulctā indicere,sed secundum quod eis cōpetit,pro magnitudine suę pote
2 statis.†In tex.ibi:[magistratibus.]non dicuntur magistratus nisi iudices ordinarij.vt ff.ti.ij.l.eū qui.quid ergo in delegaris? dic de iure ciuili,nō posse eos mulctā indicere.vt ff. de iudi. l.ij. §.fi.nisi in causa l.fi.C.de sportu.de iure aūt canoni. quid iuris
b sit,vide Inn.in c.j.de offi.deleg.[b] & in c.pastoralis.per glos. & eundē.In tex.ibi:[non tamen.]quidā habent & nō tantū,vt in gl.habet,quæ litera nō est bona:quia esset incōgrua locutio di cere:non tantū duumuiris,qui sunt minores,sed etiā omnibus qui sunt minores:qa illa dictio debet adijcere illud, in quo mi nus videatur inesse, non id in quo magis congruentius ergo
c est dicere,nō tantū[c] in maioribus sed etiam in minoribus:quā
3 contrario.†In tex.ibi:[duumuiris.]gl.intelligit de magistra tibus municipalibus,vt de defensoribus ciuitatū, qui habent simplicē iurisdictionē,& nō possunt indicere mulctā: vt est ca sus in l.defensores C.de defen.ciui.sed qa multa alia iura huic repugnāt scilicet l.magistratibus ff.ti.ij.vbi dicitur,q modica coertio nō est eis deneganda.& l.fi.C.de spor.& in auc. de de fen.ciui.§.audient.Idcirco quidā dicebāt esse debere in litera, non tamē.Azo verò dicit,q magni magistratus possunt indi cere magnas mulctas:& ita intelligaē regula huius l. duumui ri verò non possunt magnas mulctas indicere:& ita intelliga tur exceptio,sed paruas sic:vt in legibus contrarijs. Iste intelle ctus non placet,quia si regula loquitur de magnis mulctis, ex ceptio loquens de paruis non esset congrua:quia debet esse de
4 terminis regulæ.†Et ideò alij dicunt,q duumuiri dicebantur illi,qui non habebāt iurisdictionē cū administratiōe,sed sine: vt sunt priores,qui administrant rempublicam.non tamē red dunt ius inter priuatos,& dicuntur duumuiri: quia olim erāt duo in singulis locis vel eligebantur à duobus,quibus erat da ta potestas eligendi eos,vt habetur in l.fi.C.de iudi.iste intelle
5 ctus placet & ipsum sequitur Ang.& Bald.†addit. quod pōt exemplificari in istis comitibus palatinis,qui habent potesta tem legitimandi:q si faciunt vocari illos a
quorum interest,& nō compareant, non possunt eos mulctare:quia non habēt ad b
ministrationem vniuersalem, sed solū in certis casibus,inquantū aūt Ang.dicit ex positionem gl.non esse bonam, quia de fensores ciuitatum possunt mulctare: nō placet,quia contra tex.in d.l. defensores. qui simpliciter loquitur, & ad contraria respondetur, q illi non possunt indicere mulctam propter contumaciam comis c
sam in causis priuatorum:quia licet appli cetur fisco,tamen principaliter tendit ad priuatam vtilitatem,vt obediatur iudici, in eo quod ad vtilitatem priuatam facit.fed aliqualem coertio nem pecuniariam:vel corporalem ad publicam vtilitatē, pro puniendo delicta parua bene possunt facere,& ita loquuntur
6 illa iura.†In tex.ibi:[defendere.]no.ergo,q defensio non so lùm consistit in obuiādo,ne fiat iniuria:sed etiam in vindican do iam factam:quia ista mulcta imponitur pro contumacia et contemptu iam facti,& hoc in persona publica,quę pōt suam iniuriam vindicare,quando est notoria,non sic in priuato. vt
7 ff.ad leg.Aquil.l.scietia §.qui cùm aliter.† Sed aduersus quos pōt suam iurisdictionē defendere:dic,non solū aduersus par tes contumaces,sed etiam aduersus extraneos iurisdictionem impedientes,& maximè si contingere possunt causam, vt te stes nolentes comparere.vt l.nullum C.de testi.& quod habe tur in d.c.j.de offi.delega.cum tamen illi extranei sunt de iuris dictione sua,vel propter turbationem & cōtumaciam fuerūt effecti,vt ibi notatur.Possunt etiam defendere iurisdictionem alterius iudicis ipsos requirentes.vt C.de his qui latrones l.j.et in c.j.de offi.ord.vbi vnus iudex debet iuuare iurisdictionem alterius.& pro iuuando potest indicere mulctam, & excōmunicare sibi subditos:quinimò etiam dicit Inno.q indicere potest libellum episcopus,& mandare q capiantur arma con tra impedientes suam iurisdictionem:vt ipse not.in c.olim.de restitu.spol.

a ¶ Iniuriarum. Adde Old.cōsil.liij. Ludo. ro.consi.lxxxvj.
b ¶ Delegati. Vide Ange.cōsi.viij.& quiset quantū possit impo nere mulctam, vide per Old.consil.lv.qđ etiā alle.do. zaf.hic q inquātū dicit, q ab negās potentiā Papę pōt puniri, vt hæreti cus.
c ¶ Tantū. de dictione taxatiua vide hic per do.Iaso. cui adde Lu do.ro.consil. cxxij.& ccccl vj.

2 ☞ *Iudex potest mulctare extraneum non comparentem in principio litis.*
3 *Quòd sint duo extrema iurisdictionis,ut in quocunque eorum committatur inobedie tia de qua hic possit mulcta indici.*
4 *Mulcta ad hoc ut possit indici pro contumacia,quatuor sunt necessaria.& nu.5.*
Quis dicatur uerus contumax.
Causa etiam iniusta excusat quem à dolo.
5 *Citatus sub pœna excommunicationis,si nō comparet non est excommunicatus, sed uenit excommunicandus.*
Fisco competit actio in factum ad condemnatio mulctæ.
6 *Pro eadem contumacia nō debet quis bis puniri.*
7 *Principium uel caput alicuius rei durat usque ad medium: & à medio infra dicitur finis etiam in statutis.*

§. Si videtur ius dicenti. † Pro quacūque in-

obedientia seu con temptu,pōt indici mulcta siue sit commissa in principio litis, siue in medio,siue in fine.h.d. secundum verum intellectum. Et legitur quinque modis in glo.magna,& omnes sunt boni, excepto secundo,qui fuit Bald.qui voluit q non possit indici nisi pro inobedientia commissa in fi.id est,in executione sen tentiæ:quæ lec.reprobatur per glos.ff.& doct.quia contra text. in l.ij.ff.si quis in ius voca.non ie.in versi.si quis in ius.vbi erat commissa.in princi.& tamen pro illa imponitur mulcta. idem ergo si in medio.vt l.ij.§.quid ergo.de vent.inspi. Aliæ verò lec tu.tendunt ad id quod dixi in summario: tamen per diuer sos modos.& additur sexta lect.lac.de ra.tēdens ad idem: sed
2 est planior quam lectu.glos.vt dicam super tex.† In text. ibi: [quí quod extremum]expone secundum Iaco.de ra.id est,pri mum:quia fuit contumax in prin.litis, & ponit exemplum in versi.veluti.si agebam contra te ad rei vend.& dedi libellum, & feci te citare,vt venires ad respondendum, & contempsisti venire,propter quod lis non potuit contestari: nō possum per uenire ad sentētiā diffinitiuā,sed peruenio ad missionē ex pri mo decreto,faciēdo rē adduci,& tibi auferri. certè melius erat mihi puenire ad diffinitiuā sentētiā,per quā declareī res esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Nolle venire. qd dicat verus contumax, & an possit appellare. videdo. de rot. decis. suis de dolo & cõtu.

b ¶ Ad aliud, adde q cõsuluit Lud. ro. cõs. cclxviij. qũ si quis fecit citari personaliter primo debitorẽ: q tũ potest redire ad citationem realem.

c ¶ Principium. Adde Anch. cõs. cccviij.

d ¶ Cõtumacia. an sit delictũ, an crimẽ? & an noceat dño contumacia procuratoris? vide per Iaco. de ana. cons. xxv.

e ¶ Appellandi. limita vt q do. de rota de ap. inci. vbi. pcurator. & vide Alex. cõsil. xcv. Ang. consi. cclxij.

mea. quia igitur nõ fuisti passus hoc fieri, & sic rem à te vẽdicari, & per sententiam diffinitiuã auferri, & sic impediuisti processum meum, ista est iusta causa propter quã põt tibi mulcta indici; quia tua contumacia est mihi dãnosa. In tex. ibi: [& si sequẽtia recusauit.] id est, medium & vltimum secundũ eundẽ vt dicit Iac. & sic in quacunq; parte litis cõmittatur, dicit non obtẽperasse iudici, vt sic possit mulctari, & aliæ expositiones ponũtur & positæ in gl. reddũtur superfluæ: quia ista est clarior omnibus illis. Bal. autẽ dicit, q hic nõ loquitur de extremitatibus iudicis, sed ipsius iurisdictionis, si bene ponderetur litera. † & q duo sunt extrema iurisdictionis: vnum quod cõsistit in iubendo corã se comparere, aliud quod consistit in iubendo postquàm cõparuit, q aliquid faciat vel det. vult ergo dicere iste tex. quod in quocũq; istorũ extremorũ cõmittatur ista inobediẽtia, potest mulctari: & de primo loquit hic in principio, & exẽplificatur in vers. veluti. de secundo loquit versiculus cæterũ. & dicit, q hoc voluit dicere Io. quẽ gl. nõ intellexit in ver. tu autẽ. secũdũ Io. & est pulchrũ dictũ. † Et breuiter collige, q ad hoc vt mulcta possit indici pro contumacia, quatuor sunt necessaria: primo, q sit verus cõtumax, quia imponitur pro contẽptu: & nisi esset verus cõtumax, nõ diceretur contẽptuisse. dicit autẽ verus contumax, si citatus personaliter, dixit se nolle venire, & tũc nõ est opus amplius ipsum expectare, vt notatur in l. fi. ff. de in integr. resti. Itẽ si nihil dixit, tn nulla subsistẽte cã iusta vel iniusta nõ cõparuit, si autẽ subsistente aliqua cã etiã iniusta: excusaretur à contẽptu seu dolo, & nõ posset mulctari. hoc vult gl. mag. in ver. fi. huius legis, quæ incipit, hic not. in fi. quæ est singularis, & semper allegatur: q etiam cã iniusta excusat quẽ à dolo. & probat in l. igitur. de libe. causa. & ff. de pœnis habeť. l. sed si. ff. scire. & si erat actus in quo sufficiebat vnica citatio, nõ requirunt aliæ: si verò requirebat peremptoriũ, nõ diceretur verus cõtumax, nisi esset ter citatus vel semel cũ impositione peremptorij, iuxta l. peremptorium. ff. de iudicijs. Secũdò requiritur, quod propter cõtumaciã illam fuerit impeditus processus, & altera pars dãnificata, vt si reus fuit citatus ad respondendũ libello. nã si non cõparet, nõ potest fieri litis cõtestatio. nec peruenri ad diffinitiuã sniam: vt suprà dixi in princ. super tex. si verò processus nõ fuit impeditus: puta, fuit citatus ad vidẽdum iurare testes. certè licet non cõpareat, reperiũtur testes. & illa citatio fit ad cõmodũ citati, nõ ad commodũ alterius partis: vnde si vult, compareat. si non vult, non debet sibi alia pœna imponi: quoniam aduersariũ non affecit damno, per id quod habetur, & not. in l. non ex omnibus. ff. de arbi. & ita intelligit & limitat Bal. hũc tit. & nullus alius, quàm ipse. h. d. & est singulare. ldẽ si esset citatus ad audiẽdam sniam: nam posito quod non cõpareat, datur snia; & sic altera pars nõ afficitur damno.

f † Tertiò videtur requiri quod citatus sit cum comminatione mulctæ. pura, quod cõpareat sub tali pœna. si enim ista cõminatio non esset facta iustè, posset citatus credere, quod nõ deberet procedi ad mulctã propter eius cõtumaciam, sed ad alia iuris iuris remedia, si qua competunt: sed si non cõpeterent, secus non tñ intelligas, q eoipso dicatur mulcta indicta, q non cõparet: imò post contumaciam, iterũ citatur, ad videndũ declarari se incidisse in mulctã, vel cõdemnari ad eã: sicut in eo, qui est citatus sub pœna excõmunicationis, quia non est propterea excõmunicatus, licet nõ cõpareat: sed venit excõicandus. vt in c. j. de sagitta. no. & poterit iudex illam quãtitatẽ diminuere, si vult secũdum doct. arg. in l. illicitas. in fi. ff. de offic. præsi. & procurator fiscalis poterit petere à iudice q procedat ad illã condemnationẽ, & hæc est actio cõpetens fisco, de qua loquitur. ff. §. fi. in gl. mag. in prin. huius. l. in gl. super verbo iudicio. quia cõpetet fisco actio in factũ, & ista vidẽtur fuisse de

6 mente Iac. but. q requiratur ista cõminatio. † Quartò & vltimò dico requiri, q ad alium actum punitoriũ non fuerit processum. si enim, quia nõ cõparuit ad respõdendũ libello, processit iudex ad missionem ex primo decreto: satis esset punita sua contumacia. vt ff. de in ius vocã. l. satis, vnde non debet amplius puniri, nisi iteratò citatus vt respõdeat, perseueret in cõtumacia: quia licet prætor fuerit vsus vno remedio, si illud nõ

b sufficit, põt peruenìri ad aliud[b] remediũ perseuerãte cõtumacia, vt l. j. §. quid ergo. de ven. inspiciẽ. & in l. cõsentaneũ. & ibi per Bar. no. C. quo. & quã. iudex. & Arch. super rub. de eo qui mit. in pos. lib. vj. & isto modo intelligo tex. hic dũ dicit, seduci vel auferri passus est. qui videť contrariari ei, quod dixi: sed intelligo, q postq̃ passus est se duci, perseuerauit in contumacia: & tũc non põt mulctari vltra illã deductionẽ, vel pro eadẽ contumacia non deberet bis puniri. & hæc sunt vtilia, & dant

7 verum intellectũ ad hunc tex. † Vltimò ex gl. mag. vnũ not. quod est bonũ, quod ponit post mediũ in versic. quid ergo. q

c principium[c] alicuius rei durat vsq; ad mediũ, & à medio infra dicitur finis: quod not. pro statuto dicẽte, si maleficium cõmittatur à capite plateæ, quod caput dicitur vsq; ad medium. & si dicatur q iudex in principio sui officij debeat aliquid facere, quòd principium dicitur vsque ad medium officij. & hoc per Bar. in l. iij. ff. de furtis.

2 ☞ *Dicitur contumacia procuratoris, quando ipse procurator fuit citatus. Si verò dominus licet mittat procuratorem qui non compareat, dicitur domini. & quando tunc excusetur dominus?*

3 *Contumacia procuratoris quando noceat domino. & nu. 4.*

4 *Procurator si est verus contumax, non denegatur domino beneficium appellandi.*

1 **§. Si procurator tuus.** † Propter contumaciam procuratoris, dñs nõ mulctatur, nec pupillus propter cõtumaciã tutoris vel curatoris. Item sicut reus cõtumax mulctatur, ita & actor, h. d. vsq; ad §.

2 hoc iudiciũ. † dicit autẽ cõtumacia procuratoris, qñ ipse procurator fuisset citat[b]: si verò dñs, licet ipse mittat procuratorẽ qui non cõpareat, nõ dicitur aũt cõtumacia procuratoris, sed dñi: vt probat in l. si procuratorẽ. §. si tutores. ff. man. & not. in c. cõstitutus. de ap. nec excusaretur dñs, nisi ex casu cõtingẽte in personã procuratoris hoc euenisset. l. cũ à matribus. C. qui

3 pe. tut. & in c. significãte. de pig. † Contumacia[d] verò procu-

d ratoris in his quæ sunt modici præiudicij, & quæ requirũt veram cõtumaciam, nõ nocet dño, & ita loquitur hic. vnde nec posset peruenìri contra dñm ad secũdum decretũ propter contumaciã procuratoris: sed in his quæ sunt modici præiudicij, vel in quibus sufficit ficta contumacia, etiã si sit magni præiudicij: bene potest procedi cõtra dñm ad missionem ex primo decreto. vt C. de proc. l. iij. & etiã ad snĩam diffinitiuam, in qua sufficit ficta cõtumacia. vt l. si ab eo. C. quom. & quãdo iudex.

4 † Adde quod no. Bar. in l. hoc amplius. cũ l. seq. de dam. infec. ex quibus patet, q si procuratorem verus contumax, nõ dene-

e gatur dño beneficium appellandi[e], & hoc tenet Inn. in c. j. vt lit. non conte. Cætera, an factum procuratoris vel tutoris noceat domino vel pupillo, vide hic plenè per Bar. qui ponit longam distinctionem & etiam per Cyn.

2 ☞ *Merum dicitur illud quod est abstractum ab omni compositione.*

3 *Actio quæ datur ad interesse, uel ad id quanti ea res est, qualiter differat?*

4 *Contumax ut condemnetur in interesse uel expensis seu damnis, ut hic, potest altera pars statim agere etiam antequàm conster de iure suo. & nu. 6.*
In expensis quæ ueniunt in fine litis, ratione uictoriæ, non habetur consideratio damnorum contingentium, sed solùm expensarum factarum in lite.

5 *Pro expensis seu interesse de quibus hic, ratione contumaciæ non solum competit officium iudicis merce. ut fiat in eis condemnatio, sed etiam actio in factum, & quòd tamen text. loquatur de sola mulcta. & de una actione quæ competit fisco. & numero 6.*

6 *Actio ad quid sit utilior, quàm officium iudicis.*

7 *Interesse singulare quid sit, & quid commune?*

8 *Contumacia dicitur delictum, & bannitus ex contumacia potest offendi ex forma statuti de bannito propter delictum.*
Accusatio prodita super pœna pecuniaria applicanda fisco, quòd possit per quemlibet de populo intentari, etiam in priuatis criminibus, actio uerò pro mulcta non potest intentari nisi per procuratorem fiscalem.

1 **§. Hoc iudicium.** † Ex hoc edicto propter contumaciam oritur actio in factum alteri parti ad interesse particulare, quatenus propter illã læsa est in expensis, & dãnis rerũ suarũ: non ad æstimationẽ totius litis, hoc primò. & etiam fisco, ad mulctã indictã per iudicem, & ista est merè pœnalis, quæ nõ datur post annũ, nec cõtra hęredẽ contumacis. h. d. secũdò. & sic cõtinet duo dicta diuersa.

primum

primũ vsq; ibi: [& cum meram pœnam.] & istud intelligitur, de actione quæ datur parti, de qua in superioribus nihil dixerat: aliud dictũ intelligit de actiõe, quæ datur fisco ad petendã mulctã indictã per iudicẽ, de quo dixerat in prin. l. tñ ibi nõ dixerat, q ad hãc petendam daretur actio. sed hoc bene dicitur, dũ dicit hoc iudiciũ, quod exponitur. id est, hęc actio: vt in multis partibus iuris habetur, & declaratur cuius naturæ sit, quia pœnalis: & ideo nõ datur cõtra hæredẽ ante lit. cõtest. supple, nec etiã post annũ. An aũt detur hæredi, nõ est tractãdũ: quia datur fisco qui nõ moritur. & hoc vult gl. fi. super verbo merã pœnam. Illa verò, quæ datur parti non cõtinet merã pœnam, imò interesse respectu agentis, ideo est perpetua, & datur hæredi. & hoc etiã vult illa gl. & ista variatio: ideo fit in hoc §. qa secundũ dictũ videtur cõtrariari primo, dum dicit, q continet merã pœnã, & in primo dicitur, q datur quãti ea res est, quod exponitur, id est, ad interesse particulare, & istud nõ est merè

6 pœna: sed solũ respectu rei. † et illud dicitur merũ, quod est abstractũ ab omni cõpositione. vt dixi in l. imperiũ. ne igitur ista dicta cõtrarientur adinuicẽ, dñs Azo intellexit primũ dictum in vna actione, & secundũ in altera: licet sit magna violentia literæ: quia tota videtur loqui in vna & eadẽ actione, dũ loquitur continuatiuè. tñ doct. istam lect. Azo. sequuntur. Primum

3 † etiã dictum videtur continere contraria in seipso: quia dicit, q non datur ad interesse, sed datur quãti ea res est, certè id est, dicere, quanti ea res est, & interesse. vt l. inter illa verba. de verbo. sign. propter hoc gl. j. magna exponit tex. tribus modis. & vult in effectu, q in isto tex. non sit idẽ dicere, sicut nec alibi ff. ne quis eũ l. pe. §. j. & quid sit vnũ, & quid sit aliud gl. exponit tribus modis. Primo ergo exponitur vt nõ detur ad interesse totale. id est ad æstimationẽ totius litis, quia si hoc esset, sequeretur q si peterẽ à te mille, & esses contumax in cõparendo ad respondendũ libello, posito q adhuc nõ cõstaret de iure meo, ista sola cõtumacia sufficeret ad condemnationẽ tuã, absq; eo q aliter probarẽ. quia propter eũ acquiro actionẽ ad totã æstimationẽ quod esset iniquũ. sed bene datur quanti ea res est, scilicet ad particulare interesse expẽsarum, & aliorum dãnorum quæ passus sum propter contumaciã, & istã tenent gl. & doct.

4 † Ex qua no. q non habeo necesse expectare finẽ litis, vt condemneris in prædictis, sed statim agere possum. Itẽ q licet in expensis, quæ veniunt in fi. litis ratione victoriæ non habebatur consideratio dãnorum contingentiũ, sed solum expensarũ factarũ in lite. vt no. gl. in l. j. de alie. iudi. in prin. secus tamẽ est in expensis, quæ veniũt ratione cõtumaciæ. vt in hoc tex. cum gl. & in l. non ignorat C. de fruc. & lit. expen. & per Bar. in d. l.

5 j. de alie. iud. & no. in l. sancimus C. de iudi. † Itẽ not. q nõ solũ competit officium iudicis mercenariũ, vt fiat condemnatio in talibus, sed etiã actio in factũ: quod alibi nõ habetur, quã hic. & ad quid sit vtilior actio, q̃ officiũ iudicis, vide gl. in l. non solum. in vlt. gl. ff. de rei vend. in fi. & l. si mulier §. j. de leg. iij. † Secundo modo intelligitur, vt loquatur de interesse totali, quod

6 est duplex: quoddã singulare, quod concernit personã agentis duntaxat. quoddam cõmune, quod concernit personã omniũ: vt si petebam rẽ quæ valebat cõmuniter viginti, sed mihi erat cara. xxx. ista triginta sunt interesse singulare: certè hoc nõ venit, sed bene venit interesse cõmune: & sic quanti ea res est, & cõiter æstimaretur. gl. reprehẽdit, dicẽs istã expositionẽ esse fatuã, & hoc per id quod dixi s. quia sequeretur, q anteq̃ consta ret de iure meo propter tuã contumaciã, esset fundata mea intentio, & deberes cõdẽnari, q esset iniquũ: sed certè nõ videtur iniquũ per l. cũ quærebatur. in so. Sol. ibi qñ præcesserit stipulatio de iudicato soluẽdo, quæ cõtinet clausulã de defendendo: nã si promissor nõ defendit, propter præcedentẽ obligationẽ cõmittitur stipulatio ad æstimationẽ totius litis, cũ effectu: & sic fundatur intẽtio actoris, hoc debet intelligi qñ non præcesserat talis stipulatio secundũ Bal. Tertio modo exponitur, vt non loquatur de interesse totali vel particulari, nec de singulari vel communi, sed de sola mulcta, & expone vt in gl. & licet doct. istã non teneant tamẽ magis videt cõgrua literę, vt sic totus tex. loquatur de vna actiõe. scilicet quæ datur fisco ad petẽdam mulctã. in qua facta est condẽnatio. verũ est ergo dicere, q non datur ad id quod interest: quia fiscus nõ pretẽdit interesse. sed ad quantitatẽ in sententia cõprehensam, & tunc bene

sequitur, q est merè pœna, & nõ dať post a annũ. de illa enim quæ dať parti, nulla facta est mẽtio in superioribus. & tex. dũ dicit, sed quãti ea res est, adhuc põt aliter exponi. id est, prout exigit qualitas ipsius cõtumaciæ. Pau. † Vltimò not. gl. sequẽtem in fi. ibi, dũ dicit, quia ex delicto &c. quod cõtumacia dicitur delictũ, ideo condẽnatus ex contumacia dicitur condemnatus

7 ex delicto, & posset offendi ex forma statuti de bannito propter delictũ. facit l. cõtumacia ff. de re iudi. & ista actio quę datur pro mulcta, non põt intẽtari nisi per procuratorem fiscalẽ. ita volunt istę gl. sed accusatio prodita super pœna pecuniaria applicanda fisco, possit per quẽlibet de populo intentari, etiã in priuatis criminibus. vt in l. fi. ff. de priua. delictis. & super rubrica de po. actio.

¶ Citatio. Limita nisi citatio fieret ad aliũ finẽ, q̃ ad effectũ simplicis citationis: quia tũc non põt cogi, nisi prius citetur: vt voluit Bal. in l. cũ fratrẽ C. de his qui. vt indig. an aũt præsens præstmatur citatus, vide Fran. de are. cõsi. xxx.

De in ius vocando. *Rubrica.*

2 ☞ *Statutũ, q appellans intra tot dies post appellationẽ debeat procedere in causa, aliàs habeatur appellatio pro deserta, quòd sufficiat quem fecisse partem citari.*

1 † Super glo. rubricæ ibi: & [ab ea parte iudiciũ incipiat &c.] No. ergo q prima citatio dicitur pars iudicij, & per consequẽs de processu. sed quidam dicunt, q dicitur extraiudicialis & q non est pars iudicij, nec processus. de hoc vide per glo. in cle. j.

2 de iu. in. ij. glo. quod facit † si statutum dicat, q appellans intra tot dies post appellationem debeat procedere in causa, aliàs habetur appellatio pro deserta, q sufficiat quem fecisse partẽ citari, vt dicatur processisse.

2 ☞ *Citatus si non comparet, tunc ille qui citari fecit, non punitur tanquàm fecerit in ius uocari.*

3 *Si reperio aduersarium meum coram iudice ex alia causa & uelim ei dare libellum, an possit cogi illum recipere sine alia citatione?*

4 *Sententia si lata est parte præsente an præsumatur pars citata remiss.*

LEX I.

1 **IN ius vocare.** † No. q nõ omnis vocatus corã iudice, dicatur in ius vocatus: sed solum ille qui vocatus est ad

2 instantiã alterius volentis secũ litigare. † In glo. ibi: [hoc tamen.] intelligunt quidam, si reus veniat, & respondeat: dic q isti mouebantur ad hoc dicendũ per l. quãuis ff. eo. vbi si citatus non comparet, ille qui fecit eum citari, non punitur, tanq̃ fecerit ipsum in ius vocari. Sed respõde vt in gl. quia nõ sequitur propterea, q nõ sit vocatus in ius, licet propter hanc vocationẽ pœna cum effectu non incurratur: quia vocatus non fuit læsus, ex quo non comparuit: ideo

3 de benignitate pœna remittitur. † Sed quæritur hic, si reperio aduersarium meum coram iudice ex alia causa, volo sibi dare libellum: ipse non vult recipere, sed dicit, facias me citari, quia iudicium incipere debet à citatiõe: an possit cõpelli recipere? Spec. videtur tenere, q sic, in tit. de li. concep. §. sequitur videre. ver. itẽ dicunt quidam, dummodo reseruetur facultas proponendi exceptiones dilatorias, quia citatio nõ fit, nisi vt quis

a compareat: postq̃ ergo reperitur præsens, superflua esset[a]: & sic poterit iudex ipsum ex tunc monere, sicut in simili habetur in l. hæredes palam §. fi. de test. quando testes venerant ob aliã causam: quia possunt rogari vt sint præsentes testamento. Guliel. & Bar. tenent contrarium hic, q si vult recipere, põt: sed in uitus non cõpellitur: & idem Bal. in l. cum fratrem in fin. C. de his quib. vt indig. & Arch. in c. j. v. q. ij. dicit tamen idem in ca. proposuisti lxxxij. dist. quod ille qui reperitur præsens, præsumitur fuisse citatus: vide de ista quæstione in c. fi. de elec. lib. vj.

4 in nouella. † quid aũt in sententia si lata est parte præsente, non tamen constat q fuerit citata, an præsumetur citata & valeat: vide Bal. notabiliter in l. j. post prin. C. de sententijs.

2 ☞ *Coertio & etiam carceratio est de imperio.*

3 *Sacerdos si citatur ut compareat cras in tertijs, quando habet dicere missam populo, citatio ipsum non arctat etiam coram episcopo, & si non comparet non potest ut contumax puniri.*

4 *Religiosi debent citari coram præpositis & prioribus.*
Præco dum uadit per ciuitatem faciendo banna q non possit capi pro debitis.

5 *In diebus in quibus est occupatus in nuptijs quia ducit uxorem: uel occupatus sit in funere non compellitur coram iudice comparere ad litigandum.*

Universidad de Navarra Biblioteca

a ¶ Procuratorem, an citari possit carceratus? vide per eundem Pau. cons. xlj. arc. consil. cxxxij, Ange. cons. clxvj.

b ¶ Tertiũ, sed an monachus possit in ius vocare abbatem sine venia? Io. an. in tit. de inoffi. in addi. ad Spe. §. fi. tenet quod sic. sequitur Lud. ro. sing. suis fol. xvj. quid aũt si priuatus velit fiscũ convenire, an habeat necesse petere veniã à principe? gl. est singularis, q sic in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscri. hoc à nouis nõ habes. cũ autẽ petatur venia; an requiratur citatio? vide per Franc. de aret. consil. clxvij.

¶ Adoptiuus. sed stãte statuto, q extantibus filijs masculis feminæ nõ succedãt statutũ nõ comprehẽdit filiũ arrogatũ, secũdũ Io. de ana. cõsi. xxvij.

Occupatus coram uno iudice non compellitur comparere coram alio.

Processus agitatus contra carceratum non valet si iudex sciebat, aliàs valet, sed restituitur in integrum; & quid, si possit mittere procuratorem?

Citatio facta de infante non valet, etiam si fiat ut compareat legitimè, sed de maiore infante, valet: si fiat ut legitimè compareat.

LEX II.

IN ius vocari non.

†Hic ponunt multi qui nullo modo possunt in ius vocari de iure ciuili vsq; ad l. quicq. §. prætor. ibi de quibusdam qui nõ possunt in ius vocari sine venia, de iure prætorio nõ ciuli: & no. istos text. quia sicut iacẽt ita practicantur secundũ Bart. †Itẽ not. in prin. dũ dicit, & coercere aliquẽ, possunt & iubere in carcerẽ duci, q coertio & etiã carceratio est de imperio, vt patet ex tex præcedẽti. †Itẽ no. in ver. nec potest esse: q si citatur sacerdos, vt cõpareat cras in tertijs, qũ habet dicere missam populo suo, citatio ipsum nõ arctat, etiam corã episcopo, & si nõ cõparet, non põt puniri, vt contumax. †Itẽ no. in ver. nec eos, q religiosi, nõ possunt citari, sed debent citari corã prepositis & prioribus, vt in gl. Itẽ in versi. sed nec dicit Bar. p hunc tex. fecisse relaxari quẽdã preconẽ, q cũ iret per ciuitatẽ faciẽdo bãna, fuit captus pro debitis. †Itẽ not. in versi. præterea. q illis diebus quibus quis est occupatus in nuptijs quia ducit vxorẽ, non cõpellit corã iudice cõparere ad litigãdũ, & eodẽ modo qui est occupat' in funere, vt in fi. l. †In ver. nec eũdẽ. not. q ille qui est occupat' corã vno iudice, nõ cõpellit cõparere corã alio. Eodẽ modo videt si quis est in carceribus, vt nõ possit cõparere: & si processus agitat' contra eũ, non valet, si iudex sciebat, vt l. quæsitũ. de reg. iur. si ignorabat valeat: tñ restituit in inte. ex clausula generali. ita not. Bal. in l. ij. C. qui. ex cau. maio, & Bar. etiã tangit hic, quod nõ valet citatio, sed idẽ Bar. videt determinare cõtrariũ in l. is qui reus, circa fi. ff. de pu. iud. dicẽs, q sibi imputat' quare nõ mittit procuratorẽ. [a] Ego vidi de hoc dubitari Florentiæ, vbi multoties procedit cõtra eos qui sunt in carcere cõi pro debitis: & allegabant ista dicta, pro & cõtra. sed dic isto casu locũ habere dictũ Bart. propter duo. s. q iustè in carceribus detinet: & qa habet facultatẽ mittendi procuratorẽ, cũ ibi sit copia procuratorũ & aduocatorũ, altero istorũ deficiẽte locũ habebit, q hic no. Bar. vt nõ valeat processus, si iudex sciat, vel restituatur in integ. si ignorat. †Vltimò no. in l. cuicq. in princi. in verbo infantes, cũ gl. sua q non valet citatio facta de infante, etiam si fiat vt compareat legitimè, sed de maiore infante, bene valet, si fiat illo modo: & hoc etiam tenet Bar. in l. j. §. sufficit. d e admi. tuto. de quo etiam vidi plures dubitare: & quosdam dicere, quòd debet citari ipse tutor, sed hic est glo. in contrarium.

Parentum appellatio quos comprehendat?

Filij appellatione an comprehendatur naturalis?

Verbum parentes, latius est quàm uerbum pater.

LEX IIII.

QVique litigandi.

§. Prætor ait parẽtem.

†Not. tria genera psonarũ quæ nõ possunt vocari in ius sine venia. s. parẽtes, & hoc est primũ. Itẽ patronus & patrona, & hoc est scdm. Itẽ liberi & etiã parẽtes patroni vel patronæ, & hoc est tertiũ: [b] q eñ vult facere tales vocari, debet hoc primo notificare iudici, & iudex debet explorare ab eo, quã litẽ vult illi mouere, & si perpẽdat q litẽ famosam, nõ cõmittat citationẽ: nõ sic in alijs: qa non habet iudex perquirere quã actionẽ velit intẽtare, sed statim cũ petit debet cõmittere citationẽ. †Itẽ no. verbũ parẽtes, esse generale triplici respectu. Primò qui cõprehendit nõ solũ patrẽ, sed etiã matrẽ. Itẽ comprehẽdit non solũ primos, sed etiã vltteriores, vsq; in infinitũ. Item cõprehendit nõ solũ legitimos naturales: sed etiã naturales tantũ & legitimos tantũ, vt habetur ex l. patris cũ l. seq. † An autẽ appellatione patris cõtineatur auus: & an appellatione filij cõprehendatur naturalis: distingue an simus in materia fauorabili, & cõprehẽditur, an odiosa, tunc secus, vt j. de ritu nup. l. lege Iulia. §. hoc capite. & not. in l. librorum. de verb. sign. verbum enim parentes latius est, quam verbum pater. Itẽ distinguitur an in materia naturali, in qua cõsideratur potius ius naturale quã ius positiuũ: & tũc appellatione filiorum cõtinentur etiam naturales tantum, vt j. de ritu nup. l. adoptiuus. §. j. & de accu. l. hos accusare. §. j. an consideretur potius ius positiuum, & tunc secus, vt §. hoc capite, & vide quod not. Bal. in l. tutelas. j. de capi. dimi.

Filius adoptiuus adoptione finita potest patrem adoptiuum in ius uocare sine uenia: & an hodie etiam durante adoptione, cum non sit in eius potestate? & nu. 3.

Adoptiuus non solum quo ad ius succedendi: sed etiam quo ad alia reputatur filius.

LEX VIII.

ADoptiuum patrem.

†Filius in potestate nõ potest cõuenire patrẽ, etiã si adoptiuus sit & etiã cum venia: nisi pro castrẽsi peculio. Itẽ filius emancipatus patrẽ naturalẽ etiã existentẽ in aliena familia nõ potest in ius vocare sine venia. h. d. Primũ dictũ fallit in tribus casibus qui no. p glo. in l. lis nulla. j. de iud. Edictũ ergo prætoris, quod pmittit in ius vocari parẽtes cũ venia, debet etiã intelligi de illis parẽtibus, in quorũ potestate quis nõ est, vt quia erat emãcipatus: siue etiã sint parentes ex latere materno. †Itẽ in patre adoptiuo nõ habet locum edictũ prætoris nisi durãte adoptione, & in castrẽsi peculio: nã ea finita põt in ius vocare etiã sine venia, ipsa vero durãte in alio quã castrensi peculio nõ potest, etiã cũ venia. †In gl. quæ incipit, in eo enim ibi: [an eũ sine venia vocabit.] supple, extra castrẽse peculiũ: qa hodie cũ nõ sit in potestate, põt eum vocare in ius indistinctè: sed dubiũ est, an teneat venia impetrare: & facit dubiũ illud qd dicit in fi. gl. qa lex dicit, q adoptio habet pro nõ facta præterq; quo ad ius succedẽdi, ergo talis habet pro filio. tñ gl. sentit contrariũ. & idẽ Iac. but. de quo etiã no. s. de sena. l. senatoris filiũ. vbi glo. sentit idẽ & hoc tenemẽti: qa nõ solũ quo ad ius succedẽdi, sed etiã quo ad alia reputat' filius: & q dicit, q habet pro nõ facta, debet restringi ẽt ad hoc vt transeat in eius potestatẽ, non quo ad alia: quia si statutũ loqueretur de filio legitimo, cõprehenderet adoptiuus: quia est legitimus licet nõ sit in potestate, etiã quantũ ad alios effectus, quã successionis: si tamen nõ haberemus istas gl. ille tex. quam gl. allegat, faceret dubium quod nõ comprehenderetur, nisi statutum disponeret de actu successionis.

Priuilegia quæ dantur uiris ciuibus, dantur etiam illis, qui habentur pro ciuibus licet non sint: & quando non dentur?

Delictum patris non nocet filio in his quæ filius non habet à patre, sed à lege.

Si patronus compulit libertum ad iurandum ne ducat uxorem, qualiter talis actus puniatur.

Filius propter delictum patris quando non priuetur feudo?

Quid in dignitate? remissiuè.

Dominus si frangit fidem uasallo an debeat priuari directo dominio, sicut econtra uasallus priuatur utili?

Si uendo tibi rem cum pacto ne aliud facias super ipsa re, & si feceris, quòd ad me reuertatur, si postea ad me reuertatur, ego non debeo illud facere.

Statuto episcopi si excõmunicãtur ludẽtes, si episcopus ludat an sit excõmunicatus?

Si statutum alicuius castri imponat pœnam damnum dantibus, applicandam domino illius castri, & dominus consentiat in damno quod datur non debet sibi pœna applicari, sed illi domino cui damnum datum est.

Si uendo tibi fundum pacto apposito quod quolibet anno usque in perpetuum debeas dare cuidam hospitali decem: & nisi dederis quòd ad me reuertatur: & fuit ad me reuersum quia non fecisti, an ego illi hospitali debeo dare?

An ex hoc pacto acquiratur illi hospitali actio?

§. Patronum inquit.

†Ille dicitur patronus qui dedit liberto suo libertatem etiam si ex causa necessaria. item etiam interdum ille qui non dedit sed tãtum ex aliqua iusta causa habetur pro dante: & istis debetur reuerentia vt non possint in ius vocari sine venia: qui verò iuspatronatus perdidit suo facto vel culpa pro patrono non habetur, nec debetur sibi reuerentia. h. d. vsq; ad legem sed si hac. §. patronũ. & primò loquit de eo, qui est verè patronus,

patronus, quia seruũ suũ manumisit vsq; ibi: [vel sic.] & circa hũc casum põt occurrere dubiũ, quid si hoc fecit ex necessitate: quia fuit grauat' ex cã fideicõmissi de hoc faciẽdo: & videbat, q tũc sibi nõ deberet reuerẽtia, qa nõ exercuit eã libertatẽ in eũ ex sua munificẽtia. cõtrariũ tñ determinat in l. is quoque. quã coniunge cũ isto. §. In ver. verò, vel si loqueret de eo qui nõ est verè patron', sed habet pro prono: qa p manumissore habet: & ponit tria exẽpla vsq; ibi quẽadmodũ. & cũ ista parte iũge l. sed si hac vbi ponitur exẽplũ. Tertiò in ver. quẽad modũ loquit de eo qui fuit patronus: tñ nũc nõ habet, quia perdidit ius patronatus, & ponit duo exẽpla vsq; in fin. & cũ hac parte iũge l. sed si hac. in ver. sed si de suis. in prin. & in ver. prostituta. in ver. sed si vẽditor. vbi ponunt alia tria exẽpla. †No, in ver. vel si. cõclusionẽ secũdũ Ang. Are. q priuilegia quę dãtur veris ciuib', dant etiã illis qui habent pro ciuibus, licet nõ sint, si cõtinet honestatẽ nec sunt cõtra ius. facit l. cũ ex oratiõe de excu. tu. secus si essent cõtra ius, vel tẽderet in piudiciũ alterius, quia aliud est esse ciuis, & aliud haberi pro ciue, vt no. in l. si maritus §. lege Iulia j. de adulte. †Itẽ no. tex. in fin. q delictũ patris nõ nocet filio in his, quę filius nõ habet à patre sed à lege. nã filius patroni habet hoc ab edicto prętoris, q nõ possit in ius vocari sine venia: licet ergo habeat hoc ꝑpter patrẽ, ex sui cõtemplatione, quia tũc nõ habet à patre, sed ab edicto prętoris, delictũ patris propter q perdit ius patronatus, vt quia libertũ cõpulit ad iurãdũ, ne ducat vxorẽ, qui actus punit per l. Iuliã de maritãdis ordi. vt l. adigere. de iur. pa. nõ nocet filio ẽt patre viuẽte. et sic pater poterit in ius vocari sine venia, sed nõ filius. †Et istud inducit gl. ad qõnẽ de feudo, vt propter delictũ patris fili' nõ priuet' feudo. Sed hoc procedit, qñ non fuit inuestitus pater suus, sed alius ascẽdẽs pro se, & suis descẽdẽtibus: qa tũc nõ habet à patre sed ab illo primo inuestito. si aũt fuit inuestitus pater, tũc aut expresse pro se & suis descẽdentibus, & tũc videt idẽ, qa filio acquirit ius ex cõtractu paterno, q postea pater auferre nõ põt. arg. in l. fi. j. de pac. Si aũt recipit simpliciter, tũc trãsit ad filiũ: vt in ti. qui feu. da. pos. §. cũ vero cõradus. & ita demũ, si sit hæres patris, vt in tit. an agna. vel filius: & hoc casu delictũ patris põt nocere filio, quia censetur habere ab ipso patre. Breuiter licet de stricto iuris rigore itaveat' dicẽdũ: tñ in vsibus feu. alia distinctio colligit. q aut delictũ cõcernit personã dñi q cõmisit cõtra eũ felonia, vel aliena uit incõsulto dño, vel nõ fecit inuestiturã intra tps, & indistincte reuertit feudũ ad dñm, vt habeat suæ iniuriæ vltionẽ, vt in ti. quę sit prima cã benefi. amit. §. denicq. aut nõ cõcernit personã dñi: & tũc aut fuit receptũ pro se, et suis liberis, vel descẽdentib': & delictũ patris indistincte nõ nocet filio, cui erat ius quę situ ex dicto pacto. ita videt sentire Pe. & Cy. in l. ij. C. de lib. et eorũ lib. Aut fuit receptũ simpliciter, quo casu trãsit in descendentes, hodie etiã vsq; in infinitũ. & tũc distinguit: aut quærimus an noceat filijs & dicẽdũ est q sic: aut an noceat alijs agnatis, qui poterãt venire in defectũ filiorũ, quia feudũ antiquũ: et est dicẽdũ q nõ, vt in ti. si de feu. fue. cõtrouer. c. si vasallus culpã. & in ti. si vasal. feud. priue. cui deferat. & in primo casu, qñ habeat filios, qui priuant propter delictũ patris feudũ nõ cõsiscant, puta, quia cõmisit homicidiũ: sed reuertit ad dñm si desciũt agnati: vel si extãt trãsit ad eos, vt in dictis iuribus & p Bar. in l. si finita §. si dẽ vectig. de dã. infec. De hac aũt materia tãgit Bart. sed nõ ita pfectè in l. eũ de interdic. & releg. & Bal. in l. q se patris C. vnde lib. & in l. ij. C. de lib. & e. lib. & Dy. in c. nõ debet de re. iur. †qd aũt in dignitate, an delictũ prĩs noceat filio: dic, vt in l. emãcipatũ, in fi. §. de sen. in l. sed si hac §. sed si de suis. Not. ar. q si dñs frangit fidẽ vasallo, debeat priuari directo dñio: sicut econtrario vasallus priuat vtili. secũdũ Guliel. de cug. & applicat ipsi vasallo. †Itẽ no. tex. in ver. sed si vẽditor. mirabile, q si vẽdo tibi rẽ, cũ pacto ne aliud facias sup ipsa re, & si feceris, q ad me reuertat: q si reuertat, ego non debeo illud facere, sicut nec volui te facere: & si quẽ lege te vinculaui, eadẽ videor me vinculasse, secundũ Guli. de cug. q inducit ad qõnẽ de statuto epi excõicatis ludẽtes, vt si ipse ludat sit excõicatus cõtrariũ tñ dicit canonistæ in regula, cui licet. de reg. iu. in vj. †Itẽ si statutũ alicuius castri imponat pœnã dãnũ dãtibus, applicãdã dño illius castri, q si dñs cõsentiat in dãno, q datur, nõ debeat sibi

8 applicari, sed illi dño cui datũ est. †Itẽ q si vẽdo tibi fundũ pacto apposito q quolibet anno in perpetuũ debeas dare cuidã hospitali x. & nisi dederis, q ad me reuertat: si fuit ad me reuersus, quia nõ fecisti, ego illi hospitali debeo dare. & hoc si fundus fuit ad hoc obligatus: aliàs videt secus, si erat obligatio pẽrsonalis l. fi. in fi. de cõtrahẽ. empt. secundũ Ang. certè hic erat merè psonalis, & ideo videt indistincte, q tenear, sed qñ fundus trãsiret ad tertiũ si obligatio erat merè psonalis, & trãsiuit titulo singulari, nõ trãsit actio in illũ. & ita loquit illa l. fi. §. fi. An aũt ex pacto acquirat' illi hospitali actio vide quod no. Bar. in l. q Romę §. Flauius de verb. obli.

* ☞ Rescriptum principis uel dispensatio nõ extenditur ad defectus suppressos & tacitos: nec censetur princeps illos uoluisse tollere de quibus non habuit notitiam.

3 *Si impetrans ecclesiã in qua alius habet ius patronatus, non fecit de hoc mentionem, an ualeat impetratio?*

4 *Episcopus licet eximat rectorem alicuius ecclesiæ à sua iurisdictione, non propterea perdit reuerentiam quã ille præstabat.*

5 *Differentia inter restitutum natalibus, & illum qui ex dispensatione sequitur priuilegia legitimorum uel in genuorum.*

6 *Comes palatinus si legitimat aliquem, cum hoc, q nõ succedat cum legitimis, ista non potest dici legitimatio, sed dispensatio.*

7 *Statutum, q extante filio masculo, legitimo, & naturali filia fœmina non succedat nisi in eo quod sibi relinquitur à patre, & plus petere non possit: q non habeat locum in filio masculo legitimato quo ad quædã & quo ad quedam non.*

LEX X.

SEd si hac lege.

§. Patronum autem.

†Libertus debet reuerẽtiã patrono, etiã si sit passus minimã capi. dimi. secus esset, si ipse libertus fuit cõsecut' prærogatiuã ingenuorũ, nõ tñ fuit factus ingenuus illius: vel quia impetratio fuit subreptitia, vel quia nõ fuit restitutus natalibus, sed solũ dispensatus h. d. & allegat ad plurima. In tex. ibi: [dũ arrogetur per obreptionẽ,] scilicet mediante rescripto principis, & tanq; ingenuus. certè per hoc nõ efficitur ingenuus, postq; tacuit principi se libertũ: quia verisimile est, q si forte nõ tacuisset, princeps noluisset suo patrono piudicare, nec auferre ius patronat', vt l. j. & ij. de na. restit.

2 Et †iste tex. ẽ melior, q; habeam', q rescriptũ principis vel dispẽsatio nõ extẽdit ad defect' suppressos, & tacitos, & nõ cẽset princeps illos voluisse tollere, de quib' nõ habuit notitiã. Ad hoc etiã allegat l. cũ dñs. de pactis leg. & q ibi p la. de are. & vide in distin. pe. ti. q filij sint legi. sup rub. & in c. ex parte. de offi. ordi. & de sent. excõ. cũ p cã. & q not. Bal. C. de fur. l. j. in pe.

b col. et de fideicõ. in l. eã quã. [in xiij. co.] b †Itẽ bñ facit iste tex.

3 q si aliqs impetrat eccleliã, in qua alius habet ius patronat', et

c nõ facit de hoc mẽtionẽ, an valeat impetratio: c vide q no. Inn. de re iudi. cũ olim. in gl. no. literas. & in c. cũ dilectus. de iu. pa-

4 tro. †Itẽ no. in ver. si ius. arg. q licet ẽps eximat rectorẽ alicui-

d us eccleliæ à sua iurisdictione, nõ ꝑpterea perdit reuerẽtiã, d

5 quã ille præstabat, quia adhuc tenet sibi ad hoc. & de hoc est ca-

e sus in l. fi. C. de iur. pa. †Vltimò no. differẽtiã inter e →restitutũ natalibus & illũ q ex dispẽsatiõe cõsequit priuilegia legitimorũ vel ingenuorũ: qa in primo est totalis integratio status, quę põt fieri quo ad q̃dã, & quo ad q̃dã nõ, vt no. gl. in c. cũ inhibitio. de clan. despõ. sed dispẽsatio, sic. vnde libertus q impetrauit ius aureorũ anulorũ, quãtũ ad hoc, vt possit anulos portare, habet pro ingenuo: sed nõ quo ad alia, qa debet reuerentiã,

6 tanq; libertus dño. †Si ergo comes palatin' legitimat aliquẽ, cum hoc, q nõ succedat cũ legitimis, ista nõ põt dici legitimatio, sed dispẽsatio. & ideo nõ porrigit nisi quantũ ad illa q fuerũt expressa i priuilegio. sed si simpliciter legitimaret, & natali-

Universidad de Sevilla Biblioteca

a ¶ Relinquitur. Adde eundē Paulum cōsil. ccxlvij.

b ¶ Testes. testis an possit esse, qui est de vniuersitate? Vide alpha. cōsil. xvj. Alex. consil. lxvij. & cōsil. xlviij. secundo lib.

c ¶ Feudis. Limita, nisi concessio fuerit à fœmina, quæ verisimiliter æque diligit fœmineū sexū, sicut masculinum: imò plusex eo q̄ in simili consuluit Anc. consi. cccxlj. vbi voluit, q̄ regnū Aragonū cōcessum per reginā Petronillam alphonso & eius posteritati, posse trāsire in fœminas, alios sepiē casus, in quibus fœmina succedit in feudo, vide per Rom. consi. cccl xviij.

d ¶ Acquirere. adde q̄ voluit ancha. consil. cclxxij. & cccxcij. quod incipit probata tanti viri scientia.

e ¶ Cognitio. adde eūdē Paul. cōsi. clxxvij. Anch. cōsi. lxxxij. Rapha. cunan. consil. clxx. Alex. cōsi. ccxviij. secundo lib.

bus restituereet etiam si nihil exprimeretur, extēderetur ad omnia iura legitimorum. facit. l. ij. C. de iure anulo. aureo. †Et prædicta allegaui ad. q. statuti dicentis, q̄ extāte filio masculo legitimo, & naturali filia fœmina nō succedat nisi in eo, quod sibi relinquit[a] à patre, & plus petere non possit: quod si extat filius masculus legitimatus, quo ad quædā: & quo ad quædam nō, puta, q̄ possit succedere ex testamento, non ab intestato, nō habeat locū statutum: & sic filiæ fœminæ sibi non fuit relictum tantū, q̄ nō sufficiat ad legitimam, potest petere supplementū: quia non dicitur extare masculus legitimus naturalis: quia ista nō fuit vera legitimatio, quæ non potuit fieri pro parte, sed fuit dispensatio: & sic nō fuit sublatus defectus originis: vt hic patet in vers. sed si ius. vbi est casus in ratione sui: ergo non dicitur legitimus. secus si fuisset simpliciter etiā quo ad omnia legitimatus: quia contineretur appellatione legitimi. prout expresse determinat Bald. etiā in hoc casu in l. j. C. de fide icom. & l. eā quam. in vj. col. ibi dum dicit. Item quæsitum fuit à me, & tenenti perpetuò: quia possunt induci ad multa alia.

a ☞ *Illud quod est universitatis non est singulorum, & quid si posteà dissoluatur universitas?*

1 *In causa universitatis singulæ personæ illius possunt esse testes: & quando non possint.*

2 *Si peto pronuntiari me habere iurisdictionem supra aliquam universitatem, obtinui, quòd hæc sententia non præiudicet singularibus de ipsa habentibus aliquam exceptionem uel ius ab universitate.*

1 §. Qui manumittitur. † Manumissus ab vniuersitate, nō est libertus singulorū, ideo singulos potest in ius vocare sine venia: sed est libertus vniuersi: & ideo illā non potest in ius vocare sine venia, etiā si se defendat per actorem vel syndicū. h. d. hoc vltimū dictum recipit contrarium de versi. fi. istius legis. sed solue vt ibi no. glo. magn. incipiente famosa. ver. sed quare. vbi format contrariū de fi. istius. §. In text. ibi: [nam nō est illorum liber
2 tus.] Not. †istud ad quod allegatur, q̄ illud quod est vniuersitatis, nō est singulorū. facit. l. in tantū. §. vniuersitatis. de rer. diui. hoc est verū, nisi processerit à singulis: quo casu dissoluta vniuersitate, quilibet potest recipere partem suam, vt l. j. in fi.
3 & l. collegia. j. de colleg. illici. Ang. †Item inducitur, q̄ in causa vniuersitatis, singulæ personę illius possunt esse testes. b hoc
b verum nisi agatur de tali re, ex qua singuli percipiūt commodum singulariter: puta, de pascuis, vt not. Dy. in l. si omnibus.
4 C. de testi. & hunc tex. alleg. †Inn. in c. certificari. de sepul. q̄ si peto pronunciari me habere iurisdictionem supra aliquā vniuersitatem, & obtinui, quòd hæc sententia non præiudicat singularibus de ipsa habentibus aliquam exceptionem vel ius in vniuersitate.

3 ☞ *Fœminæ in feudis regulariter non succedunt.*

Grauatus sub conditione si decedat sine liberis masculis, decedat relictis nepotibus masculis ex filia fœmina, non dicitur decessisse cum liberis masculis, & locus est substitutioni.

3 *Per deportationem perditur ius patronatus, & in consequentiam reuerētia: & quæ non perdantur.*

4 *Deportatus potest conueniri, licet perdiderit ciuitatem, & bona: quia post deportationem potest acquirere, & debet se defendere per procuratorem.*

5 *Illud quod statuitur ratione alicuius causæ habentis tractum successiuum finita illa causa amplius non durat.*

6 *Filius meus licet transeat in alienam familiam per adoptionem, nō desinit filius meus esse, nec perdit priuilegia, quæ habebat, ut filius meus.*

Filius libertæ, & econtra illa mater liberti filio, ex patrono qualiter debeant sibi inuicem reuerentiam.

per Inno. de foro cõpetenti, licet alio modo prorogando iuriſdictionẽ, nõ poſsit, vt in c. ſignificaſti. eo. tit. † Not. etiã q̃ licet quis iubeiubeat corã aliquo iudice de præſentando aliquẽ ibidẽ: non videtur ſe ſubijcere iuriſdictioni illius, vt virtute dictæ promiſsionis poſsit ab alio cõpelli, ſi aliter nõ eſt iudex ſuus, niſi ſe illi ſubmittat expreſsè. Sed cõtra de l. cũ pro quo. ſ. tit. j. ego intelligo illã quando erat ſubditus illius iudicis, aliàs proceduntillaq̃ ibi dixi per iſtã l. not. & pro hoc intellectu videtur caſus in auth. offeratur. C. de litis conteſt. vbi ſi aliqs promittit ſe ſiſtere in iudicio coram aliquo iudice, non propterea cenſetur in illum iudicem conſentire. & ideo poteſt ipſum poſtea recuſare, & etiam de incompetentia iuriſdictionis opponere: quia ſua promiſsio cenſetur habere tacitã cõditionem, ſi tenebit coram eo litigare, vt no. Cy. C. de ſponſa. l. ſi. in ſi. & Bart. ſ. de iuriſd. om. iud. l. ſi cõuenerit. idẽ ergo ſi promittit aliũ ſiſtere. vt hic eſt caſus, ſecundũ iſtum intellectũ. ſi tamẽ promitteret parere mandatis curiæ, cenſetur ſe illi ſubmittere, ſecundum Bald. nihil enim aliud poſſunt iſta verba importare. † In gl. ibi, [inueniatur.] No. ex glo. iſta duo. primò q̃ ille qui ſortitur forũ ratione contractus duntaxat, ita demũ poteſt ibi cõueniri, ſi ibi reperiat: intellige tñ nõ tanq̃ viator: vt in d. l. hæres abſens. §. j. idẽ ſi duntaxat ratione originis propriæ vel paternæ, nõ tñ rõne domicilij, vt no. in l. aſſumptio. §. filius. ſ. ad municip. per Bar. & hoc eſt introductũ, ne cũ incommodo gs auoceã à ꝓprio domicilio. ſed q̃n ſortit forũ domicilij rõne, põt ibi cõueneri, etiã ſi ibi nõ reperiat & citari ad domũ, & effectus eius cõſiſtit in hoc: quia in primo caſu, cõtra illũ q̃ ibi nõ reperit nõ põt ꝓceed i niſi ad miſsionẽ ex primo decreto: nõ aũt põt mulctari, nec excõicari, nec ad ſniam diffinitiuã pueniri, etiã ſi ſit cã in qua poſsit ꝓceed lite nõ cõteſt. vt patet in c. Romana. §. cõtrahentes. de foro cõpe. in vj. ſed in ſecũdo caſu poterit ꝓceed etiã ad omnia iſta cõtra abſentẽ. † Itẽ in primo caſu, nõ eſt fienda remiſsio poſtquã præcisè nõ cõpellit ibi litigare, ex quo nõ reperit ibi. ſed in ſecundo caſu dico fienda eſſe remiſsionẽ, etiã in cõtractu, ſi iudex domicilij ſcribat iudici, vbi ille eſt, q̃ ipm faciat capi, & ad eũ remittat. ſicut em poſſet ipſum facere capi, ſi eſſet in ſuo territorio: iuxta ea q̃ habentur in l. pleriq̃. ſ. ti. j. ita & ſi eſt in alieno territorio, non tñ per ſuã familiã, ſed per familiã iudicis illius loci: per ea quæ dixi in l. ſi. de iuriſ. om. iud. Aliq̃n tñ etiã in primo caſu fienda eſt remiſsio, ſi inceperat ibi litigare, & ꝓmiſerat de iudicio ſiſti, vt in auth. de exhi. reis. §. ſi verò quidã, & ſi agit de cõditione ꝓnæ, vt C. vbi cã ſtatus. & C. vbi q̃s decu. vel cohorta. & ibi vide Gul. de cu. omnino vel ſi conueniũt rõne adminiſtrationis ibi geſtę, & in tit. C. vbi de crimi. agi opor. ſecundũ eundẽ Gul.

† Vltimò ſcias, q̃ etiã corã delegato maximè à principe, põt quis fideiubere de aliquo præſentando, & ſe ſubijcere iuriſdictioni illius, ſecundũ Pet. & Cyn. Nec obſtat de offi. dele. c. j. vbi iuriſdictio nõ delegata ꝓrogaꝛ ad extraneas ꝓſonas in reſcripto nõ cõprehenſas: quia verum eſt principales: ſed acceſſorias non ſecundum eoſdem. quod perpetuò tene menti.

Quid, ſi facta ad hoc ſpeciali citatione, iudex pronuntiauit ſe iudicem competẽtẽ, & non ſit appellatum: an tunc erit prorogata iuriſdictio? & nu. 9. & 10.

6 Ruſtico ſagaci non parcitur. & ſi ſimiliter ruſticitate nõ poteſt remoueri ab appellando ratione veræ contumaciæ.

7 Si nihil intereſt actoris uel iudicis, citatus non cõparens non punitur, niſi propter cõtemptum iudicis: nec etiam propter contemptum, ſi dies cõparitionis erat feriata.

Citatio an ualeat die feriata? remiſ.

8 Quinque caſus, in quibus iudex non poteſt cognoſcere, nec pronuntiare, an ſua ſit iuriſdictio?

Facilius repellitur iudex à iudicando, quàm teſtis à teſtificando.

9 Caſus in quibus habet locum iſta lex: & in quibus contra citatum non comparentem poteſt procedi, ut hic.

Abſens citatus licet etiam in banno poſitus, ſi poſtea comparet allegando, & probando ſe non ſubditum iuriſdictioni illius iudicis, quando poſsit reuocare, quicquid factum eſt.

10 Pronuntiatio ſuper cõpetentia iuriſdictionis ualet, & qualiter fiat? & quando nõ ſit neceſſaria?

Si iudex dubitat de ſua poteſtate, cùm non poſsit ad ulteriora procedere, tutius eſt, quòd pronuntiet ſe eſſe competentem.

11 A ſententia competentiæ iuriſdictionis poteſt appellari: & cum ſit interlocutoria, poteſt reuocari.

12 Quid ſi iudex pronuntiauit ſe nõ eſſe cõpetẽtẽ, an poſsit iſta interlocutoria reuocari?

LEX LI.

1 EX quacunque cauſa. †Citatus corã ordinario iudice, tenetur in dubio cõparere, etiã ſi ſciat de iuriſdictione ſe nõ eſſe illius, vel poſſe iuriſdictionẽ eius declinare, & allegare iudicis incõpetentiã, ſuper qua per eundẽ iudicẽ cognoſcetur: & pronũtiabitur, & niſi cõpareat, tãquàm cõtumax poterit mulctari, niſi propter ruſticitatem hoc fecerit, vel niſi ſit citatus ad diẽ feriatã: quia citatio non tenuit. h. d. tota lex cũ qua facit l. ſi quis ex aliena. ſ. de iudi. per quam declaratur principiũ huius legis, & illa per iſtã ſuppletur in ver. ſi quis. & in ver. itẽ nihil.

2 † In tex. ibi. [quæ iuriſdictioni preſunt.] & ſic loquitur de ordinarijs: q̃d in delegatis dic idẽ, dũmodo cõmittãt copiã[a] delegationis: aliàs nõ tenetur citatus credere, quòd ſit iudex ſuus. vt in authẽ. quæ ſemel C. quomodo & q̃n iudex. ibi dũ dicit, & aduerſarijs cognitis: & in c. præterea. de dilatio. & dummodo reſcriptum ſit verũ, & etiã validũ ſaltẽ mero iure: & ſic habeat iuriſdictionẽ, etiã ſi poſsit elidi per exceptionẽ: quia ſit ſurreptitium. nã imputet ſibi citatus, ſi nõ cõparet, & exceptionem opponat. per ea quæ no. in c. cæterũ. de reſcriptis per Inno. ſed ſi falſum eſſet reſcriptum, vel ipſo iure nullũ, licet non compareat, nõ poteſt contra eũ procedere, etiã ſi pronuntiat ſe iudicẽ competentẽ: quia nihil valet pronuntiatio, cũ nõ ſubſit aliqua b iuriſdictio, ſuper qua poſsit fundari. [b] vt not. Inno. in d. c. præterea. de dila. & de reſcrip. ſuper literis. 3 † Itẽ text. ibi, [venire debet,] etiam ſi non ſit de iuriſdictione illius, vt d. l. ſi quis ex aliena. & in hoc differt ordinarius, à delegato, per ea quæ ſuprà dixi: quia ordinarius iuriſdictioni præeſt, quantũ ad alios, licet nõ quantũ ad iſtũ. ſed delegatus ſi modo præeſt, quãtum ad iſtũ, neque præeſt quantũ ad alios. intellige tamẽ dummodo citatus reperiatur in territorio citantis, quo caſu iudex poteſt credere ipſum eſſe de ſua iuriſdictione: & hac ratione ſaltẽ in hoc, iuriſdictionẽ habet, vt poſsit illũ arctare ad cõparendũ ſub pœna. ſi autem ſciebat illã nõ eſſet ſibi ſubditũ, nõ valeret proceſſus, etiam quo ad pœnã: quia debet ſcire, vel credere ſe poſſe vti iuriſdictione, ad hoc vt valeat eius actus: aliàs nõ valet, ſi eſt incertus vel dubitat de ſua poteſtate. argu. in l. quæro 4 ſ. de eo qui pro tu. † In tex. ibi. [ex cauſa,] non ergo ſtatim, q̃ nõ cõparuit mulctabit eum, ſed iterũ faciet ipſum citari ad dicendum cauſam, quare nõ debet mulctari: quia potuit habere iuſtam cauſam, vel impedimentũ, vel feciſſe ex ruſticitate, & hæc practica probatur in l. iij. §. ſi ad diẽ ſ. de re mili. & ibi vide Bar. 5 † In tex. ibi, [mulcta damnabitur.] & etiã excõmunicabitur ſi erat iudex eccleſiaſticus. quia loco mulctæ hoc habetur, vel ponetur in banno, quod etiã dicitur mulcta. vt no. in l. j. §. quid ergo. de ven. in poſ. mit. vel procedetur ad miſsionẽ ex primo decreto, ſi ibi bona habet. in his enim iudex iſte cenſetur à lege iuriſdictionem habere, licet ille non ſit ſubditus eius: ſed non poterit procedere ſuper negotio principali, etiã ſi ſit tale, ſuper quo poſsit procedi lite non conteſta. vel etiam ſi contumacia habeatur pro cõteſtatione. vt Florentiæ ex forma ſtatuti; in hoc enim iuriſdictionẽ non acquirit propter ſolam

¶ Copiã. Limita verum cum per literas citat. ſecus ſi per nuntium. Itẽ limita, niſi tale q̃d narret, ex quo poſsit cõſtare de eius poteſtate. ita do. de ro. deci. ſuis de off. deleg. in nouis vbi dicũt, q̃ ſi executor retũ ſententiarũ latarũ in palatio apoſtolico citet per curſorem domini Papæ partẽ condemnatã in fructibus, q̃ non eſt neceſſe mittere copiã poteſtatis ſuę ex quo ille cõtra quẽ latæ ſunt tres ſententię, debebat cõparere: quia narrabat ſe executorem illarum ſententiarum, latius ibi vide.

[b] ¶ Ffidari. vide q̃ Fel. in c. ſuꝑ literis. & ibi per d. Anto. q̃ dicit, q̃ ſi nõ appellat à ſententia ſuper cõpetentia lata, vigore reſcripti prorſus nulli, q̃ talis ſententia præiudicat, refert & ſequit Rom. conſi. cclxxxiiij.

11

12

13

a Copia. Limita, niſi ſit ſigillata. & nu. 9.

Reſcriptum licet ſit ſurreptitium, tenetur tamen citatus cõparere & excipere contra reſcriptum: ſecus ſi eſt falſum uel ipſo iure nullum.

9 Iudex ſciens citandum non eſſe de ſua iuriſdictione, non poteſt eum inuitum compellere ad comparendum, & quid ſi dubitat?

4 Non comparens debet iterum citari, antequàm mulctetur, uel excommunicetur, ad dicendum cauſam quare non debet mulctari uel excommunicari.

Quòd etiam bannum dicatur mulcta.

Quid de miſsione ex primo decreto?

5 Quòd in prædictis poſsit iudex procedere contra non ſubditum contumacem non ſuper negotio principali, etiamſi contumacia haberetur pro conteſtatione. & numero 9.

a lam contumaciã, [a] ſcdm no. per Io. an. in d. c. præterea q̃ mirabiliter hãc l. examinat in qõne poſita, ſup regula, ſciẽti. in mercurialibus: in quibus locis videꝛ, ſi vis oino hãc l. & eius materiã intelligere. abſens em, & cõtumax nõ cenſeẽ iuriſdictionẽ prorogare: vt l. ſi qui ex conſenſu. & ibi no. C. de epiſ. audi. niſi iſte iudex p̃ priuus pronũciet ſe iudicẽ cõpetẽtẽ, facta ad hoc alia ſpãli citatione, & pronũciatio trãſiret in rem iudicatã: q̃a nõ fuiſſet appellatum: nã de iudice faceret ipſum iudicẽ: quia valet, & pro veritate habeẽ, cũ ſit fundata in iuriſdictione, q̃ habet ſaltẽ erga alias: & in hoc differt à legato: & hoc volunt canoniſtæ in d. c. & etiam Bar. hoc ſentit hic. † In tex. ibi: [ruſticitati.] no. ſecundum Bal. q̃ nõ parcitur ruſtico, cum multi reperiantẽ ſagaces, & in illis nõ habet locũ, quod hic dicit. & per hũc tex. dicit Bal. ruſticum fruentẽ ruſticitate non poſſe remoueri ab appellando ratione veræ cõtumaciæ: quia nõ põt cãm cõmittere, cũ requirat dolum, & ruſticitas excuſatur à dolo, vt l. ſi quis id q̃ 7 ſ. doli. ſ. de iuriſd. om. iud. tene menti. † In tex. ibi: [nihil interſit actoris,] ſed nec iudicis: quia ſi comparuiſſet nihil potuiſſet iudex facere die feriata: & etiam citatio non valebat: alias cum agatur de impoſitione multæ, quæ imponit propter contemptum iudicis, nõ eſſet curandum q̃ actoris duntaxat nõ intereſſet, ſecundũ Bal. & de hoc puncto, an valeat citatio die feriata? vide per Cy. in l. dies feſtos. C. de fer. & p̃ Bar. in l. j. §. nũciatio. de ope. no. nunci. quia citatio plures habet partes: & de qualibet ibi diſputatur. & vide gl. in c. veniens. in vltima gl. de accu. & per Inn. in c. conqueſtus. de pœnis. & quod not. Bar. in 8 l. prætor. §. pe. de ope. no. nun. † Not. ex prin. gl. magnæ duos caſus in quibus iudex nõ põt cognoſcere, nec ꝓnũciare an ſua ſit iuriſdictio: Primus colligitur ex prima rõne gl. à contrario ſenſu, cum vult q̃ ideo poſsit hic: quia nõ dicitur cã ſua, cũ contentio de iuriſdictione nõ ſit inter iudicem & partem: ſed vnã partem & alterã litigãtes: ergo ſi eſſet inter iudicẽ & partẽ: puta, quia ꝓcederet per inquiſitionẽ, & reus negaret ipm eſſe iudicem cõpetentẽ, nõ poſſet ſuper hoc cognoſcere: & hoc idẽ tenere videtur Inn. in c. ex parte. deverb. ſig. idẽ ſi eſſet inter vnũ iudicem & alium: quia quilibet ipſorũ diceret ſe iudicẽ, vt l. de iure. ſ. ad municipa. ſecundũ intellectũ gloſſ. quẽ ſequitur Bar. Alius caſus eſt, q̃n eſſet q̃ō iuriſdictionis inter partes, tñ iudex prætendebat cõmodũ ſportularũ, vt ponit gl. in ij. rõne: & hoc vult gloſ. expreſsè in l. inter conuenientes. ſ. ad municip. quam Bar. ſequitur: licet alij cõtra. quia nõ principaliter prætẽdit cõmodũ, ergo & c. arg. eius, quod dicimus de legatario, vt poſsit eſſe teſtis in teſtõ, licet cõmodum prætẽdat, quia nõ principali b ter. Sed certè facilius repellitur iudex à iudicando, [b] quã teſtis à teſtificando: quia facilius reperitur alius iudex, quã reperiat alius teſtis, vt habetur in c. dilecto. de teſti. & ideo tene illã glo. Adde alios tres caſus, in quibus non poſſet cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. Primus, ſi non eſſet illius iuriſdictionis capax, vt ſecularis iudex contra clericum, ſi ille diceret ſe clericum, & altera pars negaret. nam non põt ſuper hoc cognoſcere, an ſit c clericus vel non: ſed debet remittere ad iudicẽ eccleſiaſticum. [c] vt in c. ſi iudex laicus. de ſenten. excõ. lib. vj. vbi caſus. Et idem ſi allegaretur, q̃ cauſa ſit ſpiritualis: puta, vſuraria vel matrimonialis, vt in c. tuam. de ordi. cogn. Alius caſus eſt, quando apponeretur tale quid: quod ſi eſſet verum, iudex careret fundatus iuriſdictione: vt ſi dicat ſe iudicẽ delegatum: & opponat, q̃ imò nõ ſit: quia reſcriptum eſt falſum, vel ipſo iure nullum. non enim poteſt ſuper hoc pronunciare: quia eſſet dare ſibi occaſionem tribuendi ſibi iuriſdictionẽ, etiam ſi nullam habebat & hoc not. Inn. in c. ſuper literis. de reſcrip. ſecus ſi non careret fundatus iuriſdictione: quia diceretur reſcriptum ſubreptitium: nam valeret mero iure, ſed per exceptionem eliditur in c. 10 ctis Inno. in loco prælle. † Tertiò & vltimò not. in ver. & tenebit hoc iudicium, q̃ pronũtiatio ſuper cõpetẽtia iuriſdictionis valet, & facit de incompetẽte cõpetẽtẽ: quod intellige, ſecundũ ea quæ dixi q̃n poteſt, ſed vtrũ eſt neceſſaria iſta pronũtiatio: dicũt quidã q̃ ſic, q̃n pars cõparuit & allegauit incompetentiã: & q̃ aliter nõ poteſt ad vlteriora procedere. Ang. verò contra, q̃ ſufficit cognoſcere ſuper hoc, & pronuntiare ad vlteriora procedendũ, vel procedere nõ obſtante exceptione. quia videẽ tacitè pronunciare ſe iudicẽ cõpetentẽ per c. ex parte. de app. Barto. tenet primã, & dicit capitulum illud loqui de aliꝭ exceptionibus dilatorijs, non de illa quę opponitur cõtra

a vſq; ad ſententiã diffinitiuã, ſi erat tale, in quo poterat procedi lite nõ conteſt. vel in quo lis haberetur propter ſolã non cõparitionem. Secũdus eſt quẽ gl. poſuit tertio q̃n non habebat iuriſdictionẽ re vera: tamen hoc non erat certũ, ſed erat dubiũ: & dic q̃ ratione iſtius dubij habeẽ iuriſdi. à c lege. vt poſsit contumacem mulctare, vel excõicare, vt hic non poſsit procedere in negotio principali: vt dixi ſuper text. ſed gl. quæ incipit nõ ex cauſa in ver. licet autẽ, ſentit, q̃ etiã poſsit procedere in negotio principali, dũ loquitur de ſententia lata per eũ, mittẽda executioni per alium ad eius requiſitionẽ, pro quo etiã facit, quia propter dubiũ videtur iudex habere iuriſdictionẽ, etiã in negotio principali. vt in c. ſi duobus. de app. & ſ. de officio preſidis l. ſi fortè. & quod no. in l. ſi putas C. de pe. hęre. Breuiter, ſuper hoc articulo dic, q̃ aut iſte non erat iudex, nec acquirere poterat iuriſdictionẽ ſupra citatũ, vt quia clericus: & tunc nec acquirit iuriſdictionẽ mulctandi, ratione dubij, nec etiã procedendi in negotio principali, etiã ſi pronuntiet ſe iudicẽ cõpetentẽ: & ideo quãdocunq̃ citatus & in bãno poſitus cõpareat, q̃ alleget, & probet ſe clericũ reuocabit quicquid factũ eſt cõtra eũ, vt no. per Pet. & Bal. in l. generaliter C. de epiſc. & cleri.

Et idẽ ſi epiſcopus proceſsit cõtra exẽptũ, qui nõ potuit prorogare iuriſdictionẽ eius ſine conſenſu Papæ, qui erat ſuus iudex ordinarius. & iſta eſt quæſtio quã ponit Ioã. an. in c. ſciẽti. de reg. iur. in mercu. vbi vide multa argu. bona pro & contra. & vnã optimã diſtinctionẽ, quã ponit in ſi. pro intellectu huius materiæ. Aut nõ erat, tamen poterat acquirere ſupra eũ: & tunc quãtũ ad mulctã, habet ſine dubio iuriſdictionẽ ratione dubij, vt hic, & d. l. ſi quis ex aliena. ſed ſuper negotio principali, ſi quidẽ pronuntiat ſe iudicẽ cõpetẽtẽ, illo iterato ſuper hoc citato, hæc pronuntiatio trãſiuit in rẽ iudicatam. & idẽ eſt ac ſi eſſet iudex: quia pro veritate habetur pronuntiatio, & facit eũ iudicẽ vbi nõ erat, dummodo poterit pronuntiare: aliàs ſecus, vt in caſibus quos primò poſui. ſi verò hoc nõ pronuntiat: tunc aut ille nullo modo erat ſubditus, & non poteſt procedere ſuper negotio principali, cõtra abſentẽ, etiã vbi non reperitur litis cõteſt. & ſi cõtra facit, nõ valet: quia nõ cenſetur prorogata iuriſdictio per abſentẽ: aut ſubditus, tamẽ propter aliquã cauſam quæ iudici erat incognita, nõ poterat exercere iuriſdictionem ſupra eũ: & hoc caſu ratione dubij, valet ſententia ſuper negotio etiã principali: & ſic intelligi debet capitulũ ſi duobus, quod ita loquitur. & l. ſi fortè. & l. ſi putas. de peti. hæred. ſed ſi eſſet præſens, & nõ opponeret de incõpetentia, videtur prorogata iuriſdictio. vt j. in gl. in ver. & ſi ſibi nõ opponeretur. In tertio verò caſu quem glo. ponit pro ſecũdo, q̃n nõ erat, & notorium hoc erat, & habet locũ iſta lex: quia nec etiã quantũ ad mulctã poteſt procedere cõtra nõ cõparentẽ: & ita loquitur l. extra territoriũ. de iuriſdi. om. iudi. & dicitur cõſtare de nõ iuriſdictione, quãdo in citatorio apponitur tale q̃d, quod ſi eſſet verum, iuriſdi. nõ haberet: vt quia appellatur forẽſis, vel citatur ſuper cauſa ſpirituali, ſecundũ Inno. in d. c. præterea. idẽ ſecundũ eũ ſi habebat iuriſdictionẽ, ſed ex cauſa occulta. vt quia erat delegatus, & in citatorio non appellabat delegatum: vel ſi app. nõ mittebat copiã reſcripti: q̃a citatus nõ teneretur cõparere, quaſi ſibi ſit notoriũ de non iuriſdi. cũ ille de ſe ſit priuata perſona, nec nanciſcitur iuriſdictio. ſi nõ allegat ſe delegatũ, vel ſi alleget, partẽ nõ certificat mittendo copiã, originale verò mittere nõ tenetur, cũ debeat ipſum ſeruare, vt in c. cum iuriſperitus. de officio delega. & ibi no. & hæc colliguntur ex di 10 ctis Inno. in loco prælle. † Tertiò & vltimò not. in ver. & tenebit hoc iudicium, q̃ pronũtiatio ſuper cõpetẽtia iuriſdictionis valet, & facit de incompetẽte cõpetẽtẽ: quod intellige, ſecundũ ea quæ dixi q̃n poteſt, ſed vtrũ eſt neceſſaria iſta pronũtiatio: dicũt quidã q̃ ſic, q̃n pars cõparuit & allegauit incompetentiã: & q̃ aliter nõ poteſt ad vlteriora procedere. Ang. verò contra, q̃ ſufficit cognoſcere ſuper hoc, & pronuntiare ad vlteriora procedendũ, vel procedere nõ obſtante exceptione. quia videẽ tacitè pronunciare ſe iudicẽ cõpetentẽ per c. ex parte. de app. Barto. tenet primã, & dicit capitulum illud loqui de aliꝭ exceptionibus dilatorijs, non de illa quę opponitur cõtra

a ¶ Contumaciã. Adde Lud. Ro. conſil. xlix.

b ¶ Iudicãdo. an iudex qui põt ſentire cõmodum, poſsit iudicare ſuper dubio iuriſdictionis ſuæ? vide per Fran. de are. cõſi. cvij.

c ¶ Eccleſiaſticum. Ad de Fulg. conſi. liiij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Reuocare. Adde Lud. Roma. cõsi. cclviij. in fin.

b ¶ Nouatio. nouatio quomodo in dubio probetur, vide Petr. Are. consi. v. & an nouatio fiat ipso iure, & an tacite, vide per Ludo. Ro. consi. xxj.

c ✠ Certi cõdictio. Licet enim qualitas illius interesse non sit liquida, tamẽ appareret quidditas: quia si mul ac nascitur inter esse, iam certũ qđ venit in obligationem, vnde condictio certi manat l. vbi autẽ in prin. ff. de ver. obli. Aliud in obligatione facti, quod nondũ est in rerũ natura,

d ✠ Iuratoria cautio. Ratio qa in eo casu satisfatio est necessaria iuxta text. in l. si fideiussor §. j. in fi. qui satisd. cog.

e ✠ Iuris & de iure. De omni genere præsumptionum vide ea noniste. in toto titu. de præsumpt. extrà qui eam materiã copiosè tractant.

In obligationibus facti post moram succedit obligatio ad interesse, non in obligationibus dandi. sed potest uenire æstimatio iudicis officio mercenario, si non potest dari.

LEX III.

1 VM quis. †Cõtra fideiussorẽ de iudicio sisti, si non sistat, agitur ad interesse, si non fuit pœna apposita. h. d. Si autem fuit apposita, innuit quòd ad pœnã tantũ debet agi, nõ ad interesse: gl. tñ fi. tenet cõtrariũ, q imò posit peti interesse, si est maius: nisi sit facta nouatio, b & sic est in electione sua, quod istorũ petat, vt l. prædia j. de actio. emp. & l. si quis à socio j. pro socio. & in hoc glo. bene dicit. †sed dum postea subdit, q olim præsumebatur nouatio, hodie nõ, per l. ſi. C. de noua. nõ bene dicit: qa illa loquitur in stipulationibus coæqueuis, in quibus qd iuris sit: vide per Bart. in l. Valerianus j. de præto. stipu. Sed qñ vna est principalis, non est aliquid innouatũ per iura codicis, & qd iuris sit: vide per eundẽ in l. ita stipulatus. de ver. obli. vbi post multas opiniones, distinguit, an præcedat stipulatio ex causa onerosa: & nõ præsumitur nouatio, vt d. l. prædia. an ex causa lucrativa: & tunc secus. in d. l. obligationã fere §. fi. de actio. & obli. allegata in gl. †In tex. ibi: [incerti ad interesse,] quod est incertũ, & sic nõ denotat nomẽ actionis, sed id, àd quod actio datur: actio verò quæ cõpetit ad interesse, nõ est cõdictio incerti,

c nec est actio ex stipulatu: sed ✠ c est certi cõdictio: vt probatur in l. certi cõdictio. circa prin. j. si cer. peta. quia licet sit incertũ, quo ad nos ante iudicis declarationẽ: est tñ certũ in rerũ natura: & etiã speratur certificari per iudicẽ. & propter hoc datur certi cõdictio: vt ibi no. in gl. sed ad ipsum factum bene datur actio ex stipulatu: qa factũ est omnino incertũ, etiã in rerũ natura, cũ adhuc factũ nõ sit: & id quod nõ est, nõ potest esse certum. †Vltimò collige q in obligationib' facti post morã succedit obligatio ad interesse: quod patet: qa ad interesse agitur, vt hic dicitur: ergo est in obligatione: aliàs non posset esse in actione. & sic qui promittit factũ, cẽsetur promittere interesse, si nõ faciat l. si quis ab alio ff. de re iudi. & l. stipulationes nõ diuiduntur §. Celsus. de ver. obli. nõ sic in obligationibus dãdi, in quibus post morã ageẽ ad ipsum, quod dari debebat, nõ autem ad æstimationem: licet illa possit venire in officio iudicis mercenario, si nõ potest dari, vt l. si seruum §. fi. & pen. de ver. obli. & quod no. j. si cer. peta. in l. vinum. in fi. magnæ glo. & in Specu. de li. cõcep. & de obli. & solu. §. sequitur videre. ver. sed quid si libel. & quod not. Bar. in l. si filius §. fin. de verbo. obli.

2 ✠ Nouatio quando etiam hodiè fiat?

3 Actio quæ competit pro interesse, quòd sit certi cõdictio.

In ius uocati ut eant aut satisdent. Rubrica.

1 †Super rubrica [in ius vocati, vt eant.] supple si possunt vel si non possunt, mittent aliquẽ axaminandum vel excusandũ se & satisdandũ de se repræsentando, & cõparendo in certo termino. & hoc est quod sequit. Aut satisdent &c. Et de tali fideiussore loquit l. fi. & l. j. §. ti. proxi. qui liberaẽ facta præsentatione. postqua autẽ cõparuerit, si nõ possidet immobilia, tenetur dare aliũ fideiussorẽ, de iudicio sisti in tota lite. & de hoc loquit ti. qui satisd. cog. & sic iste põt intelligi de citato verbaliter tãtum. Bar. autẽ videtur intelligere in citato realiter, per capturam psonæ. qui vel debet pmittere se duci, vel dare fideiussorẽ de repræsentãdo, vt quotidie fit: sed vterq; intellectus est bonus. †& ex primo no. secundũ Bal. q ille qui venit ad allegãdũ excusationẽ, & allegandũ cãs absenriæ, vel impedimẽti, nõ debet audiri, nisi pmittat de repræsantãdo citatũ in termino: qã ppetuò tenet mẽti. Et hoc vult gl. rub. expresè. tñ gl. vult q satisfet de suscipiẽdo in se iudiciũ. Tu dic hoc nõ esse necessariũ, secundũ Angel. sed sufficit, q promittat repræsentare ipsum. Cętera circa gl. quæ nõ bene loquitur dic vt dixi in l. j. §. ti. j.

2 ✠ Coniunctæ personæ seu necessariæ ut hic, quòd intelligãtur usq; ad quartum gradum, & quãdo non admittuntur ad fideiubendum, si non sunt idoneæ facultatibus. & numero 3.

Actio ex hoc edicto est pœnalis.

3 *Fideiussor debet esse idoneus non solum, quantum ad substantiam obligationis, ut possit obligari efficaciter, & quantum ad facultatem conueniendi. sed etiam quantum ad facultates.*

4 *Statutum quòd consanguinei clericorum compellantur soluere datia, & collectas pro clericis, non ualet.*

LEX I.

1 EDicto cauetur. † Fideiussor de repræsentãdo, debet esse idoneus facultatibus, nisi sit coniuncta persona: quia tunc hoc non attenditur, cum verisimile sit, q citatus comparere debeat: & sic non permittet, q cõmittatur stipulatio, ne suus attinens maneat illaqueatus. hoc dicit ista l. cum sequentibus: & cum gl. In tex. ibi, [veluti.] explificatiuum est, non restrictiuum, secundũ Guli. de cug. †quia coniũctæ personæ seu necessariæ de quibus dixit, intelliguntˢ vsq; ad quartũ, secundũ eundẽ iuxta no. in l. fœmina. C. ad Turpil. Dicit etiã †Guli. notabiliter hic, titulũ istũ nõ habere locum, nisi in isto casu, videlicet in fideiussore de repræsantando, per rationẽ quã ponit hic gl. sed in fideiussore de soluẽdo si aliquis teneˊ ipsum dare, nõ liberaretˊ dãdo cõiunctã personã nõ locupletẽ, cũ nõ reperiaˊ hoc iure cautũ, & regula sit in cõtrariũ: q debet esse idoneus non solũ quantũ ad substantiã obligationis, vt possit obligari efficaciter, & quantũ ad facultatẽ conueniẽdi, vt l. j. §. tit. j. sed etiã quantũ ad facultates, vt l. iij. de fidei. & l. inter causas. §. abesse. j. man. ex quibus hoc colligiˊ. Dicit etiã Guli. locũ habere, q hic dici, si citatus poterat defraudare alios fideiussores idoneos facultatibus, vt nihilominus possit dare sibi attinẽtes nõ idoneos: aliàs nullũ esset priuilegiũ at

d tinentiũ: qa si nõ posset alios dare, sufficeret ✠ d iuratoria cautio, vt no. in l. j. §. tit. ij. Itẽ dicit Bal. q ideo istiˊ reputanˊ idonei: licet non sint soluẽdo: quia verisimile est q nõ sinet, q stipulatio ad ˊteresse vel pœna cõmitteˊ, etiã si nõ habebũt necesse soluere: quia ille pro quo ˌpmiserũt, se repræsentabit: quid ergo si põt ˌpbari contrariũ: puta, coniũcta persona vult ˌpmittere pro coniuncta, q se repræsantabit, ne iudex contra illũ procedat, ille contradicit dicẽs, si tu promittis pro me, ego dimittã te illa queatũ: quia nunquam comparebo, vtrũ admitteretur ille ad comparendum, si non est idoneus facultatibus: videtur quòd non: quia ceſſat dicta ratio. licet enim præsumptio iuris sit, q debeat comparere per rationem quam ponit gl. potest tamen

e probari contrarium: quia non est ✠ e iuris & de iure. Item quid in alio explicando per personam coniunctam? Respondeo, videtur idẽ qđ hic, si facilè fieri põt: puta, scriptor promisit mihi scribere librum, habeo ipsum suspectum de fuga, facio ipsum capi, vt librum scribat: ad quod possum præcisè compellere, vt not. in l. hæc stipulatio. §. siue. de oper. no. nuncia. vult dare coniunctam personam, quæ promittat, quòd ipse scribet vt relaxetur, & tamen non est idoneus facultatibus: videtur quòd fit recip

fit recipiẽda: quia verisimile est, q faciet, quod promisit, ne cõiuncta persona remaneat illaqueata. Isto tũ casu, cõtra recusantem nõ daretur actio pœnalis, de qua hic: quia edictũ prætoris loquitur solũ in fideiussore de iudicio sisti, in quo aliud est speciale, vt iudicia exerceãtur. †Vltimò dicit Ange. per glo. hic positam, q si statutũ dicat, q cõsanguinei clericorũ cõpellantur soluere datia, & collectas pro clericis, nõ valet: a sicut si diceret, q clerici cõpellãtur: quia videtur hoc dicere in cõsequẽtiam, & nõ sit verisimile, quòd clerici patiantur cõsanguineos compelli sed potius volent ipsi soluere: & sic est cõtra ecclesiasticam libertatem. & pro hoc l. hæres meus §. fin. de condi. & demonstra. & est casus in c. sciant cuncti. de elect. lib. vj.

2 ¶ Nõ valet. adde Ange. consi. cxlvi.

b ✠ Secus in cõtentionalibus. Aliud est qñ pluribus stipulationibus, vna pœnalis adiungitur, quo casu in singulis repetita pœna videtur. neque refert, an diuidue sint an nonˊ. Adeò vt etiã si in multis sit satisfactum, pœna tũ debetur, si quid vel tãtulũ deest, & ita intelligo d. l. si seruus. ſ §. fi pluriũm in fin. si qs cau. Aliud, qñ vni stipulationi facti indiuidui pœnalis subiungitur, tũc enim simplex & vna est stipulatio, ideoq; vt pœna diuidatur, attẽdẽda est qualitas & natura principalis stipulationis, & ille est intelle. d. l. eadẽ §. Cato. ff. de ver. obli. Iam vide quam differat à superiori. & no.

c ¶ Impedientẽ de hoc latè per Ped. cõſ. cclx.

LEX II.

1 VI duos homines. † Stipulatio pœnalis committetur, etiã si in vno promissor deficiat: licet alia impleuerit. h. d. In istis tamen præparatorijs iudiciorũ, licet mero iure committatur, obstat exceptio pro illa parte, quæ impleta est: vt j. si quis cau.

b l. si seruus §. fi plurium. ✠ b secus in cõuentionalibus, vt l. eadẽ §. Cato. de verbo. obli. & dic, vt ibi. & in d. §. fi plurium.

Ne quis eum qui in ius vocatur, ui eximat. Rubrica.

1 †Notandũ est, q interdũ citatus nõ cõparet nulla iusta subsistente causa. & loquitur titu. si quis in ius voc. nõ ierit. vt tanquàm cõtumax possit mulctari. Interdũ subsistente aliqua iusta causa: quia mittit excusatorem & promissorẽ de cõparẽdo, & loquitur tit. præcedẽs. Interdũ impeditur facto tertij ipsum eximentis vel detinẽtis: & loquitur iste tit. in quo prouidetur actori contra illum tertium. & etiam titu. de eo per quem factũ erit. in quo prouidetur tam actori quàm reo, etiam si nõ interuenit violentia: & sic plenior est ille, quàm iste: cum ibi agatur ad verum interesse, hic ad æstimationem litis, per iuramẽtum actoris, etiã si lis sit calumniosa. & sic nullum ius habeat actor: vnde est merè pœnalis, vt j. eo. l. pe. in fi.

a ✠ Delegatus ordinarij quòd possit procedere contra tertium impedientem citatum comparere, quando hoc facit ad impediendum iurisdictionem eius, & pœna nõ applicatur parti.

3 *Patronus uocatus in ius sine uenia, an debeat esse contentus pœna uel exceptione, ut non procedatur?*

4 *Aliquid potest esse delictum, & tamen impunitum, ut in statutis de offendẽdo bannitũ.*

5 *In pari causa quòd sit deterior conditio actoris.*

Si quis dat articulos, quorum unus uidetur alteri contrariari, qualiter intelligantur, ad tollendum contrarietatem.

LEX I.

1 HOc edictum prætor. † Eximens per violentiã reum citatũ ne cõpareat, tenetur actione in factũ ex hoc edicto, quæ est pœnalis: & oritur ex maleficio: ideo ex facto serui datur contra dñm ignorantẽ noxalis. hoc tamẽ verũ, nisi citatio fuerit nõ ritè facta: quod multis modis potest contingere, vel ex persona actoris si fecit vocari sine venia, quẽ vocare non debebat: vel ratione loci ad quẽ vocabatur: vel ex defectu iurisdictionis citãtis: vel ex qualitate personæ citati: quia nõ poterat esse in iudicio, vt seruus: nã istis casibus eximens non incidit in pœnã edicti. I dẽ si citatio erat facta ritè, tñ non à iudice ordinario, sed à delegato. h. d. vsq; ad l. q si quis §. fi. & hoc vltimũ de delegato videtur intelligẽdum de delegato ab ordinario, propter eius vtilitatẽ. vt dicit glo. se-

2 cus in delegato à principe, per ea quæ no. † Inno. in c. j. de offi. delega. vbi tenet, q talis delegatus potest procedere cõtra ter-

c tium impedientẽ citatũ cõparere, qñ hoc facit ad impediendum iurisdictionẽ eius. Quid autẽ, si nõ propter hoc, sed propter inimicitiã quã habebat cum illo citato? dic vt ibi per eum qui plura dicit, ad declarationẽ huius tit. tñ ipse loquitur quãtum ad pœnã inferendã à iudice, propter eius cõtẽptũ: hic verò loquitur, de pœna quæ applicatur parti. Vnde potest dici, quòd nec edictũ prætoris, cũ loquatur nisi de citato ab ordinario, non habeat locũ quantũ ad hoc etiam in citato à delegato principis, licet ille possit mulctare, & excõmunicare impedientes. Et adde quod not. Bar. in l. j. si quis ius di. nõ obtẽ. In tex. ibi. [hoc edicto.] cuius verba nõ habemus integraliter in hoc titu. sed partim ponuntur in rubrica: partim in l. sed eximẽdi.

§. fi. partim in l. si per alium §. in eum. par- 2
tim eadem l. §. docere. vel saltem ponitur
hic sententia, nõ verba formaliter, in qbus
omnibus potest integrare verba. In tex.
ibi [deniq;], hic intẽdit ostẽdere, q actio
pœnalis quæ oritur ex hoc edicto, de qua
in l. si per alium §. j. est ex delicto: quod patet, quia ex facto serui datur cõtra dominum noxaliter, aliàs daretur de peculio. vt l. iij. §. ex causa. de peculio. In tex. ibi [quæ in ius vocare non potuit.] supple, vt nullo modo, vt in casu l. ij. & iij. ſ. de in ius voca. vel sine venia. vt j. subiscitur veluti parentes &c. & no. quòd isti nõ ritè vocãtur, posito etiã quòd vocarentur rectè. & ideo eximens nõ incidit in pœnã edicti. & glo. videtur sentire, q mero iure valeat vocatio, sed ope exceptionis possit elidi.

3 †In gl. sequẽti que incipit, [facias vim,] super verbo, sed & fortius. & ex hoc determinatur quæstio secundũ Cy. si patronus fuit vocatus in ius sine venia, & comparens vult q nõ procedat, & q non teneatur libertus &c. sed q absoluatur ab instãtia iudicij. libertus autẽ vult, quòd procedatur offerẽs se paratũ soluere pœnã quin

c quaginta aureorum: quia hæc sola pœna ponitur in edicto. & hoc nõ fuit declaratũ in titu. de in ius voc. & dicũt quidã, q patronus debet esse altero cõtẽtus: vel exceptione, vt nõ procedatur, vel pœna, & tũc permittat procedi: vtrũq; autẽ cõsequi nõ potest: vt l. rescriptũ j. de pac. in cõtrariũ quia tex. hic dicit, q nõ potuit vocari. ergo vtrunq; cõsequeretur, arg. in l. vbi pactum C. de trãsac. & in istã partẽ videtur Cy. inclinare. qd autem si nõ opponat, an valeat processus: dic vt not. in l. quãuis. de in ius vocã. vbi distinguitur, an procedatur cõtra præsentẽ, an cõtra absentẽ. In tex. ibi: [nõ deliquit. qui eximit.] glo. dicit verũ esse. quantũ ad hoc vt incidat in pœnã edicti, tñ re vera bene delinquit: quia facit cõtra hoc edictũ, vt j. l. proxi. quæ

4 videtur huic cõtrariari. †Ex hoc not. secundũ Bal. q aliquid potest esse delictũ, & tñ esse impunitũ: quia impunitas non facit, q non sit delictũ. & hoc no. pro eo quod dixi in l. vt vim. de iusti. & iur. qa refert, an statutũ dicat, q offendens bannitũ nõ puniatur, an dicat, q liceat bannitũ offendere: si quærimus an bannitus cõtra offensam possit se defendere. Idẽ dic, secundũ Iac. but. & Bal. q hic nullo modo delinquit eximẽs. lex autẽ sequens vult dicere, q posito, q delinqueret: tñ quia ambo sunt

5 in pari causa, deterior est conditio actoris. †Et hoc no. secundum Bar. pro articulis, si qs dat articulos, quorũ vnus videtur alteri cõtrariari, q ad tollendũ cõtrarietatem, intelligãtur hoc modo: si primus dicit, q nõ deliquit, vel non fecit, secundus in quo videtur dicere contrariũ, intelligatur positio, quòd deliquerit vel fecerit, quod tamẽ negatur: dicit sic. Vel pone, dixi me tibi nunquam promisisse, postea facio aliũ articulũ, quòd præscripsi contra te. & sic videor dicere contrariũ, quòd promisi, aliàs nõ potuissem præscribere, quòd intelligatur positio sine præiudicio veritatis, quod promiserim, dico quòd præscripsi. tamen cauti procura. semper hoc dicunt expresè, iuxta notata per glo. in l. & si quidem. C. de excep.

2 ✠ In hoc edicto qualiter probetur dolus eximentis.

LEX III.

1 VOd si quis seruum. §. Quod prætor Præcepit. †In eximẽte vt incidat in pœnã edicti, nõ requiritur dolus respectu exempti seu citati, licet requiratur respectu agẽtis. h. d. tex. cũ glo. In gl. ibi sed quantũ ad vocantẽ, necesse est dolũ cõmitti: si ego feci vocari Titium, & tu in itinere, cum veniret, propter inimicitias quas habebas cum illo, vulnerasti illũ, vel aliter detinuisti, nõ vt mihi noceres: nõ incidis in hoc edictũ, per istã glo. †habeo ergo necesse

2 ostendere, q hoc feceris, vt mihi noceres: aliàs succũberẽ agẽs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Violentas.tali tamen casu pot ab eo absolui, vt hic latius per do. Ias. adde quod voluit Cal. consil. v. desenten. excom.

b ¶ Recomendari. adde Bal. consil. clxvij. ij. lib.

c ¶ Eximentem. No. q ille cuius causa debitor alicuius aufugit, tenetur ad omne interesse, secundū Io. de ana. consil. lv. vbi etiā dicit, q ita consuluerūt Sali. & Pe. de ancha. per iura ibi alleg.

d ¶ Qualitate. Quòd qualitas posit, pbari cū actus deduceret qualificatos, facit, q dicit Io. and. in c. j. de homi. q cū quis aceuaret quendā q occiderat hominem Christianū, q ex eo, q non probauit, quod ille esset Christianus, non potuit obtinere. sequitur Alex. in multis cō silijs maximè consil. j. ij. lib.

do, hoc edicto, sicut in casu l. penul. §. docere. j. eo. vídeť tamen posse dici, q si sciebat ipsum vocatū ad meā instantiā, si alia causa vel inimicitia nō apparet inter te & illū, vídeať semper hoc fecisse in eius preiudicium. Debet igitur hoc allegare in libello, & probare, q sciebat citatū ad eius instantiā: sed si tu vis te defendere, proba q secū habebas inimicitiā, vel q propter aliā causam feceris. nā dolus nocet quantum ad illū, cuius respectu cōmittitur: nō quantū ad alium, vt l. si Fulcinius. §. quid sit latitare. j. quibus ex cau. in pos. eatur.

2 ☞ *Statutum si imponit pœnam capitis rapiendi filiam alienam vel mondalem ad habeat locum in eo qui abduxit, non tamen de manibus rapuit?*

3 *Si aliquis inclusit clericum in aliquo loco, licet eum non tetigerit, quòd incidat in excommunicationem, sicut si manus violentas iniecisset.*

LEX IIII.

SEd eximendi verbum. † Nota quòd rapere, est propriè de manibus alterius auferre: vt si citatus esset quis personaliter, & captus à familia, & de manibus eius auferretur, sed eximere est etiā, si de manibus non auferatur, sed per violentiam impediatur: vt si erat citatus verbaliter tm̄, & in itinere fuit detentus, etiā si corpus eius non fuit tactū, locum habet edictū, & primū dictū facit ad q. Iac. but. † Si statutum imponit pœnā capitis rapiēti filiā aliēnā, vel rapienti monialem, q nō incidat in pœnā ille qui abduxit, nō tamē de manibus rapuit. Contrariū tamen tenet ipse & etiā Ange. & Bal. posito q diceret statutum, si rapuerit de manibus patris: quia verbū manus ponitur pro potestate, vt l. manumissiones. de iusti. & iur. requiritur tamen violētia, saltem in persona rapti: vt per violentiā fuerit abductus: aliàs verbū rapere nō verificareť, secundū Ang. Nec ob. l. j. C. de rap. virg. vbi dicitur rapere etiam qui violenter seduxit vel abduxit: quia ibi largius sumitur ex interpretatione illius l. nō de proprio significatu. † Itē facit iste tex. q si aliquis inclusit clericū in aliquo loco, licet eū non tetigerit, incidat in excommunicationem, sicut si manus a violentas[a] iniecisset & per c. si quis suadente. xvij. q. iiij.

2 ☞ *Si aliquis est incarceratus ad tui instantiam non tamen debitè: an posim facere eum recommendari pro debito meo?*

1 §. Item is qui. †Not. hic mirabile in quo stat vtilitas totius ti. q si petebam à Titio mille, qui tamen non tenetur nisi in centum, vel in nihilo, & tu impediuisti ipsum venire: possum actione in factum ex hoc edicto agere contra te, ad ista mille, delato mihi iuramēto, & stabitur solo iuramento meo, vt j. l. proxi. §. j. nec habeo aliter ostendere, quòd ille mihi teneretur: hoc eit bene mirabile, quòd pro tam modico, quis teneatur ad maximam quantitatem. quod Bald. nullo modo videtur fateri. & ideo aliter intelligit l. sequen. in §. j. sed communis intellectus vide ť ille quem dixi. & posito, q ille mihi teneretur, possum agere contra te ad totum: & tu solvendo mihi, non liberas illum quominus ab illo possim petere: quia respectu tui est mera pœna. l. fi. j. e. Sed opponitur de leg. j. §. fin. cum se. š. eo. Sol. ibi citatus erat quis non ritè. hic verò non rectè. & hoc vult hic glo. quæ incipit, sed quare. Et hoc

2 inducit Bar. in q. quę incipit, Lapus. † quando aliquis esset incarceratus ad instantiam tui non tamen debitè, an posim facere eum recommendari

b [b] pro debito meo? & tunc distinguit, aut fuit peccatum in captura respectu formæ: vt quia non poterat capi virtute illius instrumenti vel die feriata, & non possum: sed tanquam spoliatus est ante omnia restituēdus, vt š. de in ius vo. l. plerique. in fin. aut non erat peccatum in forma, sed in materia: quia non erat debitor: quia fortè soluerat, licet instrumentum non esset cancellatum: & possum ipsum facere recommendari. argu. eius quod dixi per istū tex. in quo se fundat, in d. q. Lapus in solutiōe quæstionis, vbi declarat istū tex.

LEX V.

1 SI per alium quis. †Not. in hoc prin. quòd qui mandat maleficiū cōmitti, tenetur, etiā si non sit præsens tēpore quo committitur, & fortè non reperitur alibi ita bene.

2 ☞ *Solutio facta ab eximente, an liberet debitorem primò cōuentum, & quid ecōtra?*

1 §. In eum autem qui. †Not. casum istius §. notabilem q cōtra eximentē datur actio in factū, intantū, quātū per actorē fuerit lis æstimata, mediāte iuramento. h. d. In tex. ibi: [sed quanti ea res est ab actore æstimata.] No. quia nō fecit mentionē de iuramēto in item, secundū Pe. licet glo. intelligat, q debeat referri: & cōmuniter docto. sequuntur intellectū glos. vnde si petebā aliquam speciem à Titio, in qua cadebat affectio: possum eam æstimare secundū affectionē meā: nec est mihi necesse probare verū valorē, nec quòd Titius mihi teneretur: sed sufficit, q ab eo petebam tantū: & q si fortè venisset, fuisset cōdēnatus: possum etiā iurare, propter aliud interesse: quia si venisset, potuisset ipsum facere detineri pro alia causa: & hoc est mirabile, quòd pro tā modico teneatur eximēs tāta pœna. vide Bal. qui dicit debere intelligi, quòd æstimatio fiat per iudicē, nō respectu eius q petitur, sed respectu sui excessus, quem intellectū iste tex. nō patitur. glo. etiam quæ est hic dicit † q si ille erat verus debitor in hac actione, venit illud debitum: & hoc casu actio non dicitur pœnalis, sed rei persecutoria. & ideo solutione liberatur ille: quod est expresse cōtra l. fi. j. eo. & ideo glo. reprobaē per doc. Tu dic secundū Ange. q si primò egi cōtra te, & soluisti, nō liberatur ille. & ideò possum illum iterū conuenire, & exigere: sed si primo egi cōtra te, & obtinui: non possum postea illud à te exigere. & ista distinctio placet: & quia probatur in l. Stichum §. dolo j. de solu. & de pet. hære. l. nec vllam §. fi. vbi plenè no. & plenius per Barto. in l. quoties. si fa. fur. fe. di.

2 ☞ *Contra eximentem quæ debeat actor probare?*

3 *Quando lex requirit actum qualificatum, non sufficit actum probare sine qualitate.*

Quid si qualitas non erat requisita per legem ad actum, sed agens fecit de ea mentionem in libello suo? nu. 4.

4 *Statutum quòd villa teneatur pro homicidio commisso in suo territorio: non habet locum, si reperiatur aliquis occisus in illo territorio, nisi aliter constet.*

5 *Agens si fundat se in negatiua: tenetur illam probare.*

Quòd quis non comparuit probatur ex inspectione actorum.

Negatiua scripturæ probatur per inspectionem ipsius.

1 c §. Docere autem debet. †Qui agit cōtra eximentē [c] ex hoc edicto, tenetur probare, q exēptus non cōparuit propter exēptionem: quia si hoc non obstāte comparuisset non teneretur eximens, postquàm iniuria non habuit effectū. h. d. Et aduerte ad tres casus: nā aut comparuit in termino non obstante emptione, & nō tenetur eximens. Aut nec in termino nec post & tenetur. & isti duo casus colliguntur ex hoc tex. Aut nō comparuit in termino sed post. & tunc puto distinguendū, an re integra: qua ius actoris non erat effectum deterius. & idē quod in primo. Aut erat effectū deterius: quia aut actio erat extincta tempore: vel res quam petebat erat vsucapta, vel præscripta: & tunc idē quod in secūdo per l. mancipiorum j. de opt. lega. nisi cōparens velit in se iudiciū suscipere, perinde ac si actio non esset extincta. arg. j. de dolo l. elegāter §. pe. & de pe. hære. l. sed

2 & si lege §. pen. † Plura ergo tenetur agens probare. primò, q citatus cū cōpareret, fuit exemptus. secūdò q per vim. tertiò q in necem & dānū ipsius agētis, vt sibi noceret: vt not. š. eo. l. iij. in fi. quartò, q nō cōparuit. quintò, q propter hāc causam non comparuit. pone enim, q fuit detētus per vim, & postea relaxatus in sua libertate: sed superuenit sibi infirmitas, propter quā nō cōparuit in termino: si nō accidit propter exemptionē, eximens nō tenetur. † No. ergo, quòd quādo lex requirit actum

3 d qualificatum, nō sufficit probare actū sine qualitate[d] vt l. prætor §. docere j. vi bon. rap. & qui. ex cau. in possessio. ea. l. Fulcinius §. ij. qui incipit cum hoc. & ibi omnino vide glo. & Bar.

4 Vnde dixit Mar. † sili. propter hoc, quòd si statutum dicat, quòd villa teneatur pro homicidio cōmisso in suo territorio, & reperiatur aliqs occisus in illo territorio, non sufficit hoc ad cōdēnationē villæ: quia potuisset esse occisus alibi, & portatū esse

esse corpus ibidem. Quid aūt si qualitas non erat requisita per l. ad actū, tamē agens fecit mentionē de illa in suo libello, narrando illa in actū, an teneatur illā probare: videtur, q nō: post quā non erat necessaria per id quod no. Cy. C. de probā. l. cum te. & gl. in. c. ij. de reseri. Bar. tamē in. l. diuus de re iudi. & in. d. §. cū hoc vídetur tenere contrarium, quasi se astrinxerit, post quam per modum qualitatis adiecit. arg. in l. habebat. in prin. de insti. & c. licet causam de proba. secus si nō per modū qualitatis. & ita possunt intelligi allegata in contrariū. † No. etiā

5 hic casum, q ille qui agēdo fundat se in negatiua, teneť illā probare. de hoc articulo vide Cy. in l. ij. C. de iu. emph. & per Inn. in c. super his. de accu. & per Bar. in l. hoc iure. de ver. obl. Qualiter aūt probabit ipm non cōparuisse? Rnd. q ex inspectione actorū, q si cōparuisset, fuisset sua com partitio scripta in actis: & ita est præsumendum, & negatiua scripturæ probatur per inspectionem ipsius: puta, q quis non sit matricularis, per in-

a spectionem matriculæ[a] vt l. si de rebus ne. & l. Titiæ textores. de leg. j. & per Bar.

1 ☞ *Quando unus teneť ex contractu ad rem uel interesse, alter uerò ad pœnā similiter ex cōtractu, illo soluente pœnam, liberatur alter quatenus desinit interesse: etiam ipso iure, & quid econtrà, & quid si tunc alter tenetur ad pœnam legalem.*

3 *Solutum per iudicem in syndicatu quia tulit iniquam sententiam, non prodest parti quæ per iudicem inique fuit absoluta.*

1 §. Hoc iudicium. †Si pluresfuerūt eximētes, qui libet ipsorū tenetur in solidum & vno soluēte nō liberatur alter, & etiā oībus soluētibus nō liberabitur exēptus: cū sit merè pœna. h. d. cum l. fi. In tex. ibi [in singulos] dabit scilicet cōtra quēlibet insolidū. ergo vno soluēte nō liberabit alter: quia est merè pœnale, vt l. itē mela. §. si plures. ad l. Aquil. similiter oībus soluētibus nō liberatur exēptus, vt sequit: quia ex diuersis causis tenētur. nā exēptus potest teneri ex cōtractu, sed eximētes tenētur ex suo maleficio: ideo quod soluunt nō prodest exēpto, vt l. qui seruū. & ibi

2 vide in tex. & gl. j. de interro. act. † Quādo autē vnus tenetur ex cōtractu ad rem vel interesse, alter verò ad pœnā similiter ex cōtractu: tūc illo soluēte pœnā, liberaretur alter, quatenus desinit interesse. arg. in l. prædia. de act. emp. etiā ipso iure. sed ecōuersò soluto interesse tolleret actio pœnalis ope exēptionis, vsq; ad concurrentē quantitatē, nō vltra, per eandē l. sed quando vnus ad rem vel interesse ex cōtractu vel quasi: alter ad pœnam legalem, si pœna nō consistit in æstimatione illius rei: soluta re, non tollitur pœna nec econtrario. l. si pro fure. de condi. furt. sed si consistat in æstimatione rei illius, vt hic, quia eximens tenetur ad illud, quod petebatur à principali. & eius respectu dicitur pœna: tūc distinguitur an primò fuerit actū ad pœnam: & exacta non liberabitur debitor principalis vt hic: an econuersò. & tunc secus: vt l. Stichum. §. dolo. & l. nec nulla. §. fin. in fine de pet. hære. & quod ibi not. & plenius per Barto. in l. quoties. si fa. fur. fe. dic. Ex his dicit etiam Angelus

3 quòd † illud, quod soluit iudex in syndicatu: quia tulit iniquā sentētiam non prodest parti, quæ per iudicem iniquè fuit absoluta: quia iudex soluit pœnam sui quasi maleficij. de hoc nota. in l. mancipia. C. de serui. fug. per eundem Bal.

2 ☞ *Actiones pœnales quando transmittantur ad hæredes lite non cōteštata, ut actio furti? & an tunc posit iurari in litem?*

3 *Habens facultatem iurandi in litem, eam transmittit ad suos hæredes, non contra hæredes.*

4 *Iuramentum de futuro est personale, & non transit ad hæredem ut efficiatur periurus si non detur: uel fiat: tamen hæres compellitur illud facere, uel dare, si contractus super quo iuratum fuit, non erat à iure prohibitus, licet non approbatus.*

1 §. Hæredibus aūt ita. †Hæc actio nō transmittitur ad hæredē, nisi eius interfit: nec datur cōtra hęredem, post annū: quia est pœnalis intellige quādo lis non erat cōteštata: aliasvídetur trāsire indistinctè ad hæredē, & cōtra hæredē, & dari post annū: quia per

2 petua est iuxta ea quæ habentur in. l. j. de priua. delict. † In gl. ibi, [quia solā continet iurisdi.] Not. quia glo. cautè loquitur: nō enim dicit, quòd est pœnalis: nam etiā actiones pœnales si per eas quis non prosequitur vindictam, transmittuntur ad hæredes lite non conteštata, vt actio furti, quæ competit propter damnum rei familiaris: & nisi quis damnum recepisset,

a ¶ Matriculæ. an per librum probeť negatiua, vide per Franc. de Are. consil. lxxxij. ij.

b ¶ In periurij. de hoc per do. Ias. hic qui alleg. Lud. ro. consil. cclxxx. & ei adde Fede. consi. cclxxxj. vbi ponit an hęres donantis teneatur seruare eius iuramentum.

actionem furti non haberet, quia competit ei cuius interest furtum nō fuisse commissum: sed dicit, quòd continet vindictam, sicut actio iniuriarum, quæ cōpetit b etiam si iniuriatus damnum non recepit, sed solam contumeliā: ita & hîc. nam etiā si actor erat calumnioſus, & sic nullū damnum recepit habet hanc actionem, vt š. ea. l. §. j. in fi. & l. præcedenti. §. pen. ideo non transmittitur lite non conteſt. nisi hęredis interſit, puta, quia actor nō erat calumnioſus, sed verus creditor, & sic receperat damnū: & hoc habet necesse hęres probare, licet defunctus nō haberet docere, sed staretur eius iuramento hoc autem probato subdit gl. quòd agere potest non solum ad interesse, quod ipse probauit: sed etiam vltra, quatenus in litem

2 ☞ *Mercator Florentinus si conueniatur Florentiæ pro negociatione hic gesta: & habet libros suos hic non tenetur eos illuc reducere nec ibi edere, nisi expensis & periculo ipsius petentis.*

3 *Mercator pro negociatione gesta hic potest conueniri in loco domicilij si bona sufficiunt creditoribus illius loci.*

4 *Non est imputandum mercatori, uel notario, si librum protocollorum portat in villam, & an teneatur eum edere in ciuitate: & quid si eum transtulit ad alium locum alterius iurisdictionis.*

1 §. Sed est hoc constitutum. † No. in primo casu istius §. q̄ si aliquis mercator Florentinus tenuit hic banchū vel apothecā, nō debet libros banchi vel apothecæ trāsferre ad aliū locum remotum: puta Florentiā: & si contra facit eoipso est in culpa, ex quo sequitur q̄ si actor qui conuenit ipsum hic occasione negociationis hic gestæ, vult q̄ ipse reducat libros huc, tenetur suis expēsis reducere, & periculo, & tunc dabitur sibi spaciumvt l. seq. sed si non curat, q̄ reducantur: puta quia ipse mercator fatetur se recepisse pecuniam ab illo agente, tamē dicit se restituisse in diuersis vicibus, prout cōstat in libris suis, & petit terminū ad producendum eos, non debebit sibi dari, sed cōdemnabitur: quia intentio actoris est fundata ex confessione sua, & illi imputandum quare nō habet libros suos secum: ad quod l. si quod. C. de dilatio. Item si libri perderentur, ꝓpter hoc q̄ sunt alibi trāslati periculum esset ipsius & teneretur ad

2 interesse si non editum expediret edere, vt ff. eodem. l. si quis. §. hoc edicto. † Ex secundo casu in versic. quod in alio. non econuerso: sed si cōueniatur Florentiæ, pro negociatione hic gesta, & habet libros suos hic, non est sibi imputandum quare non habet ibi. & ex hoc sequitur q̄ non tenetur ibi edere, nisi petens velit, quod illuc reducat libros expensis ipsius petētis suo etiam periculo. argu. l. vnde. in princip. ff. commoda. & est mirandum quare tunc compellitur subire hunc laborem post quam sibi non potest aliquid imputari cur ibi non habet. Sed hoc contingit: quia persona sua est obligata, & potest ibi con

3 uenire: & sic not. † quòd pro negociatione gest. hic potest conueniri in loco domicilij hoc modo, tamen si bona quæ ibi habet sufficiunt creditoribus illius loci & ibi agenti, aliàs deberet remitti ad locū istum, vt l. ꝓcuratoris. §. si plures. ff. de tab.

4 exhiben. † Vltimo no. in prin. l. si quis. q̄ nō est imputandū mercatori vel notario, si librū ꝓtocollorū portat in villā, & iō si aliquis peteret sibi edi in ciuitate, est in electiōe ipsi[o] notarij dicere, veniasmecū in villā & dabo tibi, vel de illa mittere sibi nō sic quādo transtulit ad alium locū alterius iurisdictionis, vt in primo casu nisi illud fecisset ex iusta causa, timore ne perderetur, vt si erat dubium de tumultu vel statu ciuitatis, secundum Ang. hic qui dicit se hoc vidisse Perusij.

2 ☞ *Quando unus ex hæredibus habet ficulnam totius rei restituendæ ille solus potest insolidum conueniri: & quando istud non procedat.*

3 *Scriptura redditur suspecta ex qualitate personæ scribentis, si erat homo malæ famæ non tamen est omnino nulla.*

Notarius si fuit condemnatus de falso in strumento, an instrumenta ab eo postea facta ualeant, & quid si de crimine.

Plures

4 *Plures notarij si sunt rogati de uno instrumento sufficit quòd unus scribat, & alij se subscribant.*

Si sunt plures iudices delegati, sufficit quòd unus pronunciet alijs præsentibus & consentientibus.

5 *Suspicio mali cessat propter adiunctionem boni.*

Quòd persona inhabilis adiuncta noceat.

LEX VI.

1 SI quis ex argen.

§. Cogantur etiam. † No. primo, q̄ hæredes notarij tenent edere librū vel protocollū, cū expedit: si ergo nō edunt tenent ad interesse, sicut ipse notarius: sed an poterit publicare instru. ex ꝓtocollo? dic q̄ nō, etiā si sunt notarij: & sic eiusdē

2 professionis, nisi eis cōmittatur à iudice[a] vt in c. cū. P. tabellio. extra de fide instru. & q̄ no. in Spec. eo. tit. §. ostenso. ver. illud prætermittendū. cū seq. aliàs tenetur ostendere librū vt publicent instru. per illum cui iudex cōmiserit siue sint eiusdem ꝓfessionis siue non, vt ff. eo. l. quædā. §. nihil. quid autē in legatario cui notarius legasset sua protocolla, dic vt ff. eo. §. is autē. iste eī est singularis successor. Itē de alio ad cuius man[u] liber protocollorū peruenisset, dic vt per Inn. in c. j. extra de proba.

2 † Item no. in ver. quod si plures, q̄ quādo vnus ex hæredibus habet facultatē totius rei restituendæ ille solus pōt insolidū cōueniri nō ꝓ hæreditaria parte. duntaxat ad hoc. l. ij. §. hæres. ff. cōmo. Sed cōtra op. de. l. si tibi homo. §. cum fundus, de leg. j. Solu. ibi in actione stricti iuris. sed in bonæfidei locū habet. §. hæres. & idem in officio iudicis, q̄ in hoc æquiparatur bonæfidei actioni, casus est hic. & ita not. per Bar. in l. eadem. §. Cato. ff. de ver. obl. vbi plenissime de hoc articulo: & ibi allegat istū tex. glo. tamen in l. earum. ff. si serui. vend. videtur dicere quòd officium iudicis non æquiparatur actioni bonæfidei, sed illud quantum ad deferendum iuramentum in litem, sed quantum

3 ad effectum de quo hic: secus vt ibi patet. † Item not. text. ibi,

b [si humilis & deploratus.] q̄ scriptura redditur suspecta[b] ex qualitate personæ scribentis, si erat homo malæ famę non tamen est omnino nulla. Et ideo potest cessare suspitio, si corroboretur subscriptione aliorum fidedignorum. ideo glo. inducit, q̄ licet notarius fuerit condemnatus de falso instrumento

c instrumenta tamen ab eo postea facta velebunt[c], si nō fuit priuatus officio notariatus, licet minor fides eis adhibeatur: post ea determinat contrarium per l. si aliquid. C. de fusce. & archa. lib. xj. vbi prohibetur exercere officium, in quo deliquit. dic breuiter quòd si notarius fuit condemnatus de aliquo crimine: puta de furto vel homicidio, & sic sit infamis: locum habet illa pars: quòd nisi sit priuatus expresse officio notariatus: remanet notarius, quod valent eius instrumenta postea confecta: licet minor fides adhibeatur. Ideo requiruntur aliæ conditiones ad hoc vt eis detur plena fides: vnde si esset subscriptum ab alijs notarijs, nō nocet infamia illius. et de hoc est casus hic, ipse tamen nō potest testificari pro instrumento, cum sit inhabilis, aliàs secus, vt l. iubemus. C. de probatio. Si autem sit con-

d demnatus de falso cōmisso in[d] officio notariatus, tunc etiam si non sit priuatus officio, expresse nō poterit decætero instrumenta conficere, de nouis contractibus per illam l. si aliquid. sed veteres rogitus poterit publicare, vt no. in auē. de tabula. §.

e nos autem. col. ij. quid autem[e] si ignorabatur ipsum esse condemnatum de falso: videtur q̄ tūc instrumenta postea confecta valeant, vt no. eo. tit. §. pe. de quo dic vt per Bal. in l. j. C. de test. & l. militibus. C. de test. mili. & C. de senten. l. ij. dic vt ibi.

4 & vide per Bart. in l. eadem. ff. ad l. iul. pecu. † Item not. circa fin. q̄ si plures notarij sunt rogati de vno instrumento, sufficit quòd vnus scribat, & alij se subscribant: & facit in argumentum, quòd si sunt plures iudices delegati, sufficit quòd vnus

5 pronunciet alijs præsentibus, vt in c. fi. de re iud. lib. vj. † No. quòd cessat suspicio mali propter adiunctionē boni, facit tex. in authen. vt diffe. iudi. §. primo. col. nona. sed alibi nocet adiuncta persona inhabilis & inducit vitium, vt in c. cum super. de offic. delega. extra: & vide ad ea quæ supra dixi de tabel. in additio. Specu. de instru. edi. §. restat. ver. quid si tabellio. §. ostenso. versi. sed nunquid credetur.

2 ☞ *Mercator cum quo fuit factum saldum de partitis hincinde, & remansit debitor in xx. & posuit istam particulam in aliquo folio libri, an posit cogi ut ostendat istud saldum: licet non contineat partitas hincinde?*

3 *Consules artis si habent iurisdictionem in causis mercantiarum duntaxat, censentur habere etiam in dependentibus ab eis.*

Quid in fideiussore dato, qui est subditus alterī iudici?

f §. Rationem autē esse. † No. hic rationem & causam quare emanuit clemētina prima, de vsur. in qua statuitur, q̄ vsurarij teneantur edere codices eorū ad quid enim fuit necessaria? quia videtur per edictū istud, q̄ possent cōpelli. Certè non est verū: quia hoc edictū loqui c tur de rationibus et codices vsurariorum non continent propriè rationes, quæ consistunt in actibus concurrentibus adinuicem & vltro citroq; obligatoriis, sed continent mutationē & receptionē pignoris, quæ propriè loquendo nō sunt rationes, vt hic in ver. nec illā. & versi. nec si pignus d & ideo propter odiū eorū illa clemētina quæ fuit necessaria: quia nō possent aliter conuinci de vsuris, & habet locū, etiam si non tenebāt altare paratū: sed cōficiebāt libros in camera. Vnde nō pōt dici q̄ sint cōfecti ad mandatū aliorū: nō sic in alijs,

2 vt dixi in l. prætor. in prin. † Itē no. in fin. istius §. in versi. sed quia si habui agere cū e aliquo mercatore pluribus vicibus, & finaliter saldauit rationē, & ipse remansit mihi debitor in viginti: & constituit se soluturū: & istā particulā posuit in quodam folio libri: & ego peto, q̄ ostēdat istud saldum, ipse nō vult ostēdere, eo quia illa nō est ratio: quia nō cōtinet partitas hincinde, sed bene vult ostēdere aliās partitas, et saldare de noua ratione. Certè per istum textum possum ipsum cōpellere quia hoc constitutū seu saldū descēdit ex ratiōe: & g quod iuris est de illa idē de isto quod not.

g quia de dependētibus[g] idē est iudicium.

3 † Et vidi allegari istum textum, q̄ si consules artis habent iurisdictionē in causis mercantiarū duntaxat, censeantur habere etiam in dependentibus ab eis: puta in pœnis impositis in talibus cōtractibus. facit ff. de instito. l. cuicunq;. & l. si ei quem in fi. & quod no. in l. ij. C. vbi causę fisca. Et quid si tu qui dedisti mihi fideiussorē qui est subditus vni iudici, quod eodē modo videatur ipse, fideiussor coram illo posse conueniri?

1 §. Ex hoc edicto. † Hic videtur casus de eo quod no. gl. in l. prætor §. j. ff. & q̄ non posit quis petere à notario, qui fuit rogatus de contractu, q̄ edat instrumentum in publica forma, nisi ille qui rogauit, per se vel per procuratorem eius & sic instrumentū procuratoris factum procuratorio nomine debet edi domino tantum nec requiritur, q̄ procurator cedat domino hoc ius petendi, secundum Bal. hic, cū loquatur indistinctè: licet secus in actione acquisita per eum, vt l. possessio quoq; §. si possessio ff. de acquirē da possess. dicit enim hic Ang. q̄ hæres rogantis vel singularis successor potest petere: pone si rem quam emit, vendidit Titio & ipse nondum recollegerat instrumentum: nam Titius posset compellere notariū ad publicandum instrumentum.

2 ☞ *Dies & consul appositi in protocollo censentur repetiti in instrumento postea publicato.*

1 §. Si initium tab. † Dies & consul appositi in principio libri vel in vna ratione, censentur repetiti in sequentibus in quibus deficiunt. h. d. Et intelligitur duobus modis: primo quando sunt dies & consul positi in intitulatione libri, & tunc non habet dubium: & hoc seruant notarij qui apponunt annum, & diem, & signum in prin

H iij

a ¶ A iudice. Adde tu an poterit notari[us] vir tute dictæ cōmissionis extendere imbreuiaturas talis notarij defuncti & q̄n dic vt per eūdē Paul. de cast. in cōsi. suo. clxxiij. incip. videt dicendū. in nouis. Cur.

b ¶ Redditur suspecta. adde spe. in tit. de procu. §. ratione autē formæ. vers. item q̄ non sunt. & dicit Ang. de perusi. in cōs. cclxxxiij. inci. præmitto ad euidentiā. Fran. Cur.

c ¶ Valebit. de hoc per eundē eius cōsi. clxij. in impressis & addictū testis infamis cor roboretur per dictū aliorū, vide per Lud. ro. cōsi. ccxc. & Alex. cōsi. lvū. ij. lib. per ro. consi. ccccl xxxv j.

d ¶ In officio notariatus. adde eundē Paul. de ca. in consi. ciiij. inci. ponitur in facto, q̄ in cā in nouis. & in proposito etiam vide Ange. de are. in opere malefi. in ver. falsario col. iij. ver. quæro aliquis notarius Franc. Cur.

e ¶ Quid asit. Adde de hoc vt per do. Alexā. de imol. in consil. fuo cxxxviij. col. ij. versi. ad idem in j. Vol. Frā. Cur.

¶ Rationē autē esse. ratione eius, q̄ exerceret nō teneē librū edere, secundū Lud. cōsi. ccij. & sequēti. Aret. cōsi. xxxiiij. & xliij. ro. consi. ccccix.

g ¶ De pendentibus. adde Lud. ro. cō. cccc lxv. & quæ dicantur dependentia & cōnexa, vide per Alexā. in consi. lviij. col. fi. in j. vo. & in cōsi. cc. in fi. in ij. volu. Fran. Cur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Quod autē conſtat. Adde eundē Paul. de ca. in cōſi. cccl viij. in nouis incip. circa primum. Fran. cur.

b ¶ Si vero nō iure. Adde q̄ hoc idem tenet Alexā. de imo. conſi. lviij. col. ij. circa finē in j. volu. Cur.

c ¶ Sē perdidiſſe. Adde q̄ idem Paul. de ca. in conſi. cccl viij. inci. circa primū videtur dicendū in nouis dicit q̄ amiſsio inſtrumenti, pbatur ſolo inſtrumento. Fran. Cur.

d ¶ Incēdio. de hoc per Io. de ana. conſi. lxxj. & per Lud. ro. conſi. cccj. per Ancha. conſi. cccxlix.

e ¶ Iterū. facit q̄ voluit ro. cōſi. cccc iij. quod ſi factū eſt cōpromiſſum vigore ſtatuti, q̄ nō habuit effectū, debet de nouo compromitti. & idē tenet Alex. conſi. lxx. Ra. cu. cōſi. cxxj. & qñ teſtes poſsint repeti ante publicationē, & poſt, vide latiſsime p̄ cano. in c. per tuas. de teſta. Fran. Cur.

cipio quinterni, vt oīa inſtrumenta poſtea ſequentia ſine appoſitione anni intelli guntur cōfecta illo anno. Cōſueuerūt tamen apponere in ſequentibus menſes, & dies diuerſos dicentes eodē anno mēſe, & die tali: & tunc nō habet dubiū. Secundo pōt intelligi q̄ in ratione tua, q̄ præcedit meā continetur dies & conſul: ſed in mea quæ ſtatim ſequit neuter cōtinet, & vult iſte tex. q̄ cenſeatur mea facta eodē die & ſub eodem cōſule: ideo mihi ſit edendus dies & conſul. ita intelligit Spec. in tit. de inſtru. edi. in §. oſtenſo. verſi. q̄ ſi forte. & vide quod idem not. in §. poſtremo. aliàs in §. inſtrumētū. ver. quid ergo. per duas columnas. poſt principium. vbi tenet† q̄ dies & conſul appoſiti in protocollo, cenſeantur repetiti in inſtrumento poſtea tamen publicato, ſi ibi deficiunt. item vide quod no. Cy. in l. in cauſis. C. de accuſ. cætera vide hic per Bar. de queſtione molēdini de qua in gl. vide plenius per eundē Bar. in l. quominus. ff. de fluminī.

☞ *Notarius ſi perdidit librum protocollorū, pōt petere ab illis quibus reſtituit inſtrumenta in publica forma quòd ei tradant, ut reficiat librum de nouo.*

Quid ſi notarius diceret ſe erraſſe in aliquo, & uellet errorem ſuum corrigere?

An etiam ex illa iuſta cauſa petere poſſit ab illo cui tradidit.

Notarius licet ediderit parti inſtru. in publica forma, præſumendum eſt tamen quod apud eum remanſerit originalis ſcriptura, quæ uocatur protocollum.

Si dubitatur de uiribus inſtrumenti editi, recurrendum eſt ad illam ſcripturam.

Notarius ſi ſumat copiam de inſtrumento per eum confecto, etiam poſtquam aliis edidit, licet dicat hoc eſt exemplum talis inſtrumenti manu mei confecti &c. quòd huic exemplo dabitur fides, ac ſi eſſet originale.

Qui dicit ſe perdidiſſe rem quam conſtat apud ſe fuiſſe, neceſſe habet probare perditionē: & ſi nō cōſtaret apud eū fuiſſe, crederetur uerbo eius aſſerētis ſe nō habere niſi aliqua præſumptio eſſet contra eum: quia ſtaretur eius uerbo cū iuramento.

Non ſufficit probare ſe perdidiſſe, niſi etiam probetur quòd per caſum fortuitum.

Dolus uel culpa non præſumitur regulariter niſi in furto, uel incendio.

§. Prætor ait argentario. †No. hic primo ad quod allegatur, q̄ ille qui debet inſtruere aliosnō debet petere ſe ab illis inſtrui, & ideo eſt turpe doctori, ſi petat cōſilium à ſcholari. †Itē not. q̄ ſi notarius perdidit librū protocollorū poteſt petere ab illis quibus reſtituit inſtrumenta in publica forma, quod ei tradāt vt reficiat librum de nouo: eſt & alia cauſa, ꝓpter quam notarius poteſt petere ab illo cui tradidit inſtrumentum, quòd ſibi reddat, quādo diceret ſe erraſſe in aliquo, & vellet errorē ſuū corrigere, vt not. Barto. in l. fin. §. de tab. exhib. & l. ſi librarius. infra de reg. iur. aliàs regulariter non, niſi alleget aliquam iuſtam cauſam, nō eſt audiendus per rationem de qua hic. † Ex qua nota tria ſecundum Bart. quòd licet notarius ediderit parti inſtrumentum in publica forma, præſumendum eſt tamen quòd apud eum remanſerit originalis ſcriptura, quæ vocatur protocollus: & ideo ad illam ſcripturam recurrendum eſt, tanquàm magis originale, ſi dubitatur de viribus inſtrumēti editi, vt not. in authentica de tab. §. nos autem. col. ij. & in l. Sempronius. infra titu. j. de leg. ij. vbi vide Bart. † dicit etiam Bar. hic quòd ſi notarius ſumat copiam de inſtrumento confecto per eum, & dicat, hoc eſt exemplum talis inſtrumenti manu mei confecti &c. quòd huic exemplo dabitur fides, ac ſi eſſet originale, qa ipſe eſt certus & inſtructꝰ de negocio, vt hic. Nā & cum facit ſibi reddi inſtrumenta, qui alijs edidit, ſumit inde copias, & tamen ex illis facit originale librum. quod nota. & pro eo eſt caſus in authent. ſi quis in aliquo. §. eodem. licet ſecus de exemplis aliorum non confectorum per ſe. † Item nota, quòd qui dicit ſe perdidiſſe rem quam cōſtat apud ſe fuiſſe, neceſſe habet probare perditionem, & ſi non conſtaret apud eum fuiſſe, crederetur verbo eius aſſerentis ſe non habere: niſi aliqua præſumptio eſſet contra eum: quia ſtaretur eius verbo cum iuramento, vt §. eod. l. prætor. §. ſed ſi ſeruus. verſic. ſed ſi

a inſcio. quando autem conſtat[a], quòd res ad eum peruenit, neceſſe habet probare perditionem, vt infra mandati. l. creditor. §. ſi inter in glo. ſuper verbo negetur. & ſic tenebitur ad reſtituendum iure actionis. debet tamen probare legitimis probationibus ſe perdidiſſe, vt infra de pigno. actī. l. ſi creditor. ſi vero[b] non iure actionis, ſed officio iudicis petitur, probat per iuramentum, vt l. fin. C. de fide inſtrumentorum. & ita debet intelligi hic, quia iudicis officio compellitur edere, vt infra l. vj. §. j. † Nota etiā, quòd non ſufficit probare ſe perdidiſſe[c], niſi etiam probet quòd per caſum fortuitum: & ſic non per culpam. contra hoc glo. oppo. quòd imò aduerſarius tenetur probare quòd per culpam & non per caſum: quia qui culpā allegat, illam probet, vt infra de prob. l. quoties. §. qui dolo. etiam ſoluitur multis modis: dic quòd hoc ideo probat: quia agebat, & ſuam intentionem fundabat in caſu fortuito: ſi autem conueniretur, tunc aduerſarius qui agit & fundat ſe in culpa, neceſſe habet illam probare: aliàs abſolueretur: † quia dolus vel culpa nō præſumitur regulariter vt in furto vel incēdio[d], quę præſumitur euenire propter culpam male cuſtoditis: & ideo illi incumberet onus probandi cum ſine culpa, iuxta no. infra pro ſocio. l. cum duobus. §. damna. in gl. ſuper verb. ſubreptū. & vide circa hunc articulum quod not. in Specu. de pigno. §. primo. ver. & no. quod ſi creditor. & per Bar. in l. quoties. C. de naufra. lib. xj. vbi ponit aliqua bona dicta.

b ☞ *Notarius eo caſu quo ex cauſa cogitur iterum publicare inſtrumentum, poterit publicare etiam imbreuiaturam cancellatam, & debebit publicare in eadem forma, qua primo.*

Atteſtationes teſtium ſi ſunt perditæ, uel ſi teſtes non fuerunt plene examinati, poſſunt iterum examinari.

Notarius qui publicauit inſtrumentum, ſi in aliquo minus plene publicauit, poteſt cōpelli iterum publicare, aliter tenetur ad intereſſe.

Notarius ſi antequam redderet inſtrumentum perdidit protocollum, poteſt petere examinari teſtes ſuper contractibus, ut ſecundum dictum eorum poſtea conficiat protocollum.

§. Nam & ipſi argentario. †No. hunc text. ad illud quod allegatur, quòd ſi quis ſemel habuit inſtrumentum à notario, & iterum petat: notarius non tenetur. nec debet iterum publicare, niſi ſubſiſtēte iuſta cauſa, quia forte perdidit: & tunc debet fieri cum authoritate iudicis, & citata parte, quæ poſſet lædi, & cum magna ſolennitate, quæ ponit Spe. in tit. de inſtru. edi. §. poſtquam. verſic. vbi autem. & ideo notarij poſtquam conſtruxerunt inſtrumentum in publicam formam, ſolent cancellare abbreuiaturas, et ponere in protocollo cancellatum, quia redditum in publicam formam. † Et nota quòd eo caſu, quo ex cauſa cogitur iterum publicare, poterit publicare etiā imbreuiaturam cancellatam, & debebit publicare, & in eadem forma qua primo. Et ideo cauti notarij retinent ſibi formas in eorum libris, ne deprehendantur variaſſe, ſi poſtea reperiretur aliud deperditum: & adde quod habetur C. de diſcuſsio. l. ne caſu. libro decimo. & per Barto. in l. fina. de tabu. exhib. & eſt arg. † quòd ſi atteſtationes teſtium ſunt perditę, vel ſi teſtes non fuerunt plene examinati, poſsint iterum[e] examinari poſt didicita teſtificata, ſecundum Guſi. de cug. hic. † Nota etiā dum dicit minus plene editum: quòd notarius qui publicauit inſtrumētum, ſi in aliquo minus plene publicauit, poteſt compelli iterū publicare, & niſi faciat, tenetur ad intereſſe, vt not. Bar. in l. ſi. de tab. exhib. ff. vbi etiā dicit, q̄ ſi notarius antequā redderet inſtrumentum, perdidit protocollum, poteſt petere examinari teſtes ſuper contractibus, vt ſecundum dictum eorum poſtea conficiat protocollum, quod nota: quia frequēter notarij recipiunt notas in vno folio, & poſtea portant domū, & ponunt in libro, ſi contingeret quòd perderent illud, anteq̄ ſcribant in libro quòd facile poteſt contingere.

a ☞ *Perditio inſtrumenti quando probatur per ſolum iuramentum non admittitur publicatio, niſi ſemel poſt primam uicem.*

b *Acta iudicij uel cauſæ eum ſint communia, fienda eſt copia cuicunque parti petenti, quoties uoluerit, dummodo notario ſatisfiat de mercede.*

c *Notarius cum publicat inſtrumentum, ſi pars uult quòd faciat plura inſtrumēta eiuſdem tenoris, quia unum forte uult portare ſecū, aliud dimittere: tenetur notarius hoc facere, nec requiritur alia cauſæ cognitio, nec iudicis authoritas.*

LEX VII.

VEluti.

§. Hæc

1 §. Hæc vox iterum. †No. q̄ iſta dictio, iterū, nō importat bis tantū, ſed quoties opus fuerit, hoc edendū eſt, ſi iteratio nō tēdit in grauamē alterius, aliàs importat bis tantū, vt ff. de leg. iij. l. fideicōmiſſaria §. ſi quis decē. quā allegat gl. † Itē procedit, qñ probaret per dictio legitimè per teſtes: ſed ſi probaē ſolū per iuramētū, nō admittitur niſi ſemel poſt primā vicē: caſus eſt ſingularis in l. ſi. §. de fer. quia ad probandū impedimētū per iuramētū, nō admittit quis niſi ſemel: caſus eſt ibi: & ſi vltra quā ſemel diceret ſe impeditū, deberet legitimè probare. adde quod dicit Inn. in c. quoniā cōtra falſam. extrà de proba. in gl. † No. etiā q̄ iſti text. procedunt, qñ inſtrumēta vel ſcripturæ nō fuerūt adhuc in iudicio producta, ſed poſtq̄ fuerūt producta, et ſic effecta de actis, tūc cū acta ſint cōmunia: fienda eſt copia cuicunque parti petenti, quoties voluerit, etiā nō probata perditiōe primæ copię. quod no. nō ergo habēt locū iſti tex. in notario cauſę, qui rogatur de actis: cum nō teneaē dare copiā niſi ſemel nō ſubſiſtente iuſta cauſa: imò ſemp & indiſtinctè cū ab eo petit: dūmō ſibi ſatisfiat de mercede ſua. vt no. ff. e. l. argētarius. in prin. † Scias etiā, q̄ in prin. cū notarius publicat inſtrumētū ſi pars vult, q̄ faciat plura inſtr. eiuſdē tenoris, qa vnū fortè vult portare ſecū aliud dimittere: teneē notarius hoc facere, nec requiriē alia cauſæ cognitio, nec iudicis authoritas. per l. vnū teſtamentū ff. de teſta.

2 ☞ *Arbitri à partibus aſſumpti non faciunt litē ſuā, niſi ratione doli uel latæ culpæ.*

Dolus uerus quid ſit? & quid præſumptus? & quid culpa leuiſſima? & quid lata culpa?

Quòd de omnibus prædictis teneatur argentarius uel notarius.

3 *Mulier, minor, & ruſticus à quo dolo excuſentur? & quando?*

An admittantur ad producendum teſtes poſt didicita teſtificata?

An excuſentur à uera contumacia?

LEX VIII.

1 VBi exigitur. †Not. ex hoc principio, q̄ notarius propter inſtrumentū nō reddit nō tenē niſi rōne dolī vel latæ culpæ: ſicut in alijs officialibus publicis aſſumptis de cōſenſu partiū, vt l. j. §. j. ff. ſi mēſor falſum modū dixe. & in l. ſi. de magiſtra. cōue. † & ſic arbitri à partibus aſſumpti nō faciūt litē ſuā, niſi rōne dolī vel latæ culpæ. Dolus aūt eſt duplex, ſ. verus, q̄ probaē ex indiciis, et dicit culpa latiſsima: & præſumptus, qñ nō facit id qđ de iure facere teneē, nō ſubſiſtēte iuſta cā. vt l. dolus ff. mādati. & l. ſi. p. curatorē §. fi. e. ti. dicit culpa latior. Itē lata culpa, qñ nō facit id quod oēs faciūt, vt plenè no. in l. qđ Nerua ff. depoſi. per Bar. et de omnibus iſtis teneē argētarius, vel notarius: non leuī culpa vel leuiſsima, qa imputēt ſibi eligētes qui talē elegerūt: ſed dolus verus vel præſumptꝰ ſine lata culpa præpōderat culpę partiū. † Sed op. qa mulieri, minori, ruſtico & militi nō edētibus parcit vt §. e. l. j. in fi. ſed à dolo pſonæ prædictæ nō excuſantur vt l. auxiliū §. in delictis ff. de mino. ergo nō edēs debet teneri aliter, quā de dolo: aliter nō eſſet aliqd ſpāle in pſonis pdictis. Sol. ſi pſonæ pdictæ eſſent in vero dolo, nō parceret eis: nec haberet locū l. cōtraria. ſed eſt ſpāle in eis, q̄ excuſanē à dolo præſumpto, nō ſic aliæ perſonæ. Sed cōtra hoc op. q̄ debēt excuſari à dolo præſumpto, qa ſic dareē materia eis delinquēdi. Sol. à dolo præſumpto in præteritū excuſanē, vt ibi, ſed à præſumpto in futurū nō, per rationē prædictā: ideo determināt doctores, quòd mulier, minor, vel ruſticus volentes admitti ad producendum teſtes poſt didicita teſtificata, non debeant audiri:

2 quia contra eos militat præſumptio: vide de hoc articulo[a] per Dynum & Bart. in l. j. §. aduerſus ff. de nouī operis nunciatio. & per prædicta dicunt doctores quòd dictæ perſonæ priuilegiatæ non dicuntur conſtituī in vera contumacia propter hoc quòd citati perſonaliter non compareant: quia non præſumuntur hoc feciſſe per dolum: & ſic poterunt appellare, quod perpetuo tene menti. Sed ſi expreſsè dicerent nolo comparere, vel iudicem contemnerent, tunc eſſent in dolo vero, et non excuſarentur à vera contumacia.

2 ☞ *Si quis tenetur mihi ad aliquid iure actionis & illud non facit, ſuccedit obligatio ad intereſſe, & interim tempus morę.*

3 *Quid ſi poteſt compelli officio iudicis.*

1 §. Is aūt qui in hoc. † Qui[a] nō edit, incipit teneri ad intereſſe, nec liberaē ab iſta obligatione, licet poſtea petentis nō interſit edi: qa ſufficit q̄ interfuerit ſemel & actio formata ad certū intereſſe nō variatur: licet intereſſe ceſſet, vel minuatur. In tex. ibi, [no. quod hodie intereſt.] ſuppendi. † In tex. ibi, [intereſſe deſinit.] ſed q̄ edatur vult dicere, q̄ licet hodie non interſit mea, q̄ fiat editio, quia actio mea in qua volebam probare per illam editionē eſt extincta tēpore, quia non interfuit edi cum petij, & cū iudex iuſsit, & quia facta non fuit editio, probare nō potui. Et ſic ſum dānificatus, quod dānum nō fuiſſem paſſus ſi editio facta fuiſſet, non deſinit mihi actio cōpetere ad intereſſe: quia nō deſinit dānū de præterito, ſecus ſi deſineret, vt no. in l. qui autē. §. j. ff. ſi quis cau. In gl. mag. ibi, [vt ſi extitit hęres ei &c.] dic hoc exēplum nō eſt bonū: quia hoc caſu ceſſaret dānum de præterito, ſi volebā per rationes conuincere Titium, cui poſtea ſucceſsi: & ſic mihiſpſi ſoluere nō poſſum: vñ nō recipio damnū ex nō editione. Tene ergo ſequēs exēplum q̄ actio mea nō eſt extincta tēpore quo non fuiſſet extincta, ſi

2 facta fuiſſet, imo in ea obtinuiſſem. † In gl. ibi, ſed videtur, q̄ in alio tēpore quā decreti iudicis conſideretur intereſſe tēpore moræ, quæ pōt cōmitti per interpellationē extraiudicialē: vel per litis cōteſt. per interpellationē præceſsit, vt l. ij. ff. de tuto. & cura. gl. ſe inuoluit. dic breuiter, q̄ interdū quis tenetur mihi ad aliquid iure actionis, & ſi illud non facit, ſuccedit obligatio ad intereſſe: & tunc inſpicitur tēpus morę, vt contrahatur obligatio ad illam quantitatē, quā mea interfuit tēporis: nec poſtea variatur augendo, vel diminuēdo, vt l. hominem. ff.

3 manda. † Interdū nō teneē iure actionis, ſed pōt cōpelli officio iudicis: & tunc nō inſpicitur tēpus moræ contractæ per interpellationē, ſed tempus quod iudex iuſsit: & iſte eſt caſus nota. iuncta l. cū poſtulaſſet. ff. de dam. infec. cū ibi no. quia non contrahitur mora officio iudicis per ſolā interpellationē extraiudicialem, ſed ꝓ iuſſum iudicis, nec propterea varabitur quantitas, & hoc qñ ad intereſſe contrahitur obligatio: & ſic venit intereſſe iure actionis: quia eſt intereſſe extrinſecū. Si autē venit officio iudicis mercenario, qa eſt intereſſe extrinſecū quod conſiſtit circa æſtimationē indebite, tunc eſt materia l. iij. §. in hac. ff. de tritica. & l. vinum. ff. ſi certū pet. in qua materia gloſſatores habuerunt intellectum offuſcatum. & not. hunc §. ſecundum dictum intellectum.

a ¶ De hoc articulo. ad de q̄ cōmunis cōclusio eſt, q̄ ſuccurratur minori vt etiā per Alexā. de imo. hic & ad de, q̄ aduerſus dolū præſumptū ſuccurrit ipſi minori, vt ꝓ eundē Alex. in conſi. ciij. col. vij. ver. & dicit. & col. viij. ver. & licet. in j. vol. & per eundē in cōſi. xxxv. in fi. in v. volu. & vide in ꝓpoſito eundem Alex. in d. §. aduerſus. ff. de no. ope. nun. Fran. Cur.

2 ☞ *Quilibet cuius intereſt an poſſit petere à notario exhiberi ſibi inſtrumentum de contractu celebrato inter aliosſi & an etiam ab alio priuato?*

LEX IX.

1 QVædam ſunt perſonæ. † Si pōt dari actio ordinaria ex contractu, vel quaſi ad edendū, ceſſat officium iudicis, & actio in factū ex hoc edicto, quę ſunt remedia extraordinaria. h. d. Et no. q̄ interdū editio fit officio iudicis mercenario, vt §. eo. l. j. in illis caſibus quando petitur fieri editio de inſtr. productis, vel nō productis ſecundū ea quę ibi no. & iſta ſiunt de iure ciuili. Interdū petit fieri officio iudicis nobili, qñ lis non erat mota, & petitur fieri à perſona publica, vt numularij & argentarij: & hodie notarij: & iſta fit de iure prætorio, de qua loquitur lex prætor cū ſeq. §. eo. vſq; ad hāc l. interdum iure actionis ordinariæ, vt in caſibus not. hic in glo.

Sed op. nam etiā in proximo præce. caſu, pōt dari actio mandati, quia argentarij nō tenentur edere niſi rationes vel inſtrumenta, quas vel q̄ cōfecerunt de mandato partiū, vt §. eo. ſi ex §. pertinere. ſolu. ex illo mādato nō oriē actio mandati, qa mādatū debet eſſe gratuitū, & de voluntate acceptari, & recuſari, vt l. j. ff. māda. ſed iſtæ perſonę publicę recipiūt tale mādatū ex quadā neceſsitate, ꝓpter publicū officiū: quia nō poſſunt recuſare nō ſubſiſtente iuſta cauſa, ſm doc. hic. & in l. j. C. eo. † Itē dicit hic Ang. q̄ audiuit allegari gl. quæ eſt hic, in palatijs, circa princ. ibi, aliàs actione in factum ſi mea interſit, exhiberi: q̄ quilibet cuius interſit poteſt petere à notario exhiberi ſibi inſtrumentum, de contractu celebrato inter illos, licet ille non

Universidad de Diustro
Biblio

a ¶ Interesse. adde vide Lu.ro.cõsi.lxxxiij.
b ¶ Et postea se subscribere. adde Alexan. de imo.consi. cxxix.col. pe.fi.j.vol. & vide eũ de Alex. in consi. xlj. col.j.co. vol. Cur.
c ¶ Admittantur. q̃ appellatione successoris veniat nõ vniuersalis, vide Fel. i c.qa V. de iudi. in vlt.col. q̃ si copulatiue dicat hæredib⁹ et successorib⁹ et nõ cõprehẽdit singularis secũdũ d. Iaf. hic cõtra d. Alex. cõsi. cxciij.ij.lib. p quo ad de Fran.cur.cõsi.xlv. in fi. vbi concludit q̃ appel. successoris cõprehenditur quicũq; successor.
d ¶ In armario. scriptura archiui publici facit notoriũ secũdum Ro.cõsi.cccij. & scriptura archiui præfert scripturæ factæ à camerario cõitatis. tan quam à priuata persona secundum eũdem consi.cccxix.
e ¶ Mercatorum. de hoc pulchre per Ro. cõsi. ccv. et quid si cõtinet diuersa cap. vide per eund. cõsi. ccexlvj. & an liber rationũ scribæ sit publicus? vide per eundẽ cõsi.lxx. & an libris mercatorũ detur fides? vide per Archi. cõsi. xiiij. et an consuetudo q̃ libris mercat. detur fides, sit irrationabilis? vide per eundẽ cõsi. xlv. et in materia præd. vide Io. de ana. consi. xl. & Iiij. an autẽ liber thesaurarij præiudicare possit cõmuni? vide per signorolum consilio. xix.

mandauerit, nec alius p̃ eo regauerit notariũ, nec successerit roganti: ipse tñ dicit hoc non esse verũ per d.l. si quis ex argentarijs. §. pertinere. & p̃ principiũ istius l. Tu potes dicere notabiliter, an ille q̃ non rogauit notarium possit petere, vt sibi publicet instru. & tradat, & dicendum est q̃ nõ per ea quæ no. glo. in l. prætor. ſ. eo. aut quærimus, an possit ipsum compellere ad ostẽdendũ, protocollũ solũ, vt iudex videat: & potest dici q̃ sic. vt in hac gl. si iurat sua interesse[a], cum hoc sit modici præiudicij per l. thesaurus. j. ad exhi. et hoc modo potest intelligi q̃ no. Inn. i c.j. extra de p̃ba. & idem videt de quolibet alio priuato, qui habet penes se suum instru. vt teneat illud ostẽdere ei cuius interest: nõ tñ contra se, nec dare copiam eius, & ita possunt intelligi iura de quibus in titu. ad exhib. duo loquuntur de exhibitione scripturæ vel chartæ.

2 ☞ *Publicatio instrumenti ex protocollo notarij defuncti nõ potest fieri per filium etiam hæredem notarij, nisi committatur à iudice.*
Ille qui succedit in ius alterius partibus illius fungi debet & sic eiusdem conditionis & naturæ censetur.
4 *Notarius potest legare sua protocolla ad utilitatem legatarij, similiter & donare.*
Notarius potest facere scribi instrumentum per alium notarium si ipse est impeditus, & qualiter postea se subscribet?
Notarius non potest subscriptionem alteri committere, nec etiam dictamen.
5 *Successorum appellatione in dubio continentur successores uniuersales, qui dicuntur successores iuris, ut sunt hæredes & bonorum possessores.*
Item pater & dominus in gestis per filium uel seruum.
Si aliquis recipit emphyteusim pro se & successoribus, & ipse uni ex filijs aliquid reliquit iure institutionis, alios uero instituit uniuersales hæredes, an primus admittatur ad partem?
6 *Testator quando instituit aliquem hæredem ut post eius mortẽ bona sua perueniant in talem, & eius successores, si ille non reperiatur uiuere tempore mortis, sed reperiantur eius successores quidam uniuersales, & quidam in re certa, an isti ultimi admittantur?*
7 *Officiũ iudicis ex hoc edicto partim habet naturã personalis actionis, partim realis.*
8 *Contra singularem successorem datur in subsidium actio in factum, ad edendum de æquitate, quando contra hæredem uniuersalem non potest dari.*
Si protocolla notarij reperiantur penes aliquem tertium, quando iste tertius possit compelli edere, sicut ipse notarius?
9 *Hæres eoipso est in culpa, quando quis fuit protestatus quòd alteri non tradat antequam factus sit editio.*

1 §. Nihil interest. †No. ex principio secũdũ Ang. q̃ si hæres notarij est notarius, eoipso habet cõmissionem à iure de publicando instrumenta ex protocollo defuncti sui: & ita dicit seruari de facto. Certe iste tex. probat cõtrariũ. quia dicit hęredẽ argẽtarij teneri siue sit eiusdẽ, pfessionis, siue nõ: & eodẽ modo hæres notarij tenet ergo sequit q̃ iste tex. nõ loquit de illa editione, de qua loquit Ang. quia si nõ esset eiusdẽ, pfessionis, nõ posset instru. publicare. Loquitur ergo de simplici editione facti, quã quilibet facere põt, qui habet penes se vt ostẽdere & tradere, vt alius publicet. † Sed publicatio nõ põt fieri per filiũ etiã hæredẽ notarij, nisi cõmittatur à iudice per c. cũ P. tabellio. extra de fide instru. & ita etiã sentit ipse ſ. e. l. si quis. §. j †No. etiã ex hoc principio q̃ ille qui succedit in ius alterius, partib⁹ illius fungi debet, id est censeri eiusdẽ conditionis & naturæ, sic ff. de re iudi. qui in ius. & c. cũ quis. de reg. iur. in vj. & extra de rescrip. c. significauit. † In ver. is autẽ. no. q̃ notarius põt legare sua protocolla ad vtilitatem legatarij. de hoc in Spec. de instru. edi. §. ostenso. ver. quid si aliquis. similiter põt donare. per hoc dicũt doc. q̃ notarius põt facere scribi instru. per aliũ notariũ, si ipse b est impeditus, & postea se subscribere[b], & ita quotidie fieri videmus. & in subscriptione dicit notarius, se alijs impeditũ, fecisse per aliũ scribi. facit l. fin. §. sinautẽ dubius. C. de iure delib. & no. Spe. de instr. edi. §. restat. ver. quid de hoc. & per Bar. in l. diuus. §. itẽ senat⁹. ff. de fal. subscriptionẽ vero nõ põt notari⁹ alteri cõmittere. nec etiã dictationẽ: sed debet ipse prius ponere totũ in suo protocollo, ita q̃ alius notarius nihil aliud habeat agere, nisi scribere: circa quod vide q̃ no. Bal. super rubr. C. de fide instr. † Item no. q̃ appellatione successorũ, in dubio continẽtur successores vniuersales, qui dicuntur successores iuris, vt sunt hæredes & bonorũ possessores: item pater & do. in gestis per filiũ, vel seruũ. vt l. tam ex cõtractibus. ff. de iudi. & hoc inducitur ad q. notabilẽ. Si aliquis recipit emphyteusim p̃ se et suis successoribus, & ipse vni ex filijs vel filiabus aliqd reliquit iure institutiõis, alios vero instituit vniuersales hæredes, vtrũ admittatur ad partẽ, cum nõ sit successor vniuersalis: sed loco legatarij habeatur. vt l. quoties. C. de hęre. instit. & iste tex. facit q̃ nõ: sed Bar. videt cõtrariũ determinare in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de ope. liber. & Spec. in simili quæst. † quando testator instituit aliquẽ hæredẽ, & post eius mortẽ bona sua peruenirẽt in talẽ, & eius successores: si ille nõ reperiatur viuere tpe mortis hæredis, sed reperiant⁹ ei⁹ plures successores, quidã vniuersales, quidã in re certa, vtrũ isti vltimi admittãtur[c]? ego habui istam q. de facto hoc anno. & Spe. mouet istam q. & determinat q̃ sic fauore vltimę voluntatis, in Spec. de testa. §. j. in fi. Bal. videtur cõtrariũ dicere allegando istum tex. cõtra Bar. in l. liberti. C. de ope. liber. & postea recitando Spec. in sua quæst. videtur ipsum sequi, & sic sibijpsi cõtrariat. Ego in hac quæst. aliter distinxi in dicta l. quoties. & reperio Ang. eodem modo distinguentẽ, licet ipsum non viderim. † Item no. q̃ officium iudicis ex hoc edicto partim habet naturã personalis actionis partim realis: personalis, ideo quia nõ datur contra successorẽ singularẽ: realis, ideo quia nõ datur nisi cõtra eũ, qui habet facultatẽ edendi. Vnde etiã cõtra hęredẽ nõ datur, nisi qñ habet vel dolo desijt habere. † Item no. q̃ cõtra singularem successorem datur in subsidiũ actio in factũ ad edẽdum de æquitate, quando cõtra hæredẽ vniuersalẽ non potest dari. vnde Inn. in c. j. extra de prob. dicit q̃ si protocolla notarij reperiunt penes quendã tertiũ, potest cõpelli ad edendũ sicut ipse notarius. q̃ videtur limitandũ secundũ istum tex. sed in subsidium quãdo nõ potest dari actio cõtra hæredẽ, vel ipsum notariũ. Sed si notarius viueret, & posset peti editio ab ipso, non deberet peti ab alio tertio: & idem si mortuus est hæres eius, & fuit in culpa quòd ad manus eius tertij peueniret. † Vltimo not. quòd hæres eoipso est in culpa: quando quis fuit protestatus, quòd alteri non tradat, antequam facta sit editio etiam si illi fienda erat traditio: quia fuerant sibi legata. facit l. dolo. infra ad legẽ Falcidiam. tene menti omnia prædicta.

2 ☞ *Illa scriptura potest dici authentica, cui de consuetudine datur fides, licet non sit confecta à notario.*
3 *An hodie stetur libris mercatorum, uel cõsorum cũ non habeant officium hodie de publico, sed quilibet pro suo libito eligit sibi banchum, & in seq. l.*

1 §. Numularios quoque. †No. tex. ibi, [& frequentissime &c.] per quam dicit Bar. q̃ scripturis officialium publicorũ, pura gabellariorum, licet non sint notarij datur fides, in his quæ concernunt ministeriũ eorũ, ac si essent publicæ scripturæ, & scriptæ d manu notarij: & idem in libris, qui tenẽtur in armario[d] cõmunis, & sunt cõfecti per priuatas personas in aliquo officio publico. Ad hoc facit c. cum dilectis. extra de fide instr. † vbi potest dici scriptura authentica illa, cui de cõsuetudine datur fides: licet non sit confecta à notario. † Vltimo nota glossam, quæ semp allegat, an hodie stetur libris istorũ mercatorũ[e], cũ non habeãt officium hodie de publico: sed quilibet pro suo libito eligit sibi banchũ: olim em quia eligebat de publico, stabatur nõ solũ cõtra se, sed etiã pro se, & etiã quo ad extraneos. Bart. tamen dicit se putare q̃ etiã olim non stabatur pro se, sicut nec hodie staretur scripturæ notarij pro se, nisi ratione cõnexitatis: si essent duo capitula cõnexa, vnũ pro se, aliud cõtra se: & ego acceptarẽ vnũ: puta secundũ cõtra se: nã teneor acceptare etiam primum: puta si cõtinebat me vendidisse pro centum, & ego accepto, & dico q̃ vendidi pro centũ & quinquaginta, certe nõ possum diuidere, sed debeo vel totam scripturã acceptare, vel totã recusare, vt l. publica. i fi. ff. depos. breuiter

ergo

ergo hic gl. tenet q̃ hodie statur contra eos, non pro eis: quod intelligẽ nisi statutũ vel cõsuetudo sit in contrariũ, vt Florentiæ, quod vsq; ad certã quãtitatẽ stet libris mercatorũ etiã pro se. Quid aũt, quãtũ ad extraneas personas: gl. nõ tãgit. doc. dicunt q̃ faciũt simplenã probationẽ propter hoc, quod ad eorum fidem frequenter recurritur: & hoc est notandũ: nã dictis ipsorũ sine iuramento datur semiplena fides: & hoc ideò, quia difficilius scriberent falsum in libro suo, cũ nõ dicerẽt propter timorẽ falsitatis: quia nõ de facili quis conficit falsam scripturam: maximè in libro suo quẽ tenet pro authẽtico. & Florentiæ si reperiretur aliqua falsitas puniretur sicut notarius de falso. Vnde multum cauent quãdo scribunt in libris suis, sed nõ sic, in simplici verbo.

LEX X.

1 ARgentarius ratione. †No. hic casum in quo reus edit[a] acto
2 ri ad intentionẽ actoris fundandã. est & alius ſ. e. l. nec quisquã. regulariter secus, vt l. qui accusare. C. eo. sic ergo notarius etiã cõtra se tenet edere, ad actoris intẽtionẽ fundandam. vt dixi ſ. eo. l. prætor §. j. itẽ dicit Ang. hic per hũc tex. dũ dicit, nec q̃ alios absimiles &c. q̃ mercatores & cãpsores moderni ga nõ eligunt à publico, nõ tenentur eorũ codices edere ad actoris intentionẽ fundandã contra se, licet si edãt statur eis cõtra se, vt no. in prin. d. §. & hoc videtur velle expresse glo. in cle. j. de vsur. per locũ à speciali, quia si est speciale in vsurario, ergo in contrariũ est ius cõmune. & ita dicit seruari. sed Iaco. but. & Bar. in l. j. C. eo. tenẽt contrariũ. quia de cõsuetudine, cõficiunt libros & rationes, cẽsetur eius mãdatum à contrahentibus cũ eis & sic eorũ rationes sunt cõmunes: deberet ergo edere cum die & cõsule: & hãc partẽ tenui in l. prætor §. j. ſ. e. quæ æquior est. Debet tñ petens allegare nomẽ libri, & foliũ in quo dicit contineri suam rationẽ: quia nõ tenetur totũ librũ ostẽdere: vt ff. proxi. ſ. & dixi in d. l. prætor. in prin. ideo qui habẽt schedulas, de ipsorũ manu facit apponi prædicta. ad cle. autẽ primã, quid addat specialitatis, tetigi. ſ. eo. l. si quis §. rationem. prædicta de iure. de cõsuetudine autem diuersimodè seruatur, & illa est seruanda, vbi viget.

2 ☞ *Editio consistit in faciendo inspici, & etiam describi.*
3 *Notarij non tenentur edere instrumenta non data pecunia, & si ediderint an possint petere sibi solui de labore? & qua actione?*
De salario notariorum. uide remis. ibi.

1 §. Edi autem ratio. †No. hic vnũ, q̃ in omni negotio debet seruari vtà capi
2 te incipiatur non à cauda: quia potissima cuiusq; rei est principiũ, vt l. j. ſ. de origi. iur. † itẽ no. q̃ editio consistit in faciendo inspici & etiam describi. adde c. contingit. extra de fide instru.
3 †No. etiam glos. quæ est in principio istius legis, quæ dicit, q̃ notarij non tenentur edere instrumenta nõ data pecunia: sed si ediderint, an possint petere sibi solui de labore? videt q̃ non per l. j. §. j. vel ij. de var. & extraordi. cogni. Bar. tamen dicit cõtrarium, quia censentur locasse operas suas: vnde possunt agere actione locati ad id quod consuetũ est argu. C. locati l. excepto. & adde l. vlti. C. de prin. agen. in rebus. lib. xij. & de colonis illyricanis l. fi. li. xj. & de proximis sacro. scrinio. l. in sacris. circa prin. lib. xj. & in c. statutum. de rescriptis. lib. vj. vbi fit mẽtio de salario notariorum. & in Specula. de salar.

a ¶ Edit. dicit Ro. cõsi. cccxcviij. q̃ reus sem per edit actori ad sundandam eius intentionẽ & ex magna causa: & vbi vertit maximũ periculũ animæ.
b ¶ Ad oculum. Adde tex. & ibi Bar. in l. nemo j. de hære. instituta. Bar. in l. meuius j. de leg. ij. & Bar. et Alex. in l. si stipulatus fuero. de verb. obli. Cur.

2 †Et no. in secunda parte, q̃ licet notarius vel alius qui tenetur mihi edere ad probãdum intentionem meã contra te, non ediderit, si tamẽ poterã probare aliter, vt per testes vel instrumenta, non tenetur mihi notarius ad interesse, licet malè fecerit & deliquerit: quia non videor recipere damnum hoc ex suo delicto, sed ex mea negligentia: quia potui, & nolui. † & idẽ si probaui: sed iudex per iniuriam tulit contra me sententiã iniquã: nam possum agere contra iudicem, & non cõtra notarium, tene menti: quia prima facie videretur cõtrarium, q̃ culpa mea vel delictum iudicis, nõ excusaret dolum notarij: quia eo ipso est in dolo præsumpto, q̃ non edit cum edere debeat: & sic videtur q̃ non posit mihi imputare culpam meã, cum dolus eis præponderet: cogita super hoc de ratione, quia regulariter secus vt l. item si obstetrix ff. ad l. aquil. in fine. Allegatur etiã iste
4 tex. pro casu † q̃ sententia absolutoria, quia actor non probauit est diffinitiua: & sic transit in rem iudicatam, & impedit actorem iterum agere. Quod patet, quia si posset iterum agere non ageret contra argentarium ad interesse, quia non edidit tunc, si vellet edere hodie: & sic posset consequi suam intentionem: cuius contrarium hic patet. Nam hodie non interest sua amplius sibi edi, cũ succubuerit in causa, & amplius agere nõ potest. & propter hoc tenet gl. q̃ sit diffinitiua in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & patet in l. imperatores ff. de re iudi. & C. eo, ti. l. sub spe. vbi non retractatur talis sententia propter instrumenta de novo reperta. † dicit etiam Ange.
5 hic probari per istum tex. q̃ si volui aliquos inducere in testes, qui sciebant veritatem, & ipsi se absentauerunt studiosè, vt nõ redderent testimonium, & propter hoc succubui, q̃ hoc probato, q̃ sciuerint veritatem & recusauerint testificari, renetur mihi ad interesse: quinimo si iurassent & se abientassent possent puniri de falso: quod non solum committitur dicendo falsum, sed occultando veritatem l. presbyteri C. de episcopis &
6 clericis. cum ibi not. † Vltimò dicit Ang. hic probari, q̃ interesse non probatur per iuramentum contra illum qui originaliter non tenebatur iure actionis, sed officio iudicis: nam vult iste text. quòd contra argentarium debeat plenè probare interesse: sed contra illum qui tenetur iure actionis si fuit in dolo, prout hic fuit argentarius, probaretur per solum iuramentum, vt l. semper §. interdicto ff. quod vi aut clam. & l. in actionibus. in fin. ff. de in litem iuran. & l. si quando C. vnde vir. contra illum verò qui non fuit in dolo indistinctè requiritur plena probatio: quod dic vt not. in l. j. C. de sententijs, quæ pro eo quod interest.

De pactis. *Rubrica.*

2 ☞ *Verbum ius naturale, ubicunque refertur ad actus qui non possunt conuenire nisi hominibus exponitur ius naturale, id est gentium.*
3 *Obseruatio fidei fuit de iure gentium primitiuo.*

LEX I.

IVius edicti æquitas. Iurisc̃onsultus primo commendat edictum prætoris factũ super hac materia, cuius verba habentur ff. eo. l. iurisgentium §. ait prætor. vsq; ibi, pactum autem. Secundò ponit deriuationem verbi, pactum, & etiam diffinitionẽ vsq; ibi conuentionis. Tertiò probat diffinitionem inquantũ ibi dicitur, in diem placitũ & cõsensus, vsq; ibi adeo. Quartò ex ipsa probatione infert ad vnum vsq; ibi, sed conuentionẽ. Quintò & vltimo ponit triplicem diuisionẽ.
1 †No. ex prima parte, q̃ dictio hic, hæc, hoc: est demonstratiua
b ad oculum[b] intellectus, non solum ad oculum corporis, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

iurisconsultus cõmendat edictum, cuius verba adhuc non poluerat: sed erat positurus, vt in prin. gloss. dic de hoc, vt l. j. in prin. ff. de ope. nouī nun. vbi gloss. dicit q quando iurisconsultus ita facit, videtur prophetizare, tamen hoc non est verum, quod dic vt ibi per Bar. no. In gl. j. ibi, id est naturali ingenio ex industria hominum introducta, quod est ius gētium. & hoc est regulare, vbicunq; hoc verbū ius naturale refert ad actus, qui non possunt conuenire, nisi hominibus, vt exponatur ius naturale, id est gentiū. †Et aduerte, quia obseruatio fidei fuit de iure gētium primitiuo, quod fuit eo ipso, q gentes esse cœperunt. Et ideo naturalis obligatio, quæ oritur ex illa æquitate, vt fides seruetur, cadit in seruo: quia attento illo tempore, cõditio seruorū non erat annihilata, quia nõ cognita, vt probatur in c. ius naturale. j. distinc. non autem de iure gentium secundario, quo status seruorū fuit annihilatus, scilicet postquam gētes creuerunt, quo iure fuerunt inductæ seruitutes, & bella: quia tunc nõ caderet naturalis obligatio in seruum, sicut nec dominium, quod fuit introductum illo iure quod dic vt no. in l. si id quod. ff. de condi. indebi. In glo. inter eos. ibi parabolicè loquitur. Tu dic contrarium, q tex. loquitur de his quæ homines agunt inter se, & in illis obseruatio fidei est præponenda omnibus alijs: gl. verò loquit de religione, quam homo debet habere ad deum: & in illa fatendum est, q præponitur omnibus alijs per rationem glos.

¶ Pax. de pace et eius effectu vide Ludo. consi. vlti. an autē per pacē intelligatur remissa damna: vide per Ale. cōsil. clxvij. ij. libr. & an per pacē intelligatur remissa qualitas aggrauans delictum licet de illa nō fit facta mētio: vide per Ro. cōsil. cccc. xlix. cōtractus nominatus. Adde Alex. cōsil. xl. lib. iiij.

¶ Tāgeret manum. adde gl. in c. j. de spōs. duo. & gl. in c. fundamenta. in verbo, dextra. de elec. in vj. quia per tactū manuū pręsumitur dilectio: & adde q etiā per osculum remittitur iniuria. gl. in c. pacem. in versic. probauerit. de consē. dist. iij. item cēsetur remissa per salutationē, vt per Hostien. in c. olim. extra de iniur. & dicit Bal. in l. filio quē pater. ff. de lib. & posth. quod ſtellige, ꝓcedere, nisi iniuriatus recepisset iniuriam ad animū: & lis super ea fuerit contestata. ita do. Anto. de Butr. & ibi mod. in c. repellātur. de accu. Cur.

2 ☞ *In pacto dicitur esse actus pacis & concordiæ.*

3 *Tactus palmarum significat pacem & concordiam: & per quos actus remittantur inimicitiæ?*

§. Pactorum quædam sunt. † Pro declaratione istius tex. dic, si quæritur, an pactū de nō petendo sit personale, an reale: aut persona, cui fit, apponitur verbo promissiuo & in datiuo casu, puta, tibi non petere: & tunc nō redditur ex hoc personale, sed persona adijcitur ad ostendendū, cū quo pactū fit. vt in hoc tex. dicitur expresse. Aut adijcitur verbo executiuo, & in ablatiuo casu, puta, promitto nō petere à te: & tunc aut apponitur dictio taxatiua, puta à te. x. dumtaxat vel tantū: & tunc est omnino personale, quia nec trāsit ad hæredē tuum te mortuo, nec etiā te viuo transit ad fideiussorē tuum, vel ad patrem qui loco fideiussoris habetur aliquādo, licet si nō esset apposita dictio taxatiua, extēderetur ad illos. vt l. ad hęredē. §. fi. j. eo. & ibi Bar. aut nō est apposita illa dictio taxatiua, & tunc quantùm ad hæredē vt ad ipsum nō transeat, adhuc dicitur personale, sed quantū ad alios vt ad eos nō transeat viuēte eo secus, vt no. in l. qui in futurum. j. eo. §. j. & ibi etiā vide Bar. & quod ibi no. in l. si sic. j. de ver. obli. & Cy. in l. veteris. C. de cōtrahen. stipu. & quod no. Ioan. and. in regula priuilegiū de reg. iur. &

2 in mercurialibus in vj. in solutione quæstionū. † Vltimò no. secundū Bal. hic. ibi, nō minus ex verbis. quòd inspicięda sunt semper verba cōtractus, & q̄ statur verbis quādo aliter de mente non appareat. facit. l. si alij. j. de vsufruc. lega. & j. de verbo. obli. l. si stipulatus sim illud aut illud. Sequitur. §. dolo malo.

2 ☞ *Libellus in quo quis dicit contractum simulatum, nō procedit nisi dicatur species simulationis: idem in exceptione.*

1 §. Dolo malo ait prætor. † Not. in fin. quòd omnis cōtractus factus per dolū, dicitur cōtinere simulationē, & sic potest dici simulatus: sed aduerte, quia propriè loquēdo tunc dicitur simulatus, [a] quando simulationi cōsensit vtraq; pars, & hoc potest fieri tribus modis. Primus, quādo partes agunt de faciēdo vnū contractū: & tamē simulant facere aliū, & de hac simulatione loquitur titu. C. plus valere quod agitur: quia in veritate plus valet quod in veritate agitur, quàm quod simulatè cōcipitur: & eadem simulatio censetur esse in iuramēto. l deò licet iurent seruare contractū quē simulāt facere: non tamē tenētur ipsum seruare: vt no. glo. in l. emptor. j. de aqua plu. arcē. sed dubium est, an hoc iuramētū extēdatur ad cōtractū qui nō agitur quia super illo nō fuit præstitum: & ideò videtur, q̄ nō extēdatur, cum sit stricti iuris. Alio modo fit, quando agitur inter partes quòd nihil fiat, & tamē simulāt se facere. & de hac simulatione loquitur. l. nuda. de contrahē. emp. & l. imaginaria. de reg. iur. quia nihil agitur. Tertio modo quādo agunt aliquid facere, & ita faciunt: tamē agunt, vt parū duret: & tūc præsumitur simulatio, vt l. iij. §. si ab ignoto. j. de manu. & quòd noluerūt re vera illum contractū facere, postquàm erat parum duraturus: &

b quia simulatio potest fieri multis modis, [b] vt dictum est: cōsulit Bart. in cōsi. quod incipit: † Petrus Nicolæ, nō procedere

2 libellum in quo quis dicit contractū simulatū, nisi dicat speciē

c simulationis. [c] quia reus non redditur certus, an velit cedere, vel contēdere: & ideò si fuit oppositum de ineptitudine, non valebit sententia lata super illo libello: similiter si excipiatur de simulatione, quia exceptio debet esse clara sicut actio. l. j. §. j. j. de flu. & l. Titiæ textores. j. de lega. j. similiter nec depositiones testium. argu. in l. eū actum. j. de nego. gest. & j. de proba. l. matrem tuā. Quando autē cōtractus fuit dolo initus, in hac simulatione nō consensit altera pars: sed dumtaxat dolosa. Ideò nō potest propriè dici simulatus totus contractus, licet simulatio intercesserit: quia dolosus simulauit aliquid esse, cū non esset, vel dissimulauit aliquid nō esse, cū esset. l. j. §. j. j. de actio. emp. sufficit secundū do. Paul. de cast. tu adde quod not. Barto. in l. emptor. j. de aqua plu. arcen. & in l. Lucius. la. ij. j. depositi.

a ☞ *Fraus & dolus in quibus differant?*

Ad remotionem generis, sequitur remotio speciei.

Ad positionem generis non sequitur positio speciei.

§. Sed si fraudandi causa.

1 † De pacto inito per fraudem prætoris non facit expressam mentionē, sed solum de inito per dolū: nec expediebat specialem mētionē facere: quia fraus est species

d doli, [d] & ineſt dolo tanquàm species: & ad remotionē generis, sequitur remotio cuiuslibet speciei. Vnde cum dixerit non

c esse seruandū pactū dolo initum, per cōsequens, nec etiam fraude initum. Itē pactū fraudulenter extortū, vel est iniquum, vel superuacuum. Iniquum, quādo extorquetur quod extorqueri nō debeat. Superuacuum, quādo extorquetur id quod extorqueri nō erat necesse. h. d. in effectu secundum glo. & diuide eā. Nā primò ponitur

d vnum dictū, q̄ edictū prætoris deficit in hoc, quòd de pacto inito per fraudē mentionem nō facit, vsq; ibi: sed elegāter. Secundò antequàm excusęt prætorē ab isto

e defectu, ponit aliud dictum Labeonis, q̄ tale pactum vel est iniquum, vel superuacuum, vsq; ibi: inest enim: ibi excusat prætorem, q̄ nō expediebat expressam mētionem facere: quia exprimēdo de dolo taci

2 tè videtur expressisse de fraude: † cum

e fraus tanquàm [e] species, insit dolo tanquàm generi, & argumentū procedit negatiuè, si non est seruandū pactū factū dolo nec factum fraude: quia ad remotionē generis, sequitur remotio speciei: non sic sequitur affirmatiuè, quoniam ad positionē generis non sequitur positio speciei: nā non sequitur animal est, ergo homo est: sed bene sequitur non est animal: ergo nō est homo. Sed in quo dolus est, cum se habet in plus quàm fraus? respondet glo. quia dolus cōmittitur sine cōsilio, aut propter vtilitatē meā, siue alterius: sed fraus solùm quādo etiā propter vtilitatē meā: vel dic, quòd dolus cōmittitur & tacendo, & etiā mentiendo, vt j. de act. emp. l. j. §. j. sed fraus mentiendo, sicut & fallacia, vt no. glo. s. proxi. §. quæ incipit calliditas. Alij dixerūt quòd imò fraus se habet in plus: quia vt genus: dolus vt species: quia fraus comprehēditur, per illam circunuentionē quæ cōmittitur re & consilio. Itē per illā quæ re tantū: & tūc exponitur fraus id est damnū. nā qui damnificatur dicitur fraudatus: licet sine dolo alicuius & dicitur fraus re ipsa. vt no. in l. si quis cū aliter. de verbo. obli. sed dolus non cōprehendit nisi primā speciē fraudis: aliàs tunc excusatio edicti prætoris, nō esset bona, quoniā ad remotionem speciei nō sequitur remotio generis. nā sequitur, homo nō est, ergo non est animal. Eodē modo non sequitur, pactū dolo initū non est seruandū: ergo nec initum per fraudē. Tene ergo præcedentē: negari tamē nō potest, quin primo respectu dolus se habeat in plus, quam fraus: & secūdo respectu ecōuerso: tamen intentio prætoris nō fuit reprobare pactū, in quo quis frauda

tus est re ipsa sine dolo aduersarij, sed sibi imputet. Et hoc fortè voluit Labeo: quia si bona fide feci tibi pactum de nō petendo gratis: licet sim fraudatus id est dānificatus nō possum venire cōtra pactum, quia esset iniquum: sed solū voluit reprobare pactū in quo quis est fraudatus dolo aduersarij. & ideo Bal. vt ab eo audiui, legebat alio modo istum tex. quòd in ver. eleganter, iurisconsultus excusat prætorē, quare prætor nō fecit mentionē de fraude dicendo nō esse seruandū pactum in quo quis fraudatus est: quia aliàs sequeretur vel iniquitas, vel superfluitas. Iniquitas, si exponeretur fraudatus, scilicet, re ipsa: quia sequeretur, quòd possem venire cōtra pactū de nō petendo bona fide factum, quod esset iniquum: sed si in dānificato & sic fraudato, superfluitas sequeretur si exponeretur fraudatus, scilicet, re & cōsilio: quia si dolo me induxisti ad faciendū pactum de nō petēdo, vel fraude, possum venire cōtra pactū: licet in edicto non sit facta mentio: quia fraus ineſt dolo tanquam species generis: & sufficit fuisse factā mentionē de dolo: & iste videtur mihi planior intellectus: sed secundū primā po-

a ¶ Simulatus. Adde hic quæ plenè tradit Bar. vero. in suo tracta. de simula. contra ciuum. Cur.

b ¶ Multis modis. de quibus per eūdē in l. in emptione. C. plus valere quod agit. per cepol. in tractat. suo de emptio. & vendi.

c ¶ Speciē simulationis. Adde Alex. in cō sil. cxij. col. j. & seq in iij. volu. & eundē in consi. xxvij. col. iij. in v. vol. Ang. Are. in §. fuerat. insti. de act. & Cepo. in d. tracta. prę sump. xxvj. col. fin. & per Fracis. de Are. in consi. lxxv. Cur.

d ¶ Doli. Adde Abba. consi. lxix. inci. videtur primò dictū magistrum.

e ☞ Et adde q̄ Angel. hic ait, fraudē tūc tan quam speciē sumi, qñ cōmittitur ad cōmodum fraudātis: dolū verò, vt generis, quādo cōmittitur ad cōmodum vel incōmodum dolosi. Et adde rursus, an econtra genus possit ineſse speciei, & qualiter, vt hic per eundem Ang.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Protestatæ. an hoc fit simpliciter verũ vide Anch. cõs. cxxxij.

b ¶ Intellectus. Adde tamen q̃ si testis deponendo super his quæ cõstituunt iudicio intellectus, rederet nõ interrogatus ratione concludentẽ, q̃ talis deposito teneret, & probaret, vt plenè habes per Alex. in cõsi. x. col. pen. ver. & præterea. in ij. vol. & in cõsi. ij. col. ij. in iij. vol. in cõsil. xv. col. v. ver. & non sunt duo. in consi. lxxij. col. pen. Versi. nec etiam obstaret. & in consi. cxlj. col. pen. in j. vol. & in dictis locis, q̃ tunc testis etiam nõ interrogatus debet reddere rationem dicti sui, alias non probaret. Cur.

c ¶ Non probato. Nã probatio falsi debet de necessitate concludere secundum dom. Ale. consi. lxx. col. ij. in cõsi. lxxiij. col. j. & in consi. lxxiij. colũ. iij. in j. vol. & ibi q̃ requiritur maxima probatio.

d ¶ Quoniam tum ne iuramento quidẽ firmaretur actus, sed nec mutuũ filiofamfactum: vt hic infert Ange. ex sententia Iaco. belui. & gl. in l. fi. §. filij. C. de bon. quæ libe. simi. ratione vide hic apud eundem Ange. Et adde, quod nec actus confirmabitur iuramento, qui tendit aduersus priuilegia publica, vt in c. si diligenti. de foro compe. quos aũt comites habere debeat iuramentũ, vide glo. in auc. quod eis. C. de nupt. & in c. animaduertendum. xxij. qõ. ij. & Abb. in. c. & si Christus. in. j. col. de iureiurando.

sitionem gl. & doc. iste ver. sed eleganter, deberet exemplificari, quando primò feci pactum de non potendo bona fide, & posteà per fraudem extorqueo à te pactũ de petendo: hoc secundum pactum est iniquum: sed si primũ pactum feci deceptus à te: & posteà per fraudem extorqueo pactum de petendo, hoc secundum est superuacuum, quia nõ expediebat extorquere cum etiã sine ipso possem agere: & si excíperes de pacto poteram replicare de dolo: sed ista est vna inuolutio ponere quod primò feci pactum de nõ petẽdo: & post eà, per fraudem extorquere pactum de petendo, quia hoc nõ dicitur in text. ideò præcedens intellectus pulchrior est.

§. Siue aũt ab initio. †

Siue dolus cõmittatur ab initio in contractũ, siue ex postfacto cum agitur, parit exceptionem doli. h. d. facit. l. ij. §. circa. ĩ. de doli exc.

☞ *Verba quando possunt trahi ad duplicẽ intellectum, recipiunt illum intellectũ de quo partes fuerunt expreſsè protestatæ: sed si non reciperent duplicem intellectum, sed alterũ tãtum, protestatio illa cõtraria nõ seruaretur.*

Si dicatur quòd talis respondet libello affirmando uel negando: non tamen animo contestandi, posset tamen iudex compellere ipsum ad constandum si esset causa in qua necessariò lis esset contestanda.

Testes si dicant, quòd talis promisit tali per stipulationẽ, non probarent stipulationem, nisi dicant, quòd promisit præcedente interrogatione. & statim secuta responsione.

Subscriptio testium in instrumentis hodie non est in usu: sed sufficit quòd notarius apponat eorum nomina.

Inuocatio domini non est de necessitate instrumenti postquàm potest incipere ab annis domini: licet quasi ubique seruetur contrarium.

Idem de signo crucis in inuentario.

Instrumentum non dicitur redargui de falso quando probatur aliquid contra præsumptionem iuris resultantem ex instrumento: non tamen contra tenorem instrumenti, seu contra ea, de quibus notarius attestatur.

Vbicunque de iure cõmuni uel municipali non admitteretur probatio: nisi per aliud instrumentum uel scripturam: debet illud intelligi, quando uellet probare contra tenorem instrumenti: si autem contra præsumptionem quæ resultat ex instrumẽto, admitteretur probatio etiam per testes: & duo sufficerent.

Licet ad reuocandum legatum requirantur quinque testes: tamen ad probandum inimicitiam interuenisse inter defunctum & legatarium ex qua resultat tacita reuocatio, sufficiunt duo testes.

Si in instrumento continetur rogauit Titius, spopondit Meuius, licet probetur quòd sponsio seu responsio fuit facta ex interuallo, quòd non redarguitur instrumentum de falso: & quid si probatur Meuium fuisse absentem?

§. Quòd fere nouissima. †

Vbi præcedit interrogatio, & sequitur responsio, dicitur esse stipulatio: nisi de contraria intentione partium appareat. h. d. & semper allegatur maximè propter glo. & dicit † Inno. in. c. cum. M. extrà de consti. per ĩstum tex. quòd quando verba possunt trahi ad duplicem iutellectum, recipiunt illum intellectum de quo partes fuerunt expreſsè

a protestatæ, [a] quia non debent operari vltra intẽtionem agentium. l. non omnis. ĩ. si cer. peta. sed si non reciperent duplicem intellectum, sed alterum tantum: protestatio illa contraria nõ seruaretur: vt si diceret instrumentum, quòd tales fuerunt inuicem stipulati, non animo stipulandi: ista verba sunt in se cõtraria, vnde staretur primis verbis, nõ secundis. facit. l. alimenta. C. de nego. gest. & si diceret, quòd tales fuerunt litem contestati, non animo contestandi, dic idem: sed si dicat, quòd præcessit interrogatio, & secuta est responsio, istud stat in facto, tamen non resultat iuris effectus, scilicet stipulatio, si partes

3 volunt: & ista possunt simul stare. † Item si dicat, quòd talis respondet libello affirmando vel negando: non tamen animo contestandi litem: vt not. in. l. j. C. de lit. contesta. posset tamen iudex compellere ipsum ad contestandum, si esset causa in qua necessariò lis esset contestanda. vt l. j. §. ex hoc rescripto.

4 ĩ. de ven. inspi. † Per istum tex. etiã patet, q̃ si testes deponerẽt q̃ si talis promsit tali præcedente interrogatione, & incontinenti secuta responsione probarent stipulationem: quia deponunt de facto, quod sensu corporeo percipiũt, ex quo resultat iuris effectus. sed si dicerent testes, q̃ talis promisit tali pro stipulatione, non probarent stipulationẽ: nam inquantũ dicunt promisit, ista promissio potuit esse etiã non præcedente interrogatione: & dubia probatio nõ releuat probantem. vt in c. in præsentia. extra de proba. inquantũ dicunt per stipulationem, deponunt de effectu iuris, quẽ oculo corporeo non percipiũt: sed solùm per iudicium intellectus: & testes debent deponere de his quę percipiunt sensu, non iudicio intellectus. [b] vt l. b qui testamẽto. §. fi. ĩ. de testa. aliàs potius essent iudices, quàm testes: & de his no. in l. j. C. de vsu. non sic si ista verba reperiantur in instrumento publico. vt ibi not. in l. sciendum. de verb. obli. † In glo. j. in prin. ibi subscribunt testes: hæc subscriptio

5 testium nõ est hodie in vsu: sed sufficit q̃ notarius apponat eorum nomina: circa quod vide quod not. Bal. in l. antiquæ. & in l. j. C. ad Velle. † In gl. ibi, in prin. autem anni domini: Bald. hic notabat ex hac gl. q̃ inuocatio domini non est de necessitate instrumenti, postquam potest incipere, ab annis domini: & hoc modo vtuntur pistorẽ: quia omnia instrumenta incipiũt per annum: scilicet anno domini &c. licet vbi q̃ quasi seruetur contrarium: sed vocatur solennitas leuis, cuius defectus non vitiat, sicut signum crucis in inuentario. vt l. j. §. fi. ĩ. de vẽ.

6 inspi. & ibi no. † Glo. sequens est singularis, & ad quædã allegatur. Primò, q̃ non dicitur instrumentum redargui de falso, quando probatur aliquid contra præsumptionem iuris resultantem ex instrumento, non tamen contra tenorem instrumenti: seu contra ea de quibus notarius attestatur: & sic nõ re-

7 darguitur notarius de mendacio, aliàs esset secus. † Secũdò allegatur quòd vbicunq̃ de iure communi vel municipali nõ admitteretur probatio nisi per aliud instrumẽtum, vel scripturam: vt l. testium. C. de testi. illud debet intelligi, quando vellet probare contra tenorem instrumenti: si autem contra præsumptionem, quæ resultat ex instrumento, admitteretur probatio etiam per testes. & licet in instrumento essent plures testes, vi derentur tamen sufficere duo ad probandam præsumptionẽ: sicut in simili ad reuocandum legatum requiruntur quinq̃ testes, & tamen ad probandum inimicitiã interuenisse inter defunctum & legatarium ex qua resultat tacita reuocatio, sufficiunt duo testes. vt l. fideicommiss. C. de fideicommiss. & l. iij.

8 §. fi. ĩ. de adi. lega. † Not. tertiò ex hac gl. q̃ si in instrumento continetur rogauit Titius, spopondit Meuius licet probetur, quòd sponsio seu promissio fuit facta ex interuallo, non redarguitur instrumentum de falso: quia notarius non dicit contra

c rium incontinenti: licet non probato [c] contrario hoc præsumetur. Et idem, si probatur Meuium fuisse absentem: vt videtur sentire ista glo. secundum Ang. hic. Sed contra hoc: quia si erat absens, potuit respondere tempore confecti instrumenti, licet responderit post: sed notarius non debuit de illa respõsione, instrumentum facere: sed solum de his quæ fuerunt gesta tempore instrumenti confecti, iuxta not. in c. j. extra de fide instru. per Innocen. & adde quod not. C. de apo. publi. libro x. & per Bar. in l. quæcunque.

2 ☞ *Contra factum meum possum uenire alieno nomine & quando etiam meo nomine?*

1 §. Si paciscar vt neque. †

Potest quis per pactum remittere ius suũ, etiam liquidum, & etiam ex maleficio proueniens, & etiam in iudicium deductum, dummodo factum non sit contra iuscommune: ius verò publicum alterius ius non potest remittere: & quando pactum non tenet, quia reprobatum à iure, nec etiam iuramento, vel stipulatione firmatur. hoc dicit, vsq̃ ad §. si adtam. Et hoc quod dicit de iuramẽto, procedit de iure ciuili, de iure autem canonico seruandum est, licet contractus de se sit nullus, dummodo possit seruari sine interitu salutis æternæ,

d & non sit contra publicam [d] vtilitatem principaliter, nec sit cõtra bonos mores, nec dolo, vel metu extortum, nec contra ius tertij, vt in c. ij. de pactis. libro vj. quod plenè prosequere vt per Bart. in l. si quis pro eo. de fideiuss. & declarauí in authen. sacramen-

mẽta puberũ in repetitione quam super ea feci. C. si aduersus ven. In gl. quæ incipit, sic enim. ibi sed an idem aget. Dic, secundum Gul. de cu. in hoc articulo, quando remittitur ius publicum, & sic non valet remissio: an ego idem possum venire contra, & prosequi? Dic quòd aut remittẽdo delinquit, & incidit in Turpilianũ, puta, quia destitit ab accusatione inchoata sine abolitione: & tunc quia efficit infamis, non posset postea prosequi, vt. l. destitisse. ĩ. ad Turpil. & l. quanuis. C. eo. aut non incidit in Turpilianum, quia obtinuit abolitionem: vel erat actus extraiudicialis, seu in quo abolitio non erat necessaria: vt in casu quæstionis, de qua hic, cum remittitur nuntiatio nouí operis: & tunc, aut erat casus in quo lex permittit trãsigere super iure publico, vt quando ingeritur pœna sanguinis: & tunc non possum venire contra, licet alius possit, & ita intellígitur. l. transigere. C. de transacti. præiudico ergo mihi, nõ alijs. Aut erat casus in quo non licebat transigere, de quibus habetur in eadem lege: & tunc, aut alius volebat prosequi, & ego non admittor ad prosequendum, nec debeo illi præferri: & sic intelligitur. l. si marit°. §. si negauerit. ĩ. de adul. & hic in gl. dũ respondet ad illum. §. aut non extabat alius, qui vellet prosequi, & tunc ego possum venire contra, postquam nõ valuit re-

2 missio, vt in hac glos. notabili. † nomine autẽ alieno bene possum venire contra factum meum, vt. l. iubemus. §. fane. C. de sacr. san. eccle. & etiã nomine meo, & super iure priuato, quando factum meum erat necessè à lege reprobatum [a] vt. l. quem-

a admodum. C. de agrico. & censi. & idem si alio modo erat funditus nullum: puta propter defectum solennitatis vel alium: seeus si non erat omnino nullum, sed pẽdebat. vt. l. per fundum. ĩ. de ser. rusti. prædi. nam ibi non erat actus à iure reprobatus, nec erat peccatum in forma: sed ideò non valebat concessio quantùm ad ius reale, ne fieret præiudicium socio, qui nondũ consenserat. Potius ergo pendebat quàm esset nulla cõcessio.

2 ☞ *Si filius sperans hæreditatem patris illo uiuente facit se liberari à creditoribus paternis: talis liberatio ualet sibi post mortẽ patris quantùm ad doli exceptionem.*

Quid si ipse donaret hæreditatem paternam patre uiuente?

3 *Quid si liberat debitores paternos?*

1 §. Si ante aditam hæreditatem. †

Hic incipit tractare de vna materia satis bona & quotidiana, quam prosequitur vsq̃ ad. l. rescriptum. §. si pacto. nã contingit interdũ, q̃ ille cui delata est hæreditas, non vult eã adire propter multa de-

b bita [b] hæreditaria, ne laceretur à creditoribus, vel teneatur vltra vires hæreditatis nisi creditores remittant sibi partem debiti, creditores autẽ deliberant hoc facere, ad hoc. vt habeant quem cõueniãt, volẽtes potius carere parte quàm toto, & habere eam expeditã potius quàm laborẽ in reperiẽdo bona hæreditaria, & faciendo ea vendi & dari eis curatorẽ. Vnde circa hoc occurrũt aliqua dubia, quæ declarãtur in istis textibus. Et primũ est, an hoc pactum vel remissio factũ vel facta ei ante aditam hæreditatẽ valeat, & sibi prosit post aditam hæreditatem: & dubiũ est: quia tunc adhuc nõ est debitor ipse hæres, & sic nõ prætendit interesse: ideò videbatur pactũ non valere de rigore iuris: & hunc articulũ prosequitur vsque ad. §. hodie. & determinat contrariũ, si iste hæres erat liber homo, & sic non mutabitur status eius per additionẽ hæreditatis. Nec obst. contrarium, quia hoc pactũ confertur in tẽpus quo erit debitor & in quo sua intererit: nõ autẽ erat seruus, puta, institutus à domino sub cõditione, nã ea pendẽte non est liber, nec hęres, sed sperat esse adueniente cõditione, & tunc pactũ nõ valet de rigore iuris adueniente cõditione, quia efficitur hæres necessarius & liber: nec sibi proderit pactũ de rigore propter duo. Primum, quia factũ tẽpore seruitutis non prodest ei facto libero, cũ censeatur esse alius homo. ĩ. de reg. iur. l. quod quis. Alia ratio potest esse, quia eueniente cõditione nõ potest recusare hæreditatem cũ efficiatur necessarius hæres: sed hoc, quod creditores possint remittere, fuit inductũ pro vtilitate creditorũ ne hæres hæreditatẽ repudiet: & sic nõ habeant creditores quem conueniãt, & sic per cõsequẽs ex quadã necessitate: sed in casu nostro nõ habent de hoc timere. Postquàm autẽ extitisset conditio, vel si esset purè institutus, & sic iam esset factus liber, & hęres, & per cõsequens debitor, nullũ esset dubiũ quòd remissio sibi facta à creditoribus valeret: sicut

a cuilibet alteri debitori: quia cessat omnis ratio dubitãdi: & hoc dicitur in ver. Marcellus. & idẽ de quolibet alio, qui hæredi tatem adiuisset. Sed licet in præcedẽti casu de rigore iuris non valeat pactũ, quan-

b tùm ad hoc vt pariat exceptionẽ pacti ei libero facto, bene tamen valet de æquitate quantũ ad hoc, vt ei pariat exceptionẽ doli, si veniat cõtra factũ suum. & hoc dícitur in ver. sed si quis. quod probat duobus exẽplis in filiofa. qui post pactũ de nõ petendo mutat statũ, & efficitur sui iuris: quo casu reperitur determinatũ, quòd licet non prosit exceptio pacti, prosit exce-

c ptio doli. Idẽ ergo est dicendũ in seruo in quo est eadẽ æquitas: quia quãdo pactum producit exceptionẽ pacti, tollit naturalem obligationẽ, & obligat paciscentẽ ad non petendũ: vt ĩ. eo. l. si vnus. §. pactus. & etiam elidit ciuilẽ actionem, & producit exceptionẽ, & sic habet quadruplicẽ effectum. Sed q̃n nõ producit nisi exceptionem doli: quia de rigore nõ valeret iure pacti, sed ex æquitate debet seruari: tũc nõ producit nisi hũc effectũ, exceptionis doli secundũ Bal. hic, quod est pulchrũ & subtile: & dat intellectum multis legibus istius tituli, in quibus dicitur pactũ non producere exceptionẽ pacti: sed doli. vt ĩ. eo. l. rescriptum. §. fi. & l. & hæredi. §. j. cũ similibus pluribus. In ver. Marcellus. in tex. ibi, priusquam se immisceat, idẽ post, cũ sit eadẽ ratio. In tex. ibi puta, filiusfa. hæres institutus purè quodãmodo ex mero iure, vt differat à sequenti ver. & sic hæreditatẽ acquisiturus erat patri, si eã adiuisset eius iussu: pactum ergo sibi factũ à creditoribus hæreditarijs dum est in protestate patris: cẽsetur potius factũ ad vtilitatẽ patris: quia si eã adiuisset & patri acquisiuisset, pactum factũ filio prodesset patri. vt ĩ. eo. l. & hęredi. §. idem si filius. si ergo emãcipatus adit, & sibi ipsi acquirit, nõ potest sibi prodesse decætero: quia nõ fuit factũ, vt sibi prodesset: & ideò non producit exceptionẽ pacti: sed de æquirate produ-

2 cit exceptionem doli. † In tex. ibi idẽ probat. no. singulariter istum ver. q̃ si filius sperans hæreditatẽ patris illo viuente facit se liberari à creditoribus paternis: talis liberatio valet sibi post mortẽ patris, quantũ ad doli exceptionem: licet videatur fuisse solicitus de hæreditate viuentis: sed hoc nõ nocet quãtũ ad actum liberatoriũ: sed quantũ ad obligatoriũ si ipse donaret hæreditatẽ paternã, vel partem eius, vel aliquid occasione speratæ hęreditatis, esset illicita cõuentio, & tãquàm indignus priuaretur, nisi hoc fecisset cũ voluntate patris, quod dic: vt l. fi.

3 C. de pac. † Quid autẽ, si filius liberat debitores paternos [c] viuẽte patre, an valeat, & facit sibi pręiudiciũ post mortẽ patris? Cy. & Bar. in l. si filius. ĩ. de solutionibus. & l. cũ dominus. §. si filius. ĩ. de penu lega. & tangitur. ĩ. eo. l. & hæredi. §. filiofa. Et collige q̃ aut ille qui sperat hæreditatem alicuius, facit se liberari viuente illo à creditoribus illius, & prodest sibi postea factum postea hæredi, quantũ ad doli exceptionẽ, vt in vltimo casu istius. §. quod videtur posse procedere in quolibet sperante hæreditatem alterius, nõ solum in filio: licet tex. loquatur de filio, camẽ fauore liberationis, aut post mortẽ illius: tamen aut postquàm factus est hæres, & tunc prodest sibi quantũ ad dictam exceptionẽ pacti. & in ver. Marcellus. aut antequàm sit effectus hæres, & tũc aut postea hæres efficitur nõ mutato statu, & idem in princi. istius. §. aut eo mutato de seruo in liberũ, vel de existente in aliena potestate in effectum sui iuris, & tũc prodest sibi quo ad doli exceptionem pacti, vt in versic. sed si seruus. & in. §. sed si quis. in princi. & in ver. vt puta.

¶ Reprobatum. vide per Fran. de Are. cõsi. cxiij. vbi ponit, an prælatus possit venire cõtra alienationẽ per ipsum factam & iuramẽto firmatam.

¶ Multa debita. dicit Roma. q̃ si ad, instantiã vnius creditoris ego ago, vt cæteri ad eius instantiã aliquid mihi remittãt, q̃ ideò ille creditor tenetur & ipse aliquid mihi remittere arbitrio boni viri. allegat. gl. in l. cũ omnes. eo. titu.

¶ Paternos. Adde Spec. in titu. de pac. §. pe. ver. quid si filius. & Domi. de sancto Geminiano. quãuis. de pac. in vj. & eundem Paul. de ca. in l. filius paciscendo. C. eo. titu. Cur.

2 ☞ *Si maior pars creditorum alicuius mercatoris qui aufugit uel deficit, uelit facere remissionem de parte debiti, an alij cogantur stare? & nu. 4.*

Quid si faciant inducias, puta quinquennales?

3 *Si aliquis de remittentibus facientibus maiorem partem prætendat aliquod debitum quod alij dicant esse fictitium, & in fraudem factum, hoc probato non computabitur in maiori parte, & poterunt alij allegare hanc simulationem pro ipsorum interesse.*

4 *Inter dissentientes relinquitur arbitrio iudicis, qui debet sequi æquiorem partem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Quotidianum. Ad de quod ſi pars maior creditorũ vellet totũ remittere, q̃nõ poſſet in præiudiciũ aliorũ. ita Ro. in ſing. ſuo. xcix. incipiẽ. creditores poſſunt.

¶ Maiori pti. q̃ maior pars nõ poſsit aliquid facere niſi omnibus conſentientibus? vide per Ro. conſ. cccliij. ſing. ſuis fol. iij. & ſequẽ. vbi dicit, q̃ maior pars ſufficit ad eligen. officialẽ, non tamen ad reformandũ.

Si factum maioris partis creditorum contineret euidentem iniquitatem, poſſet minor pars appellare.
In his quæ continent delictum, nunquam factum maioris partis nocet minori non conſentienti nec abſenti etiã in actibus collegialibus.

IT ſuum hæredẽ. §. Hodie tamen ita demum. †Hic determinãtur duo alia verba circa prædicta. Primum eſt, an creditores poſsint facere hoc pactũ ſeparatim, an vnus vna die, alter altera die? vide batur enim q̃ ſic. per l. per fundũ. ĩ. de ſerui. ruſti. prædi. Contrarium tamen determinatur, q̃ imõ debent omnes conuenire & ſimul deliberare, & ſic eſt hic caſus in quo in his quæ pertinent ad plures vt ſingulos, non ſufficit cõſenſus præſtitus ſeparatim, ſed debet præſtari communiter: ratio colligitur ex ſequenti notabili. Secundum dubiũ eſt, ſi non omnes volunt hanc remiſsionem facere: ſed aliquis hæres aut non vult adire niſi omnes faciant, an poſſit ille facere in præiudicium nolentium? videbatur quòd nõ: quia in his quæ pertinent ad plures, vt ſingulos, requiritur cõſenſus omnium, per regulam quod omnes tangit. Cõtrarium tamen determinatur, quòd ſufficiat pactũ & conſenſus maioris partis, & præiudicabit etiam alĳs: nam ſi hoc non eſſet, ſequeretur quòd diſſenſus minoris partis noceret maiori, quoniam hærede non adeunte non habent quem conueniant. Cõuenientius eſt ergo, q̃ pactum maioris partis minori parti noceat, quàm econuerſo: maximè quia non præiudicat aliquis, imõ etiam prodeſt, quia habebunt quem cõueniant. Item hæc eſt benignior pars fauore liberationis: & ad hoc q̃ pactum maioris partis noceat minori parti, requiritur q̃ communiter cõſentiant & deliberent. Et aduerte quia Guli. de cu. dicit hic aliqua ſingularia dicta. Primò quòd iſte §. non haberet locum, quando iam eſſet adita hæreditas: quia tunc, cum hęres iam ſit obligatus omnibus creditoribus, nullam vtilitatem conſequeretur minor pars creditorum de remiſsione facta per maiorẽ, & ęquitas iſtius. §. fundatur in hoc. †Itẽ quod ſi viueret prĩcipalis debitor, ſimiliter non haberet locum, vt maior pars poſſit remittere in præiudicium minoris eadem ratione: & iſtum caſum de facto in terminis habui hoc anno: & eſt quotianus in iſtis mercatoribus fallentibus vel deficiẽtibus facultatibus, q̃ ſi aliqui creditores vel maior pars facit ſibi remiſsionẽ de parte debiti: alĳ non coguntur ſtare. Et ita de facto conſului: licet quidam dicerent contrarium ſeruari de conſuetudine, ſed nõ curo de hoc. Sed ſi nollent remittere, ſed facere inducias quinquennales, bene poſſet in hoc maior pars præiudicare minori. vt C. qui bo. cede. poſſ. l. ſi. Videretur tamen poſſe dici, quòd ſi debitor aufugiſſet & nollet redire niſi omnes remitterent partem debiti, quod tunc, quia ſubeſt eadem ratio, & pactum maioris partis poteſt auferre vtilitatem minori, haberet locũ iſte §. tene menti, quia quotidianum[a] eſt. Item dicit iſtum tex. nõ habere locum, quando pars vellet remittere totum debitum, ſed ſolũ q̃ñ partem: quia in hoc caſu nullam vtilitatem conſequeretur minor. Item quòd in numero maioris partis, illi qui mandauerunt hæredi, quòd adiret dando ſibi intentionem, q̃ non interueniretur vltra vires hæreditatis, & poſtea alĳ remiſerunt, qui cum illis faciunt maiorem partem, illi autem nolũt remittere: nã ſufficit quòd ſemel cõſenſerunt mãdato. tex. eſt notabilis cum glo. in l. apud Celſum. in princi. ĩ. de doli exce. & tenebuntur ſeruare pactum aliorũ. † Vltimò dicit, quòd ſi aliquis de remittentibus faciẽtibus maiorem partem, prætẽdat aliquod debitum, quod alĳ dicant eſſe fictitium & in fraudem factum: hoc probato, non computabitur in maiori parte, & poterunt alĳ allegare hanc ſimulationem pro ipſorum intereſſe arg. in l. ſi cui. C. de non nume. pec. † Not. etiam quòd inter diſſentiẽtes relinquitur arbitrio iudicis, qui debet ſequi æquiorem partem: vnde dicit hic Bal. ſi ſunt quatuor executores ad diſtribuẽdum bona in pauperes: & duo volũt diſtribuere in quoſdam, alĳ duo in quoſdam alios: quòd iudex poterit eligere, quam partem vellet: facit l. j. C. de nupt. & ſi cauſa eſt cõmiſſa pluribus cõſulenda, & diſcordãt, & ſunt æquales: poterit iudex eligere quos ſequi velit: circa quod vide quod not. Bar. in l. duo ex tribus. ĩ. de reg. iur. & l. j. §. ſi plures. ĩ. de exercito. Et ex ſecũdo dicto iſtius. §. patet ratio primi, quare requiritur, q̃ cõueniant in vnũ: quia factũ maioris partis nocet minori, aliàs eſſet ſecus. vt d. l. per fundum. & ideò dico, q̃ ſi omnes cõſentirent, quia tũc ceſſaret dicta ratio, nõ eſſet neceſſe quòd conuenirẽt in vnũ: ſed quilibet in domo ſua poſſet conſentire, & pactũ facere per illam. l. per fundum. & hoc ſatis colligitur hic in prin. ibi, ita demum creditoribus obeſt &c. & ſic loquitur eo caſu quo factũ aliquorum nocet alĳ: ſed hic non, imõ factum cuiuslibet ſibĳpſi nocet, non factũ alterius. †Item ſcias circa ſecundũ dictũ, quòd minor pars poſſet appellare, ſi factũ maioris partis cõtineret euidentẽ iniquitatem valet. not. Bar. in l. fin. ĩ. de appel. reci. licet ſit iſte actus extraiudicialis, à quo de iure ciuili parum reperitur, vt poſsit appellari, licet de iure canonico multa iura de hoc loquantur, vt per Bar. in d. l. ſi. pone enim, quòd maior pars denegat facere pactum & hoc facit magis propter odium aliorũ, & ſic cõtinet manifeſtam iniquitatem: tunc ergo ſtatur maiori parti: quoniã eorum ſententia æquior eſt. †Itẽ ſcias, quòd in his, quæ cõtinent delictum, nunquam factum maioris partis nocet minori nõ cõſentienti, vel abſenti etiam in actibus collegialibus. vt l. j. in princi. ĩ. de magiſtra. conuenien. vbi caſus notabilis & ſingularis.

Modicum additum paritati reducit pares ad imparitatem.

LEX IX.

MAiorem eſſe partem. †Nor. hic, quod numerus perſonarũ primò attenditur, quã dignitas earum, & præfertur dignitati: & hoc verum in caſu iſtius legis. Sed in his quæ ad fidẽ pertinent: primò inſpicitur dignitas. vt ĩ. de teſti. l. ob carmen. §. fi. ſecundũ Iac. But. & vide quod no. Bar. ĩ. de re iudi. l. ſi vni. in ĳ. q. qualiter cognoſcatur maior pars in his, in quibus ei ſtatur. Item adde, q̃ cæteris paribus, præferuntur attinẽtes defuncto cæteris extraneis. vt ĩ. eod. titu. l. antepenul. ſecundũ vnam lect. per quam limitatur iſta lex multum no. etiam †quòd modicum additum paritati reducit pares ad imparitatem. facit. c. duobus. ĩ. de reſcri.

Si ſunt plures rei credendi, non tamen ſunt plures actiones ſed unica, quæ competit cuilibet in ſolidum: uel quòd ſunt plures obligationes & plures actiones, ſed dicitur una, quia ſufficit una ſolutio.

Non inſpicitur pluralitas perſonarum, quando non prætendunt niſi unum debitũ: uel non repræſentant niſi unam perſonam.

Non attenditur pluralitas debitorum quando eſt una tantùm perſona cui debetur.

Vnus tutor plurium pupillorum, licet repræſentat plures, non habetur pro pluribus: ſi illi plures repræſentati habebantur pro uno.

Tutor in caſu de quo hic, põt remittere debitũ pupilli gratis: licet regulariter ſecus.

Si ſtatutum dicat, quòd cauſæ cõſanguineorum compromittantur, tale compromiſſum poterit fieri à tutore nomine pupilli, & de iure, & de facto.

In fauorabilibus fit coaceruatio plurium debitorum, ſecus in odioſis.

Si donaui mille Titio & Seio ſine inſinuatione, an iſta dicatur una donatio? ut ſic non ualeat ultra quingenta, an dicantur duæ donationes?

LEX X.

SI plures ſint qui. †Plures repręſentãtes vnum debitũ vel vnum creditorem loco vnius habentur: idem in vno repræſentante plures, vnum tamen debitum prætendentes: idẽ in vno plura debita prætendente. Itẽ ad faciendũ ſit cumulatio plurium debitorũ: vt habeatur pro vno. hoc dicit tota lex. †No. primò in princi. ver. candem actionem: quòd ſi ſunt plures rei credẽdi, nõ tamen ſunt plures actiones, ſed vnica, quæ competit cuilibet inſolidũ: vel dic, quòd ſunt plures obligationes, & plures actiones: vt l. iĳ. §. fin. de duob. reis. ſed pro tanto, dicitur vna, quia ſufficit vna ſolu. & ideo dicit propter hoc vnum de bitum. & hoc vult glo. quæ incipit hoc quantum ad vnam. †Item nota quòd nõ inſpicitur pluralitas perſonarum, quando non prætendunt niſi vnum debitum, vel non repræſentant niſi vnam perſonam: vt in primo & ſecundo caſu iſtius. l. & econtrariò non attenditur pluralitas debitorum, quando eſt vna tantum perſona, cui debentur: vt in verſicu. nam nec, ſcilicet ad hoc vt plures habeantur, q̃ in pluribus requiritur pluralitas, & perſonarũ, & debitorum

debitorum quæ prætẽduntur. †Item no. in verſ. necnon. q̃ vnus tutor plurium pupillorũ, licet repræſentat plures, nõ habetur pro pluribꝫ, ſi illi plures repræſentati habebãtur, p̃ vno: quia prætẽdebat vnũ tantùm debitũ. Nam nõ debet haberi in plus repręſentãs, quàm repręſentatus. Si ergo illi pupilli prętendebat diuerſa debita, à contrario ſenſu iſtius tex. vnus tutor plurium pupillorũ & haberet pro pluribus, ſicut & plures habẽtur interdũ pro vno: & hoc tenet hic Gul. de cug. ponderans illud verbũ, vnum debitũ. & etiam Bal. vt ſit cõcluſio, q̃ idem iuris eſt de repræſentante, quod eſt de repræſentato.

†Not. etiam ſingu. in hoc ver. quòd tutor in hoc caſu poteſt remittere debitũ pupilli gratis: licet regulariter ſecus: vt no. ĩ. eo. l. tutoris. quoniamex hac remiſsione conſequitur pupillus etiam vtilitatẽ. & quia fit etiam ex cauſa neceſſaria. Ideo dicũt doc. q̃ ſi ſtatutum dicat, q̃ cauſæ conſanguineorũ cõpromittantur, tale compromiſſum poterit fieri à tutore nomine pupilli[a], & de iure, & de facto: quia facit de neceſsitate ſtatuti: aliàs nõ poſſet facere de facto, & dare licẽtiam arbitris, quòd auferant de iure pupilli. †Vltimò not. quòd ſit coaceruatio plurium debitorum in fauorabilibus, ſecus in odioſis. l. ſi idẽ cum eodem, cum ibi not. de iuriſdic. omnium iudic. Vnde ſi dicat ſtatutum, quòd bannitus in centum, poſsit impune offendi: ſi eſt bannitus ex vna[b] cauſa in quinquaginta, & in quinquaginta ex altera, nõ dicetur bãnitus in centũ vt poſsit offendi, vt no. in l. fideiuſſor. ĩ. de ſol. ſed ſi eſſet cõdẽnatus in quinquaginta, ſi non ſoluerit intra menſem incideret in alĳs quinquaginta: & tunc quia hæc ſecunda pœna adĳcitur primæ, & propter moram commiſſam cenſeretur cõdemnatus in centum, ſecundùm Ang. hic per iſtum tex. dum dicit vt ſuras appliceant: ſubdit tamen, q̃ non videtur q̃ iſte §. vltimus debeat intelligi quando iſte qui prætendebat plura debita ex diuerſis cauſis, debebat facere pactum: & ſic ſua ſententia erat benignior: ideo fit cumulatio. Sed ſi contradicebat pacto, nõ fieret cumulatio: quia ſua ſentẽtia eſt iniquior. arg. d. l. ſi idem cũ eodem. C. de iur. om. iud. & ita limito iſtũ tex. † Item Gul. de cu. inducit iſtum text. ad q. ſi donaui mille Titio & Seio ſine inſi nuatione: vtrũ iſta dicatur vna donatio, vt ſic nõ valeat vltra quingenta: an dicantur duę ꝓpter duas donatiões, ita q̃ cuilibet videãtur donata quingẽta, & ſic neutra erat vltra ſummã legitimã: & tenet hanc ſecũdam partem: vt inſpiciatur potius pluralitas perſonarum, quàm vnitas ſummæ ſpecificatæ per l. iancimus. C. de donat. §. ſi quis autẽ. & per l. ſi mihi & Titio. ĩ. de verb. ob. Ad iſtum autẽ tex. nõ rñdet, qui videtur probare cõtrarium, q̃ potius inſpiciatur vnitas debiti, quàm numerus perſonarũ. Vnde dic q̃ aut me obligo ex cauſa donationis Titio & Seio in mille: & cuilibet eorum inſolidum, tanquã duobus reis ſtipulandi: & tũc videbitur vna donatio, & hoc ꝓbat iſta l. in prin. quia vnicũ tatum debitũ eſt, pro quo cuilibet eorum inſolidum actio cõpetit: & ſi alter ipſorũ ageret, & totum conſequeretur nõ teneretur participare alteri, cùm ſit ex cauſa lucratiua, vt no. in l. ſi Titio. de leg. ĳ. & in l. ſi hominem. §. ĩ. de ſo. per Bar. aut me obligo eis ſimpliciter, vel ſimpliciter dono, incipiendo à traditione: & tũc cuilibet eorũ videor donare, pro dimidia: & ſic erũt duę donationes per l. reos. §. cũ in tale. pro dimidia. & ſic erũt duę donationes per l. reos. §. cũ in tare. pro dimidia: & ſic erũt duę donationes per l. reos. §. cũ in tabulis. de duob. re. & tunc habebit locum dictum Gul. de Cugbulis. de duob. re. & tunc habebit locum dictum Gul. de Cug. de duob. re. & tunc habebit locum dictum Gul. de Cug. de duob. re. & tunc habebit locum dictum Gul. de Cug

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Hypothecam. an fiscus habeat hypothecam ex maleficio vide Paride de puteo in tracta. de syndicatu.

b ✠ De qua vide opti. tex. in l. cũ proponas. C. de trãsac. & ibi do. & in l. ita stipulatus. de ver. ob. ff. & in c. fi. de loca. & doc. in cap. inter R. seniorem. de elect.

fuisse citatũ. Prædicta tñ cõmittitur pluribus simpliciter: sed si diceret in cõmissione ꝙ priores vel septimus ex eis possẽt talẽ actũ facere: an tũc septimus nõ requisitis alijs posset actũ facere: vide quod ponit Barto. notabiliter in l. hæredes mei. §. peto. ff. ad Treb. & l. si vni. ff. de re iudi. & videt tex. ꝙ sic ff. de arbi. l. non distinguimus. §. cũ in plures. & in c. cũ plures. de offi. dele. li. vj. cũ gl. sed intellige, & distingue, vt no. Bar. in locis prædictis. In glo. quæ incipit hypothecas tacitas, ibi, quo casu fiscus alijs nõ præferẽ. no. ga ista gl. nõ dicit, ꝙ fiscus ex maleficijs nõ habeat hy-

a pothecã: [a] licet quidã allegẽt eã ad hoc, sed nõ bene. Sed dicit ꝙ alijs creditoribus nõ præferẽ: qđ põt intelligi, posito etiã ꝙ habeat hypothecã: & alijs creditores nõ habeãt: quia tractat de lucro, & creditores de dãno: sicut & creditores etiã hy tothecã nõ habentes, præferunt̃ legatarijs habẽtibus. l. j. §. fi. C. cõmunia de lega. & hęc est veritas: ga fiscus habet hypothecã, nõ solũ ex cõtractibus suis, sed etiã ex delictis: vt no. glo. in l. j. C. de pe. fis. lib. x. licet nõ præferat alijs: quod etiã tenet Dyn. in l. qđ placuit. ff. de iure fis. & etiã alij doc. vt no. Cy. in l. si qs posthac. C. de bon. dãna. & Gul. hic dicit tñ ꝙ contra hiẽ ista hypotheca demũ lata sentẽtia qm̃ anteq̃ sit lata, crimĩosus nõ est obligatus fisco ad pœnã aliqua obligatione vel actione psonali: p l. eius q delatorẽ. ff. de iure fis. & Bal. hic allegat ad hoc l. si qua pœna. ff. de ver. signi. quod etiã ꝓbatur secundũ Guli. in l. post cõtractũ. ff. de don. vbi põt liberẽ alienare bona: qđ nõ esset, si essent obligata: & sic nõ est dare principaliter obligationẽ: vbi nõ est dare hypothecariã. Sed Ang. dicit eã cõtrahi statim lit. cõtest. super crimine. i. facta rñsione ad inquisitionẽ vel accusationẽ: ga in iudicijs, quasi cõtrahiũt per cõte. litis. vt l. iij. §. idem scribit. ff. de pecu. nõ solũ p sniam. p̃dicta vera in maleficijs, ex quibus nõ venit cõfiscatio bonorũ: sed venit interponẽda certa pœna pecuniaria: aliàs cũ in fiscũ sit trãsiturũ dñiũ, nõ põt dici, ꝙ bona sint fisco obligata. vt l. neq̃ pignus. ff. de re iudi. secũ

4 dũ Guli. de cug. & alios. & not. † ꝙ fiscus vel camera cõis, debet cõtentari de eo, qđ cõtentant̃ alij creditores vel contẽtari debẽt: & sic iura loquẽtia in priuatis, vendicãt sibi locũ in fisco vt ff. de pe. hære. l. itẽ veniũt. §. ait senatus. & §. in priuatorũ secundũ Bal. hic. In gl. quæ incipit, scilicet pñtiũ ibi. l. si ꝑceden te. §. fi. ille §. videt obstare in duobus. Primò in qm̃ dicit, ꝙ pactũ maioris ptis p̃iudicat absentibus priuilegiatis in actione psonali, & ibi videt dicere cõtrariũ: & ad hũc fi. gl. format hoc cõtrariũ. Sed solue melius quã gl. & do. ꝙ p̃iudicat in pte debiti remissa: vt hic: sed in remissa nõ p̃iudicat priuilegio: & sic vtenẽ eo cõtra alios nõ priuilegiatos in illa pte: & ita debet intelligi ille tex. fm Iac. but. Itẽ ob. i alio, inquãtũ hic gñaliter dr̃ ꝙ si absentes non hñt hypothecas, fit eis p̃iudiciũ per pñtes: & ibi dicit contrariũ, si habebat fideiussorẽ vel mandatorẽ, licet non hypothecã: sed solue, ꝙ iste text. in hoc supplet per illum, cum sit eadẽ ratio quæ est in hypotheca: qm̃ habẽt quẽ conueniant, posito, ꝙ ille non adeat hæreditatẽ: & ideo ex remissione nullum consequent̃ comodũ: & istud, ꝙ factũ maioris partis noceat minori, fuit ideo inductum, quia nõ omnino nocet: imò in aliquo prodest: quia efficitur, vt habeant quem conueniant: quem non habent, si hæreditas non aditur.

2 ☞ *Conuentio liberatoria non nouatur per conuentionem stipulationis pœnalis, & quid de conuentione obligatoria?*

3 *Si dico promitto tibi tale quid sub pœna centum: illa uerba sub pœna important stipulationem.*

Si dico mutuo tibi centum sub hoc pignore, censetur pignus obligatum.

1 §. Si pacto subiecta. † Veniẽs cõtra pactũ de nõ petẽdo, põt exceptiõe repelli: & ẽt ad pœnã ꝓmissam cõueniri, put elegerit cõuẽtus: simul verò vtroq; remedio vti nõ põt: sed debet altero cõtent̃ esse.

2 h. d. & allegat̃ fm gl. † ꝙ conuẽtio liberatoria nõ nouat̃ per cõuentionẽ stipulationis pœnalis, & de hoc nullus dubitat p istũ tex. sed de conuẽtione obligatoria, an teneant̃: tot fuerunt sententiæ, quot capita: quas refert Bar. in l. ita stipulatus. ff. de ver. obli. Ego dixi id quod mihi videtur in l. prędia. ff. de ac. empt. Et reperio, ꝙ Ange. hic est in opinione mea, ꝙ indistinctè nõ fiat nouatio: quia tex. qui principaliter allegatur. s. obligationum ferè. §. fi. ff. de actio. & obli. & nõ dicit, ꝙ fiat nouatio sed quasi nouatio, quod declara vt dixi in d. l. prędia. In tex. ibi, si pacto. s. de nõ petendo. In tex. ibi, põt stipulatio: quia promisit pœnã si veniret contra pactũ de nõ petẽdo: vnde quęrit, qđ remediũ habebit debitor. & ff. subijcit, ꝙ potest eum repellere per exceptionem pacti, & etiã ab eo petere pœnã, prout tũc elegerit: & sic ambo remedia orta sunt, & in origine concurrũt. Ideo posuit dictionẽ, vtraque: quę est dictio collectiua: sed nõ concurrũt in executione, prout in simili habetur in l. j. C. de furtis. & intelligo hũc tex. si opposuit exceptionem, & obtinuit: quia fuit absolutus, vt tũc sit excluſus à consecutione pœnæ, quinimò teneatur promissorẽ liberare per ecceptilationẽ, vt ff. subijcitur, quasi pœna habuit ex hoc intentũ repulsionis, aliàs sufficeret ꝙ ipsi debitori competeret exceptio, & petẽdo se liberari videretur plus petere: quod dic vt nota. Bart. in l. iij. §. nunc de effectu. ff. de lib. leg. Si verò succubuisset in exceptione, vel penderet adhuc lis, nõ puto, ꝙ teneat illũ liberare: imò in primo casu posset redire ad pœnã, postquã prima electio nõ est fortita effectum, prout in simili habẽt in l. fi. C. de fideiusso. & ff. si cer. pe. l. fi. nã creditor teneẽ eligere vnũ ex duobus reis debẽdi: ga nõ põt à quolibet eorũ totũ petere, vt cõsequat̃ cũ effectu: & tñ si elegit, & succubuit, non prohibetur ad aliud redire: quia petijt, sed non exegit: vt dictis iuribus. facit l. perceptione. ff. de his qui deie. vel effu. non emi ista remedia electiõe tollunt̃: quia non sunt inter se cõtraria, aliàs esset secus. vt l. fi. C. de codi. & l quod in hærede. §. eligere. ff. de trib. In glo. quæ incipit altera, ibi, vel verius: tu dic vt s. dixi quia dictio, vtraq;, refertur ad originem: & verum est, ꝙ in ea concurrunt ambo remedia, nõ autẽ ad executionem: quia nõ vtiẽ vtraque, sed altera. In fi. gl. ibi & perpetuã habes securitatem. ratio est: quia qñ debitor est liberatus per acceptilationẽ, cum creditori nulla remãserit obligatio, vel actio, potius dicit repelli ex defectu iurissui, quã ab ipso debitore: nam & si debitor taceret, iudex ipsum repelleret: quia vidit eũ sine actione agere. vt l. vbi pactũ. C. de transac. & ibi not. in gl. ideo habẽt recursum ad pœnã. Sed qñ est liberatus per pactũ, tũc remanet creditori actio, licet elisa. Vnde si opponat exceptio, dicitur repelli ab ipso debitore: quia si debitor nõ opponeret, nõ repelleret̃, vt no. ff. e. l. si vnus. §. pactus. post̃q; ergo debitor vsus est vno remedio cõtra eum, nõ debet vti altero: sed in primo casu nõ videt fuisse vsus primo, ideo nõ prohibet̃ vti altero: & hæc est rõ subtilis. Est etiã alius casus in quo cõuentus põt vtrũque cõsequi. s. repellere agentẽ, & petere pœnã, qñ pactũ fuisset iuramẽto vallatũ, vt l. si quis maior. C. de transac. Itẽ ali° qñ esset appositaclau

b sula, [b] rato manente pacto. vt ff. de trãsac. l. q fidẽ. & in principio sequẽtis gl. magnæ. In gl. quę incipit aliud. ibi sed hodie. Cõtra ista gl. nescit qd dicat. nã l. fi. C. de noua. quę vult, ꝙ hodie nõ ꝓsumat̃ nouatio, nisi agat̃ expresse: quod olim non erat, qñ in secunda stipulatione interueniebat plus, quã in prima: vel interueniebat noua persona: loquit̃ in stipulationibus coequiuocis: quo casu qd iuris erat olim, & quid sit hodie, vide Bar. in l. Iulianus. ff. de ꝓto. stipul. Qñ aũt vna est obligatio vel stipulatio principalis, altera pœnalis: an prima remoueat̃ per secundã illã legẽ de iure veteri: ideo dic, vt in locis suprà allegatis. In gl. ibi, ꝙ autem ista gl. vult hic ostendere, ꝙ conuẽtio liberatoria possit nouari per stipulationẽ pœnalem, nã licet nouatio sit vnius obligatiõis in alterã transfusio. vt l. j. ff. de noua. & hic sit liberatio, vnde videbat̃ non posse trãsfundi in pœnalem stipulationẽ. tñ dicit gl. ꝙ in omni pacto liberatorio ineſt etiam obligatio naturalis: ad non petẽdũ. vt not. in l. si vnus. §. pactus. ff. eod. & ideo potest hic cadere nouatio: quia illa obligatio naturalis transfundet̃ in aliã obligationem pœnalẽ: & tunc ad contrariũ, quod posset fieri. Et si ita est, ergo iste conuẽtus nõ debet posse vti exceptione pacti: quia illud pactũ est sublatũ iure nouationis, trãsfusum per stipulationẽ pœnalem: solũ ergo debet posse peti pœna, cuius contrariũ hic dicit gl. rñdet, ꝙ hoc debet intelligi, qñ fuit actũ expresse, ꝙ nõ fieret nouatio. Vel dic, ꝙ loquitur secundũ iura Codicis, secundum quæ nõ fit nouatio nisi expresse agat̃, ꝙ fiat: licet solutio prima est diuinatio: secunda est falsa: ga vt dixi per illã l. fi. nihil inducit̃ de nouo in hoc casu. Dicas ergo ꝙ ꝓsupposito, ꝙ conuen

cõuentio obligatoria possit nouari per cõmissionẽ stipulationis pœnalis: nõ tñ sic in liberatoria: quia per nouationẽ omnis effectus primæ obligationis tollit̃, & trasfundit̃ in secũda, qđ potest fieri in obligatoria, sed in liberatoria nõ. Nam licet sit verũ, ꝙ ex pacto de nõ petẽdo nascat̃ naturalis obligatio, etq; ista possit trãsfundi in secũdã: tñ etiã illud pactũ operat̃ alios effectus: quia tollit naturalẽ obligationẽ, & elidit ciuilem, & etiam actionẽ. Et isti effectus nõ possunt trãsfundi in stipulationẽ pœnalẽ: quia sunt penitus cõtrarię naturæ illius, & cum ea nõ possunt se cõpati: & hæc est ratio, quia fm oẽs, cõuentio liberatoria nõ nouat̃ per cõmissionem stipulationis pœnalis.

3 †Vltimò no. in fi. gl. quæ est sing. ꝙsi dico, promitto tibi tale quid sub pœna centũ: illa verba sub pœna, important stipulationem: & est perinde ac si dixissem, si non dedero vel fecero ꝓmitto tibi pœnã per stipulationẽ: & ista gl. semp allegat̃ ad hoc. & vide Bart. in l. ad diem. ff. de verb. obliga. simile si dico,

a mutuo tibi centũ sub hoc pignore [a]: quia cẽsetur pignus obligatum: vt l. cod icillis. §. instituto. & ibi no. de leg. ij. & ff. de annuis leg. & l. fundus. & ibi Bar.

2 ☞ *Differentia inter exceptionem pacti directam, & exceptionem doli remiſſ.*

3 *Licet in conuẽtionibus obligatorijs ubi adest rigor oritur directa actio, ſed ubi deficit rigor, et adeſt æqtas, oritur uel datur talis actio ex illo cõtractu, uel à prætore.*

Ex conuentione liberatoria ubi deficit rigor, & adeſt æquitas, non oritur utilis exceptio pacti, ſed exceptio doli.

4 *Ex conuentione liberatoria facta procuratori nomine procuratorio, acquiritur exceptio doli domino, ſine aliqua ceſſione ipſo iure: & quid in obligatoria?*

5 *Habens generale mandatum ad negotia, poteſt etiam agere, licet in inſtrumento de hoc nihil dicatur.*

6 *Tutor et curator poſſunt facere pacem de morte patris pupilli, & remittere iniuriã.*

7 *Rector uniuerſitatis, uel prior collegij uel alij præpoſiti uniuerſitatis dicuntur habere generalem ad miniſtrationem cum libera.*

An priores ciuitatum poſſint præiudicare niſi habeant ſpeciale mandatum?

1 §. Plærũque solemus. †Pactũ de nõ petẽdo factũ procuratori, prodest dño quo ad doli exceptionẽ: non pacti: sed factũ à procuratore nõ nocet domino nisi in tribus casibus: s. si habẽt specia le mandatũ ad hoc, vel habet generale cũ libera: vel est procurator in rem suã. Item habẽtes legitimã administrationẽ, vt tutor & curator, & magistri societatũ, seu rectores, dicuntur habere generale cum libera: & pactum ipsorũ potest prodesse & obesse. h. d. & gl. intelligit & limitat, & bene qñ nõ cõtinet dominationẽ: & sic aliqua vtilitas ex eo resultat. Nã in generali mãdato etiã cum libera nõ venit vt donare possit: vt ff. eod. cõtra

2 iuris. §. fi. & hoc dicunt isti tex. vsq; ad l. si cùm emptor. †In tex. ibi, in subsidium esse pacti exceptionis, quia cõtingit interdum de rigore iuris, ꝙ nõ possit parere exceptionẽ pacti: & tamẽ suadet æquitas cõtrariũ: & ideo fuit inuẽta exceptio doli subsidiaria: vt ibi deficit rigor, & adest æqtas, & deficiat directa exceptio pacti, vt detur exceptio doli, vt s. eo. l. iurisgẽtium. §. si ante aditã. ver. sed an vel doli &c. & quæ sit differen

5 tia effectualis inter exceptionẽ pacti directã, & exceptionem

3 doli: dic vt dixi post Bal. ibi. †No. ergo ꝙ licet in cõuẽtionibus obligatorijs vbi adest rigor, oritur directa actio: sed vbi deficit rigor, & adest æquitas, oriẽ vel datur talis actio ex illo contractu, vel à prætore. tamen ex conuentione liberatoria, vbi deficit rigor, & adest æquitas, nõ oritur vtilis exceptio pacti, sed exceptio doli: quia nõ requiritur vtilis exceptio pacti: qa nec est necessaria, cum habeamus generalem doli exceptionem, quæ competit ex æquitate, vbicunq; æquitas suadet: vt l.

4 qui exceptionem. ff. de doli excep. †No. etiam hic secũdum Bart. magistraliter, quòd licet in cõuentionibus obligatorijs, si stipulatur procurator procuratorio nomine domini, nulla actio acquiratur domino ipso iure: sed ipsi procuratori solùm acquiritur directa, qui tenetur eã cedere: vt l. possessio quoq;. §. sed si possessio. de acqui. pos. quia cessione facta, habet vtilẽ. Ex conuentione tamen liberatoria facta procuratori nomine procuratorio, acquiritur exceptio domino sine aliqua cessione ipso iure: quia exceptiones non ceduntur: directa verò nõ, propter rigorem iuris, qui est, quòd alteri non potest quis stipulari vel pacisci. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obl. In text. ibi, sicut pactum procuratoris mihi nocet: dic factum à procuratore meo: nam s. locutus est in pacto facto procuratori meo de non petendo à me, hic loquit̃ de facto à procuratore

a meo, quòd ego non petam ab alio: & dicit̃ ꝙ in tribus casibus nocet mihi, qui sequũtur, quando dedit speciale mandatũ &c. Item quãdo generale ad negotia, supple, secundum glo. cum libera. aliàs nõ posset alienare bona, ergo nec actionem, vt l. mãdato generali. s. de procura. sed qui habet liberam, potest vtrunq;. vt l. procurator q

c libera. eo. tit. intellige tñ, dummodo nõ cõtineat donationem, puta, quia factum est debito modo bene liquido, & expediebat dño ita fieri, aliàs fuisset condẽnatus in expensis, quia nõ probauerat. ad quod. ff. de iureiur. l. tutor. in prin. & quod not. in d. l. contra iuris. §. fi. sicut dixi s. in tutore & curatore. Est & tertius casus, qñ est procurator in rem suã, vt d. l. sed si tantũ. in vers. fi. & hunc casum declara vt in l. si cum emptor. ff. proxi. quæ emanuit ad huius declarationẽ: si autẽ procurator habebat specia le mandatum dũtaxat ad agendũ, non potest facere pactum in præiudicium domini. vt in d. l. sed si tantum. in prin. sed nec ad eius vtilitatem: quia extra illã causam ad quã habet mandatũ, reputatur penitus extraneus, vt C. de procu. l. si procurator ad vnam. & hoc voluit gl. quæ incipit, & habuit liberã in fin. Aduerte ergo diligenter, ꝙ in istis tribus casibus, in quibus procurator potest pacisci in præiudicium domini: multo magis potest pacisci in eius vtilitatem, quòd à domino non petatur. Sed extra istos casus, si habet generale mandatũ sine libera, licet nõ possit pacisci ad damnũ, vt in gl. potest tñ pacisci ad vtilitatem, ꝙ à domino nõ petatur: & de tali procuratore põt intelligi iste vers. vt puta. & hoc etiã est de mente illius gl. nec requiritur alia ratihabitio dñi: quia in gñali mandato, videtur a

b ctum vt possit facere oĩa vtilia. [b] Vnde ff atim sibi etiam ignoranti acquiritur doli exceptio, cum præcesserit voluntas dñi, vnde non requiritur ꝙ sequatur. vt l. si procurator. ff. de condi. inde. & ibi, qñ non haberet mandatũ speciale ad vnum actum, puta ad agendũ, si sibi fieret pactum de nõ petendo à domino, non acquireret sibi statim exceptionem doli, quin ad hoc non habuit mandatum gñale vel speciale. & ita intellige quod dixi s. Sed si dominus ratum haberet, & tunc acquiretur exceptio domino: quia retrotrahitur, & mandato comparatur, vt l. fi. C. ad mace. & quod not. ff. de neg. gest. in l. si ego. Ex his apparet, quòd rationes quę hĩc ponuntur per iurisconsultũ, non videnẽ bonæ nec sufficientes, dum primo dixit, quòd pactum procu. potest prodesse: quoniam potest etiam nocere: nam non potest nocere nisi in tribus casibus, & tamen potest prodesse etiam in quarto: quando habet generale mandatum sine libera. Item dum dicit, quòd potest ei solui: nam non sequitur, ergo potest pacisci, vt patet in obiecto. & hĩc in glo. quæ incipit, nõ est bona ratio. † In tex. ibi cum placuit. not. hĩc secundum docto. ꝙ

5 habens generale mandatum ad negotia, potest etiam agere, licet in instrumento nihil de hoc dicatur: nam & hoc inter negotia computatur, de hoc. ff. manda. l. si procuratorem. §. j. & in c.

6 qui generaliter à procu. lib. vj. † Item Iac. But. inducit l. tutoris. quòd tutor [c] & curator possunt facere pacem de morte pa-

c tris pupilli, & remittere iniuriam: quia hoc est vtile pupillo, nec dicitur continere donationem, supplendo tex. prout intelligit glo. quòd pactum tutoris potest prodesse, supple & nocere, quando continet donationem. † Vltimò not. in l. item ma

7 gistri quę semper allegatur, quòd rector vniuersitatis vel prior collegij vel alij præpositi vniuersitatis, qui diuersis nominibus nuncupãtur, dicuntur habere generalem administrationẽ cum libera: & sic possunt facere conuentiones ad vtilitatem, & etiã ad damnum, si non continet donationem, quod est not. & acquirunt vniuersitati, & faciunt eam repelli ab agendo. Et glos. hĩc quærit, quid de prioribus ciuitatum: & tenet non posse præiudicare, nisi habeant speciale mandatũ: sed non video rationẽ diuersitatis inter præpositos aliorum collegiorũ, vel corporũ, & priores qui dicuntur magistri vniuersitatum facientiũ ciuitatem, castrum, vel villam, possunt ergo pacisci ad vtilitatem, sic etiam ad præiudicium: nisi continet ambitionem. id est donationem de debito liquido, vt l. præses. C. de transact. nisi haberent ex forma statuti. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Quod intelligendū est, ſi opponaſ, vel allegeſ: aliquā nō repellit, vt per Bart. in l. ſi vnus. §. pactus ne pet. in vj. col. hoc tit. j. Et de impletione huiuſmodi pacti vide p Bal. in l. j. ex placito. xx. q. de re. permut. & adde ꝙ huiuſmodi pacti literis eſt impeditiuum; adeo vt in hoc duas parant exceptiones: nimirū declinatoriā, et peremptoriā. vt per Bald. in marg. in verb. pactū. ver. j.

b ¶ In libello. vide per do. de Rota deſio. ſuis in nouiſ. de liſe. obla. & quod cedēs agens ex iure ceſſo, teneatur hoc exprimere in libello p Alex. de Imo. in conſ. cxxxviij. col. ij. ver. ij. ex alio. in ij. volumine. Cur.

☞ *Ceſſionarius ſi non fecit pactum de non petēdo, quòd cedens poſsit efficaciter intentare actionē directum quæ apud eum remanſit, niſi interueniat quod hic dicitur. & nume. r.*

Emptor hæreditatis de facto conuentus à creditoribus hæreditarijs ſi litem ſuſcipiat, an ex tunc videatur facere pactum quòd non petant à venditore?

Pactū quando ſit ab eo qui habet vtiles actiones, an præiudicet habenti directas, & quid econtra?

I cum emptore. † Pactum de non petendo factum debitoribus hæreditarijs ab emptore hæreditatis; qui habet vtiles actiones, nocet vendi tori penes quē remāſerunt directæ actiones. h. d. & dicas, ꝙ nocet in hoc, qa ſi hoc pactum non eſſet factum, poſſet venditor agere contra debitores hæreditarios, intentando directas, nec poſſent tunc eum repellere, propter hoc, ꝙ hæreditatem vē didit alteri: niſi in tribus caſibus, ſcilicet, ſi emptor eis denuntiaſſet venditionē ſibi factam, & inhibuiſſet quòd nihil ſolue rent venditori: vel ſi emptor incepiſſet agere priuſ contra eos, & litem fuiſſet conteſtatus, in actionibus vtilibus, vel niſi partem debiti ab eis recepiſſet: & hæc habentur in l. iij. C. de noua tio. quæ licet loquatur in cedente, locum habet etiam in dicto caſu, per iſtam l. aggreditur quartus caſus, in quo non poſſum
a repellere venditorē agentem. ſ. ſi emptor fecit eis pactum [a] de nō petendo, & hoc dat intelligere iſtam l. & iſta eſt optima,
2 & magna ſuppletio ad illam l. iij. † In tex. ibi & venditor hæreditatis petat: bene ergo patet hic, ꝙ licet hæres hæreditatem vendiderit, & vtiles actiones in emptorem tranſtulerit contra debitores hæreditarios: nihilominus ipſe agere poteſt, intentando directas, & obtinere, ſi emptor non feciſſet pactum de non petendo, vel niſi aliquod ex illis tribus interueniſſet.

In tex. ibi vtiles actiones, ſupple vt etiam iudicis officium cō petat venditori: nam & illud transfertur in emptorem, vt j. de optiō. lega. l. ſi optio. §. j. & hoc in actionibus, quas venditor habet actiue contra debitores hereditarios, ſed illas quibus tenetur paſsiuè non transfert, etiam vtiles in emptorem: quia nō eſt in ſua poteſtate ſe liberare à creditoribus, & alium reū dare loco ſui, & ideo ipſe eum conueniret, & non emptor. C. de
3 hæred. vendi. l. ſecunda. † ſi tamen de facto creditores conueniant emptorem, & emptor litem ſuſcipiat, ex tunc videtur facere pactum cum eo, ꝙ non petant à venditore, & ſic acquirit venditori exceptio taciti pacti, etiā abſenti & ignoranti, & iſte eſt caſus ſingularis. C. eo. l. iij. ex quo ſequitur, ꝙ ſicut pactū pro curatoris in rem ſuam nocet domino, vt in hoc tex. ita & prodeſt vt ibi. Doc. tamen videntur ibi ponderare, quòd illud pactum ſit tacitū: & ideo poteſt prodeſſe alteri abſenti & ignorāti: ſecus videntur tenere in pacto expreſſo, quod mihi non videtur verū, ne maioris efficaciæ ſit tacitum quàm expreſſum. vt no. ſ. eo. l. item quia. propterea ſi pactum ſimplicis procuratoris pōt prodeſſe domino abſenti & ignoranti: vt ſ. e. l. reſcriptum in fine. ergo & procuratori in rem ſuā: quia quodammodo participat de hac obligatione: ideo poteſt alij acquirere, ſicut & fideiuſſor paciſcendo expreſsè quòd à reo non petatur, prodeſt ei quantum ad doli exceptionem. vt j. eo. l. idē in duobus. in fi. cum l. ſeq. ſecus in omnino extraneo, qui de illa obligatione non participat. vt no. in d. l. idem in duobus. & l. nō ſolum. §. ſi liberationis verba. j. de liber. leg. ideo autem emptor dicitur procurator, quia non intentat niſi vtiles: & ideo neceſ-
b ſe habet facere mentionem in libello, [b] de venditione ſibi facta ab illo qui adiuerat hæreditatem, & ꝙ per hoc factus erat creditor iſtorum, & iura ſua tranſtulit in eum, vnde cum nitatur ex perſona alterius l. qui ſtipendia. C. de procuratoribus. dicitur procurator illius: ſed quia omnis vtilitas actionis remanſu ra eſt penes eū, dicitur procurator in rem ſuā: & ſic potius habetur pro domino, vt poſsit debitum remittere: & hæc eſt intentio iſtius l. & no. quia ex pacto non oritur exceptio pacti, ſed doli: quia mero iure nō potuit illi præiudicare in ſuis directis: ſed de æquitate ſic: poſtq̄ effectum illarū directarū & vtilitatē
4 earum tranſtulit in emptorē. † In prima gl. diuide iſtā glo. in tres partes. nam primò formando vnā quæſtionē facit vnā reſponſionē, ex qua reſultāt duo caſus, vſq; ibi, ſi aūt hæres. Secū dò limitat id qđ dixerat in primo caſu, vſq; ibi, hoc aūt accipe. Tertiò limitat id qđ dixerat in vtroq; & reputat difficilis iſta gl. & qđ cōtrariat ſibiipſi: queſtio em̄ eſt ꝗa tex. loquit qñ pactū fit ab eo q habet vtiles actiones, an prejudicet habēti directas? qđ econtra in eo qđ fit ab habēte directas, an præiudicet habēti vtiles? Et ex gl. colligunt duo caſus. Primus qñ fieret ante interueniſſet aliquod de illis tribus, quę habent in l. iij. C. de nouationibus. & tūc vult gl. à cōtrario ſenſu, qđ noceat nā tūc habebat directas efficaces: ideo ſicut poterat eas intentare in prejudiciū habētis vtiles, ita & remittere. Secundus eſt, qñ fieret poſtq̄ aliquod de illis tribus interueniſſet: & tūc ſecus, per rōnem cōtrariā: quia tūc habet directas inefficaces: & ſicut nō pōt eas intētare in præiudiciū habētis vtiles, ita nec remittere. Poſtea limita primū dictū, vt ſit verū in venditore hereditatis, penes quē remāſerunt directę cū effectu: ſecus in hæreditatis, penes quē remāſerunt directę cū effectu: ſecus in hæreditatis, penes quē licet remanſerint directæ, tñ ſunt totaliter inutiles: & ideo indiſtinctē etiā antequā interuenerit aliquod de iſtis tribus, ſicut nō pōt eas intētare in prejudiciū fideicōmiſſarij, ita nec remittere, & dicit Angel. hic q ratio eſt, qa reſtituēdo hæreditatē ponit fideicōmiſſariū in locū ſuū: & per hoc dicit ſe cōſuluiſſe, & obtinuiſſe, q ſi in inſtrumēto ceſſionis dicat, ꝙ cedēs poſuit ceſſionariū in locū ſuum, etiā antequā aliquod illorū triū interueniret nō pōt cedēs intētare directas per l. qui quadraginta. j. ad Trebel. mihi videt ꝙ malē cōſuluerit, quia eo ipſo ꝙ quis cedit, ponit ceſſionariū in locū ſuū, ſicut & qui reſtituit hæreditatē, nec eſt illa rō, quare directæ quæ remāſerunt penes hæredē q reſtituit hæreditatē pñti inefficaces ſunt, ꝙ poſuerit fideicōmiſſariū i locū ſuū: ſed ratio eſt authoritas ſenatuſcōſ. Treb. ꝙ vult hoc, vt poſt reſtitutā hæreditatē ſicut hæres eſt liberatus à creditoribus, ita creditores liberent̄ ab eo: nō ſic eſt in vēditore hæreditatis, qui non liberat̄ à creditoribus: & ideo nec debitores liberāt̄ ab eo per ceſſionē: & hæc eſt veritas. Poſtea vltimò gl. i fi. limitat vtrū q dictū, vt tūc procedāt ea quæ dicta ſunt, qñ debitores liberati per pactū. ſciebāt hęreditatē venditā vel reſtitutā: vt tūc diſtin guat vt ſ. ſi autē ignorabāt, tūc propter ꝓbabilē ignorantiā, ne decipiant̄ à quocūq; factū fuerit pactū, vel ab illo qui vendidit vel ab eo qui reſtituit, & quocūq; tpe, vel antequā interueneret aliquod de illis tribus, vel poſt: tale pactū eis prodeſt, & no cet habenti vtiles, & hæc eſt intētio glo. peſsimè declaratæ per doc. q dicunt, quòd ſibiipſi contrariat: cū primò facit differentiā inter illū q vendidit, & illū qui reſtituit. & poſtea in fi. nullā differentiā facit. Sed ſalua pace, nō cōtradicit ſibi: qa ibi loquitur qñ ignorabant debitores hęreditatē venditam vel reſtitutam: & tunc vult q non ſit differentia, nec in perſonis nec in tempore. Quādo autem ſciunt, ſi pactū fuit, poſtquàm aliquod de illis tribus interuenerit, ſimiliter nō eſt differentia: quia ſicut factum ab illo qui reſtituit nō valet in præiudiciū habentis vtiles, ita nec ab illo, qui vendidit: ſi verò antequā aliquod de illis tribus interuenerit, tūc facit differentiā inter illū q vendidit, & illū qui reſtituit: & hæc eſt intētio glo. malè intellectę per do. Nūc ergo eſt videndū an iſta gl. dicat verū, circa qđ breuiter vltra q̄ do. dicāt diſtingue tres caſus cum quęrit, vtrū alius qui habet directas actiones p̄iudicet illi qui habet vtiles? nā aut loquimur in pacto gratuito, vel in cōfeſsiōe. ſi cōfiteret illud non eſſe debitum efficax & tunc dico eſſe diſtinguendos duos tm̄ caſus, ꝙ aut tranſlatio vtiliū actionū fuit facta ad cōmoditates habentis directas: puta, ſi aliquis ceſsit ſibi actionē ſuam contra me, & fuit actum ꝙ quicquid exigeres, redderes ſibi & tūc reputaris ſimplex procurator poſtquam commoditas non eſt remanſura penes te: & cum reputetur ille principalis dominus: & ideo pactum ab illo mihi factum & etiam confeſsio præiudicat tibi tanquam facta à domino. argu. hic in fi. iſtius l. aut fuit facta ad vtilitatem tuā, & commoditas erat penes te remanſura: & tunc indiſtinctē pactum illius vel cōfeſsio tibi nō nocet, ſiue ego fuerim ignoras, ſiue ſciens de trāslatione facta: nec poſſum cōqueri qñ ſim ignorans, quia nihil perdo de meo; licet non acquirā lucrū. l. qui autem. §. ſimili modo.

j. quæ

j. quę in frau. credi. quia nō eſt in poteſtate illius reuocare ceſſionem: ergo nec aliquem actū facere per quem inducatur reuocatio in effectu. nec etiam diſtinguo hoc caſu, an hoc pactū vel confeſsio fiat, antequā interueniat aliquod de illis tribus, de quibus in l. iij. C. de noua. quia illa loquitur in alio caſu vt dicam j. Et hoc modo intelligo illa, quod doc. no. in l. fin. C. de procur. per Cy. & in l. facta. §. ſi hæres. j. ad Treb. per Bar. vbi diſtinguunt an ceſsio ſit facta ad cōmoditatem cedentis, vel ceſsionarij: aut loquimur de pacto nō gratuito, puta, de trāſactione quæ fit aliquo dato vel retēto: & hoc caſu ſi ceſsio fuiſſet facta ad cōmoditatem cedētis: idem dico per omnia quod
b ſ. Sed ſi ad commoditatē ceſsionarij, dico diſtinguēdum hoc caſu, ſolùm in hoc, an ſciebam translationem vtilium factam: & non prodeſt mihi translatio facta cum habente directas in præiudicium habentis vtiles: aut ignorauit, & tunc ſecus: vt l. ſi. j. de tranſact. & tunc diſtinguo, an remanſerunt penes illū directæ efficaces, vt in cedente, & in venditione hæreditatis: an efficaces: vt in hærede qui reſtituit hæreditatem, vt ibi patet. & hoc ne bona fides mihi noceat, quia tranſigendo fortè aliquid dedi vel feci, quā nō dediſſem vel feciſſem, ſi ſciuiſſem vtiles fuiſſe translatas. nec etiā diſtinguo hoc caſu, an facta ſit translatio antequā interuenerit aliquod illorū triū de quibus in d. l. iij. vel poſt ſed ſolū, an ſciuerim, vel ignorauerim & ſi ſciui nō prodeſt mihi, licet facta ſit antequā aliqđ illorū triū interuenerit: aut non quærimus ſi agat contra me ille, penes quem remanſerūt directæ: an poſsim repellere dicēdo, quòd iura ſua ceſsit alteri, vel tranſtulit vtiles in alium. & hoc caſu loquitur illa l. iij. C. de noua. ꝙ ſi aliquod illorum triū interuenerit, poſſet ipſum repellere: ſi nullū illorū triū interuenerit, non poſſet: licet ſciam ceſsionem factam, & velim hoc probare. Hoc tamen verum quando penes illū remanſerunt directæ efficaces, præterquā in dictis tribus caſibus. Secus ſi ineſſicaces, vt in hærede qui reſtituit hæreditatē: nā poſſum ipſum repellere, etiam ſi nullum illorum triū interuenerit per id quod dicit iſta gl. declarata vt ſ. dixi. Bart. autem videtur intelligere hæc vera, quando ceſsio fuit facta ad cōmoditatem cedentis: & tunc poſsim ipſum repellere poſtquā aliquod de illis tribus interuenerit, & ante non: & ita videtur intelligere illam l. iij. ſed ſi ad commoditatem ceſsionarij indiſtinctē non poſſum: ſed iſta eſt nimia reſtrictio ad illam l. Ideo hoc caſu, quādo agitur de repellendo cedentē ab agendo, nō puto adhibendam diſtinctionē, ſed ſolùm illā de qua loquitur illa lex: an agat, antequā interueniat aliquod de illis tribus, vel poſt: & iſta videtur mihi veritas in hoc articulo malē declarato per doc. & in quoſ̄ ſemper dubitaui, & muſaui, & pluries habui de
a facto [a] diuerſos caſus, & occurrit mihi dubitatio: quia quædā gl. fundant ſe ſolùm in ſcientia, vel ignorantia, & quædam an interuenit aliquod de illis tribus. aliàs non, vt not. in d. l. ſi. de tranſact. & l. nomen. C. quæ res pig. oblig. poſ. doc. verò faciūt vim ad cuius cōmodum ceſsio ſit facta vel non: & omnia iſta poſſunt eſſe vera, & procedere diuerſis reſpectibus, & caſibus quos ſ. dixi: & quos doc. nō ponderant, & ſi bene cōſiderētur rationes omnes palpātur, & omia ad cōcordiam reducuntur.

2 ☞ *Si ex contractu procuratoris non ſit domino acquiſita utilis actio ante ceſſionem quòd dominus poſsit illud debitum remittere inuito procuratore cum poſſet illum compellere ad remittendum.*

1 §. Sed ſi inter dominum. † Præmitte, ꝙ ſi procurator meus de mandato meo vendat tibi rem meam, acquiretur mihi vtilis actio ex vendito ad pretium, & ſine ceſsione, vt l. Iul. §. ſi pro curator. de act. emp. & per l. quòd procura. ex re. j. de procur. & ſibi non remanet directa: regulariter autē mihi non acquiritur ſine ceſsione. vt l. poſſeſsio. §. ſi poſſeſsio. j. de acqui. poſſ. pone ergo quòd re tibi vendita & tradita: conuenit tecum vt diſcedatur à venditione, & ꝙ reſtituas rem eidem procuratori: quæritur, ſi procurator poſtea agat ad pretium actione directa, an poſsis illum repellere ratione pacti mecū initi? dicitur hic, quòd ſi ſit pactum meum, qui habeo vtilem nocet habenti directam: quoniam ego effectus ſum principalis dominus, poſtquam vtilitas contractus ad me erat peruēturа, ſicut in præcedēti caſu: & hæc eſt vera poſitio caſus quē ſentit gl. in
2 prin. † Sed quæro qđ ſi erat talis cōtractus factus à procura re, ex quo non erat mihi acquiſita vtilis a actio, ante ceſsionem: vtrum poſsim illud debitum remittere inuito procuratore? videtur, ꝙ non poſtquàm nullam actionem habeo. Bar. tamen conſuluit quia poſtquā actio erat mihi cedenda, & poteram procuratorem ad hoc compellere, & etiam de illa actione facere quicquid mihi placet. vt
b j. man. l. idemque. §. ſi tui. poſſum debitū remittere, ſicut & procuratorem compellere [b] ad remittēdum per illum tex. vt etiā ipſe no. l. apud celſum. §. mādaui. j. de doli excep. vbi videtur de hoc gl. ordi. & alle gat etiam Bart. hunc tex. ad hoc. & l. mulier bona. §. fi. de iure do. tamē iſte tex. loquitur qñ habebam vtilem ſine ceſsione.

LEX XVIII.

Si tibi decem milia.

1 † Obligatio quæ re contrahitur, non poteſt amplius contrahi, quamperuenerit etiam ſi cōtrarium ſit actum expreſsè. h. d. & facit l. rogaſti. §. ſi tibi. j. ſi certū petatur. & ibi melius declaratur iſte caſus quàm hic in glo. In gloſ. ante finem ibi hodie contra. innuit iſta glo. ꝙ hodie iſta l. eſſet correcta: quia alia. x. poſſunt peti tā quàm donata & orietur actio ex pacto nudo. Tu dic, ꝙ hoc poſſet procedere, ſi conſtaret ꝙ animo donandi promiſit alia. x. aliàs non præſumitur animus donandi, ne duæ ſpecialitates concurrant vt dixi. ſ. eo. c
l. iuris gentium. §. ſed cum nulla. potius ergo præſumitur promiſſa, pro remuneratione mutui, & ſic tanquā vſura: & ideo ta le pactum non veſtitur cohærentia traditionis odio vſurarum vt in l. iij. C. de vſu. licet regulariter ſecus vt l. traditionibus. j. eo. & ſic ergo in mutuo, nō eſt prohibita remuneratio quæ fit animo donandi ex mera liberalitate: ſed illa quæ fit non ex liberalitate, ſed ex quadam neceſsitate, ne ſors exigatur vel alia cauſa, illa eſt prohibita: & adde quod dixi in illo §. ſi tibi.

2 ☞ *Conuentio legitima dicitur ea quæ coadiuuatur lege, ut ipſo iure tollatur quòd non eſt de natura pacti.*

3 *Qui deliquit, cenſetur conſentire ad pœnam legalem ficte.*

4 *Remittens in confeſsione coram ſacerdote iniuriam inimico, an cenſeatur remiſiſſe actionem iniuriarum ad pœnam?*

1 §. Quædam actiones. † Actiones ex maleficio ipſo iure tolluntur per pactum de non petendo. hoc dicit. ratio eſt, quia non oriūtur ex conſenſu, ideo ſunt debiliores: quia ſunt odioſæ. † &
2 iſte eſt caſus in quo dicitur legitima conuentio ea quę coadiuuatur. l. ipſo iure tollat, quod non eſt natura pacti vt dixi in l. legitima. ſ. eo. Circa ſi. glo. ibi idem puto in ſimilibus, quæ continent famoſam cauſam. Hoc eſt verum, ſi deſcendunt ex maleficio. ſecus ſi ex contractu, vel quaſi: nam etiam ex illis interdum oriuntur actiones famoſæ vt l. j. ſ. de inſa. & illæ non tollerentur ipſo iure per pactum, quoniam habent conſenſum, & ſic ſunt fortiores: & ſecundùm doct. videtur, quòd etiam orien
3 tes ex maleficijs habeant conſenſum, † quia qui deliquit, cenſetur conſentire ad pœnam legalem. l. j. §. beſtias. j. de poſtul. ſed ille non eſt verus conſenſus, ſed fictus: ideo non ita potens
4 eſt, ſicut verus. † Quærunt autem hīc doct. ſi aliquis in con
c feſsione [c] coram ſacerdote remittit iniuriam inimico, an cenſeatur remiſiſſe actionem iniuriarum ad pœnam: & tenent ꝙ non: quia tenebatur remittere, ſed ſolum rancorem animi, niſi petatur ab inimico, quod non eſt verum, cum euangelium dicat, niſi remiſeritis de cordibus veſtris. Bene tamen eſt verum, quòd non tenetur ſibi loqui, nec oſtendere amicitiam niſi ille petat, & ſe humiliet. & ita intelligitur authoritas magiſtri ſen-

¶ De facto. adde eundem Paul. de ca. in cōſi. ſuo. xcj. Flore. in l. ſi parte. §. ſi per fundū. j. quēad. ſer. amit. Bart. & Inn. & Alex. à. in l. facta. §. ſi hæres. j. ad treb. & doc. in l. facto. j. de pcu. & Salt. in l. ſi. C. eo. tit. de pcu. cur.

¶ Compellere. videt hoc limitari debere rebus ſtātibus in eodē ſtatu, eademq; cā vbi aūt noua ſuperueniret cā poſt ius conuētione procuratoris cōſtituētis quæſitū, dictū doc. non videt procedere: qa tale ius cū ſit tum pōt auferre ipſi dño hac rōne. qa maiores eſſe debēt vires in auferēdo ius quæſitum alteri ex meo facto, quā auferēdo ab alio qđ per ſe factum eſt ar. de fidei. c. liber. l. ſi filius. §. crit de le. ij. i. preſenti. de ca. & poſt li. reuer. qđ ſi in libello. ſed procurator ex noua cauſa pōt immutare ſibi inſūcta à dño. l. ſi hominē. j. mand. ergo ex cā ſuperueniēte poterit immutare. qđ ſua ope factum eſt. & vtme is detur audacia verbis iſta ſunt verba Lud. Ro. conſi. xciij.

¶ Confeſsione. adde de hoc & dic vt late vltra allegata per Alex. hic vt per Ang. de are. in ſuo trac. maleſi. in verſ. cōparēt inquiſiti in termino de fenſionis. col. iiij. ver. quid ſi alleg. Curt.

Universidad de Salamanca
Biblioteca

a ¶ De iuriſd. dicit Angel.cõſil.cclxvij.q̃ iure digeſtorũ erat ve recũdia dimittere iniuriam multam alle. tex.in l.miles.§.ſocer. j.de adulte.

b ¶ Liberatũ.in hoc articulo vide, q̃ voluit conciuis noſter d.Signo.de homo. conſil. xlj.& ſeq.

c ↦ Vt l.epiſtola.§.de inofficioſo.& ibidem Bar.j.hoc cod.tit. Et quando pactum dicatur pſonale,vide eun dẽ Bar.ẽ.in l.niſi.& j.in l.qui in futurum.

d ↦ Et ſic nõ recõualeſcit ex cõſequenti qũ ab initio eſt inualidũ vt in reg.iur.in vj.nõ firmatur per Dy.

tentiarũ.& Bar.allegat. Adde quod not. Inno.inc.noſtra.extra de iniu. a & q̃ not. in addi.Spe.in tit.de inſtr.edi.§.nec non aliã.in addi. quæ incipit per hoc videtur ſolui quæſtio.

☞ Hypothecaria ſicut ſolo cõſenſu contrahitur,quæ re quirantur ut etiam eodem modo contrario conſenſu ipſo iure tollatur.

Quando remittitur debitum principale, cenſetur remiſſum pignus, ſi remiſſio debiti fuit nulida. & quid ſi inualida?

Mulier ſi liberat uirum à debito principali animo donã di,licet liberatio ſit inutilis,quòd tamen remaneat liberatum pignus.

§. De pignore,iure.

† Obligatio pignoris & actio hypothecaria ſolo conſenſu contrahit. & oritur nõ tamẽ ſemper tollitur ipſo iure ſolo cõſenſu,licet per exceptionẽ.h.d.& qñ hoc ſit gl.mag.laborauit diſtinguẽdo. In tex.ibi,iure honorario.i. prætorio approbante hanc conuentionem:& ſic dicitur legitima conuentio, quia licet de ſui natura ſit nuda,tam à ſolẽnitate verborũ, quã à traditione rei,nihilominus ex ea oriẽ actio, vt ſequiẽ: & iſta actio hypothecaria eſt realis,quia continet vendicationẽ rei. Vt l.ſi fundus.§.in vẽdicatione j.de pig.& ſic cõtra quẽlibet datur poſſeſſorẽ,non contra obligantẽ tantũ,ſi nõ poſsidebat:& ideo gl.hæc magna circa medium,non videtur bene loqui, dũ ſentit,q̃ ex tali obligatione pignoris oriatur ciuilis & naturalis obligatio:quonia actiones reales nõ præſupponunt obligationem,vt not.inſti.de actio.circa princi.vnde nec magis hæc actio fundatur principaliter ex naturali,quia oritur ex cõtractu:ſed ex dominio,& poſſeſsione aduerſarij. vt l.vnica.C. de alie.iudi.mu.cauſa facta. In tex ibi,tollitur autem ſcilicet interdum non ſemper,quoniã aliquãdo tollitur ipſo iure per pactum,ſicut etiã naſcitur vt l.prout quiſq̃.j.de ſolu.& hoc cõtingit tribus concurrentibus,quæ colliguntur ex gl.† Pro declaratione ergo gl.oppo.q̃ ſi hypothecaria contrahitur ſolo conſenſu debet eodem modo contrario conſenſu ipſo iure tolli.vt ſ.eo.l.iuris gentiũ.§.adeo.cuius contrarium hic dicitur,in ſecundo dicto:propter hoc gl.facit vnam diſtinctionem lõgam & tædioſam,ex quo colligitur,q̃ contrarium procedit tribus cancurrentibus,& altero deficiente nõ procedit:& ſic iſte tex. non poteſt intelligi eo caſu,quo concurrant illa tria: ſed quando aliquod illorum deficit:& ſic in tribus caſibus. Primò enim requiritur,q̃ res ſit integra,& ita loquitur §.adeo ſed quãdo nõ eſt integra,quia proceſſum eſt ad traditionem non ſoluitur ſolo conſenſu,ſed requiritur reintegratio,q̃ reſtituatur res. vt j.eo.l.ab emptione.ſic ergo iſte tex.poteſt intelligi quando poſt obligationem contractã ſolo conſenſu proceſſum eſſet ad traditionem rei obligatæ,quo caſu remiſsio obligationis nõ extinguit hypothecariam ipſo iure, niſi interueniat actus retro ſimilis,& hoc tangit gl.circa ſi. Secundò requiritur,quòd fuerit remiſſa obligatio pignoris principaliter & directò, ſi verò in conſequentiã,puta quia remittitur debitum principale,quo caſu in conſequentiam videtur remiſſum pignus.vt j. qui.mo. pig.vel hypo.ſol.l.ſoluitur.j.tunc,ſi principalis obligatio tollitur ipſo iure,ſimiliter & pignus & hypothecaria tolluntur ipſo iure:nec hoc caſu poteſt loqui hic. Si autem per exceptionem,vt per pactũ de nõ petendo:tunc ſi hypothecaria per exceptionẽ:& hoc caſu intelligitur hic. Tertiò requiritur, q̃ remiſsio fiat expreſsè, ſecus ſi tacitè:vt cũ creditor conſentit debitori alienanti rem obligatam,quo caſu tacitè cenſetur remittere pignus.vt.vt l.ũcur. §.ũ voluntatẽ. quibus modis pigno. vel hypothe.ſol.& ex iſta tacita remiſsione, non tollitur ipſo iure iſta tacita hypothecaria:ſed ope exceptionis. Et hoc caſu poteſt intelligi hic. † Quod autem ſupra dixi, quando remittitur debitũ principale,q̃ cenſetur remiſſum pignus,ſi remiſsio debiti fuit valida:ſi verò inualida, tunc diſtinguitur an cauſa inualiditatis concernebat pignus, ſicut & debitum principale,puta quia per dolum vel per metum:& tũc etiã remiſsio pignoris eſt inutilis. Aut non eodẽ modo cõcernebat pignus:vt in muliere,quę nõ põt donare viro cõſtante matrimonio: ſed bene põt rem viri à ſe liberare.vt l.etiã.C.ad Velleia.tũc ſi liberat virũ à debito principali aĩo donãdi:licet liberatio ſit inutilis,remanet tñ liberatũ b pignus:& hoc vult gl.circa mediũ in ver.ſi verò debitũ remittat: & ex his remanet clara diſtinc.gl.

2 ☞ Pactum ſi fiat ſimpliciter concipiendo uerba in rem,ut promitto non petere quod mihi debes,intelligitur nec à te nec ab hærede tuo:uel tuo procuratore.

3 Pactum factum ſuper eo,quod ego ſolus debebam tibi, ut illud non peteres à me nec à Titio quem ſperabam effici meum hæredem, ad Titium non tranſit, licet efficiatur hæres meus: & quid in filio? & nume. 5. & quid ſi ſequatur ratihabitio? & numero 6.

Quid ſi Titius & ego tenebamur inſolidum? & quid ſi ei ſuccedam? numero 4. & numero 5.

Quid ſi ego tenebar tibi ex una cauſa in centum? & Titius tenebatur tibi alia cauſa in alijs centum? & num. 4.

4 Poſſum paciſci ne petatur à me uel ab hærede meo non nominando perſonam proprio nomine.

Si dicatur,quòd non petas à me nec à filio meo,an uidear ſtipulatus filio ut hæredi?

5 Quando ſtipulor uel paciſcor aliquid dari uel fieri filio meo tanquam extraneo, ut propter merita per ipſum mihi impenſa,propter quæ etiam cuilibet extraneo idẽ feciſſem nulla actio ſibi acquiritur.

6 Quid ſi propter merita impẽſa promiſſorit quòd tunc uidear ſtipulatus ex cauſa aduẽtitia & quæritur ſibi utilis actio.

7 Si uerò non propter merita,tunc ſi ſub nomine filiationis uideor ſtipulatus tanquam filio, & tunc quæritur utilis:ſi uerò ut hæredi,tunc acquiritur directa actio.

8 Quid in dubio,ſi ſtipulor tale quid quod tranſit ad filios, ut filios, ut feudum uel emphyteuſim? uideor ſtipulatus ut filio.ſi uerò non tranſit ad filios ut hæredes, & tunc ut hæredi.

§. Si quis paciſcatur.

Hic incipit tractare de materia,quam proſequitur vſque ad l.ſi vnus.§.pactus ne peteret,videlicet an pactum factum vni de nõ petendo,vel factum ab vno, proſit vel noceat alteri? Et primò,an factum vni proſit alteri? vſque ad l.ſi vnus. Poſtea an factum ab vno noceat alteri? Item in hac prima parte primò loquitur,quando pactum conceptum eſt in perſonã paciſcentis,an extendatur ad aliam? vt ſi paciſcor tecum nõ petere,an hoc proſit alteri? quam proſequitur vſque ad §. filius. poſtea,quando confertur in perſonã alterius, vt quia paciſcor tecum de non petendo ab alio,quam à te. Item in prima parte primò loquitur,an proſit ſucceſſori vniuerſali,vſque ad §. pactus. Poſtea an proſit ſingulari? vſque ad §.cum poſſeſſor. Tertiò an proſit alteri, qui non eſt ſucceſſor vniuerſalis vel ſingularis:quia non habet cauſam ab eo qui pactus eſt,licet ab eo exciderit hæreditatem,cuius occaſione pactus eſt? Pactum † perſonale c non extendiẽ ad hæredes:& ſi paciſcor,ne petaã à Titio,nõ valet pactũ etiam ſi Titius ſit filius meus,& etiã ſi poſtea mihi ſuccedat: quia cenſetur factum ſibi tanquam extraneo,quod paciſci non poſſum.hoc dicit vſque ad §. pactũ. † In textu ibi,ſed vt ab hærede petatur: hæc verba non erant neceſſaria ad excludendum hæredem à beneficio pacti:quia ſufficiebãt verba præcedentia,ne à ſe petatur,quæ faciunt pactum eſſe perſonale, vt dixi. ſ.eodem.l. iuriſgentium. §. pactorum.ſi verò ſimpliciter fuiſſet factum pactum, concipiendo verba in rem:non in perſonam,puta,promitto non petere, quod mihi debes:intelligeretur nec à te nec ab hærede tuo,vel tuo procuratore. In textu ibi:ſi pactus ſim nec à me:in hoc non ſtabat dubium:ſed in eo quod ſequitur. † In text.ibi:ne vel à Titio petatur,hic aduerte:nam poteſt intelligi altero de tribus modis. Primus eſt,quòd hoc pactum fuit factum ſuper eo ſolo, quod ego ſolus debebam tibi,vt illud non peteres à me,nec à Titio, quem ſperabam effici meũ hæredem:& iſtum puto eſſe verum intellectum iſtius §.qui ſolũ intendit oſtẽdere, an pactũ mihi factũ,tranſeat ad hæredẽ meũ,& dicit,q̃ hoc caſu nõ tranſit,licet efficiaã hęres meus. Videbaã eñ contrariũ, † quia poſſum paciſci ne petaã à me vel ab hærede meo:ſed hoc eſt verum nõ nominãdo perſonã,pprio nomine:quia tũc videor paciſci tanquã hæredi. Sed ſi exprimo nomẽ propriũ,ne petaã à me vel à Titio,vitiũ eſt in cõceptiõe verborũ:quia nõ videor paciſci vt hæredi:ſed vt extraneo:& licet ipſe efficiaã hęres meus, nõ reconualeſcit d propter vitium quod ineſt exceptioni cõceſſionis,quod videtur verũ,etiã ſi dixiſſem,ne petas à Titio, ſi contingat ipſum eſſe hæredẽ meũ:quia cenſetur hęreditatẽ meam habere à fortuna: & iſta diſtinctio probatur expreſsè ex notabili text.infrà] de le.iij.l.ſed ſic.in prin.& §.ũ.cum ibi not.ſed ſi non exprimetur nomen proprium,nec nomẽ hæreditariũ,ſed ſolum

ſolùm nomẽ filiationis,puta q̃ nõ petas à me, nec à filio meo videtur ſtipulatus ſibi tanquã hæredi: quia verbũ filius plerunq̃ ponitur pro hærede:licut e contrario,vt l.pro hęrede.§. ſi quid tamen.j.de acqui.hære.maximè hoc caſu,in quo iſtud debitũ quo ego teneor,non poteſt in ipſum tranſire,niſi vt hę redem:& pro hoc l.auus.j.eo.vbi caſus. Secũdo modo poteſt intelligi q̃tam Titius,quã ego tibi tenebamur,vt qlibet inſolidum,vel pro parte mea valet, vel pro parte Titi non valet, etiam ſi efficiatur hæres meus. Sed contra,quia licet à principio nõ intereſſet mea ſibi prouidere,quia erat penitus extraneus,poſtquam eſt hæres,incipit mea intereſſe, quia intereſt mea prouidere etiam hæredi meo.l.ſi pactũ.j.de probat.ergo debet recõualeſcere per id quod dixi ſ.eo.l.j.in prin. & per id quod no.j.manda.l.ſi remunerandi.§.ſi tibi mandauero. Sed reſpõdeo,ſi ego ſucceſsiſſem Titio,& ſi inciperet mea interẽe propter vtilitatẽ meam,reconualeſceret, vt in contrarijs: ſed ſi ipſe ſucceſsit mihi,non reconualeſcit:quia non intereſt mea prouidere hæredi meo,niſi in his quæ habet à me,vt hęres:ſed pro parte qua ipſe tenetur,non tenetur vt hæres meus, nec à me repræſentat:& iſto modo videtur intelligere gloſ.mag.in prin.in q.quam facit,an pro parte teſtatoris proſit Titio. Ter tio modo poteſt intelligi, q̃ ego tenebar tibi ex vna cauſa in centũ & Titius tenebatur tibi ex alia cauſa in alijs centũ, hoc pactum ne petas à me nec à Titio valet quantũ ad me:ſed quã tum ad Titium, non: nec reconualeſcit licet efficiatur hæres meus:ſed hoc eſt verũ,vt detur ſibi exceptio pacti. Sed an detur ſibi ſaltem exceptio doli.gloſ.format hoc dubium.j.eo.in l.idem in duobus.§.j.& determinat,q̃ non per hunc text. qui ſimpliciter vult Titio nõ prodeſſe,cum ſit penitus extraneus, & non participet de hac obligatione mecum.licet gl.in l.non ſolùm.§.ſi liberationis verba.j.de lib.leg. videatur tenere cõtrarium:ſed alia reprobatur. In alijs autẽ participantibus dic, vt j.eo.l.& hęredi.§.fin.cum ſequen. † In tex.ibi,neve à filia. ſed nominando eam nomine proprio:& ſic tãquam ab extranea. Si verò ſimpliciter à filia,quæreret ſibi exceptionem doli vt j.eo.l.& hæredi.§.Iulianus. ſed hoc quãdo ſuper eo qđ ipſa filia debet,ſed quãdo ſuper eo quod ego debeo, pactum illud nõ petatur à me nec à filia ſeu filio:tunc ſi filius vel filia efficiatur hæres meus,acquiritur ſibi pacti directa exceptio,quia videor pactus vt hæredi,vt ſ.dixi:ſed ſi expreſſo nomine,pprio nec pacti nec doli exceptio quæritur,& iſta ſunt ſubtilia,ſi bene conſideras. In gloſ.mag.in prin.ibi:ſed an pro parte teſtatoris proſit? & ſic patet:q̃ intelligit glo. iſtũ §.quando hoc pactũ,q̃ nõ petas à me nec à Titio,fuit factũ ſuper debito cõmuni inter me & Titium,quia ambo tenebamur tibi,puta,in decem,vt vult gloſ. q̃ licet quantum ad me & partem meam valeat pactũ,& me viuo:me tamen mortuo non valet quantũ ad Titium,& ſi ſit hęres meus,& etiam in parte mea:quia fuit perſonale quantum ad me:& ſic non tranſit ad hęredẽ meum. In parte verò ipſius Titi,non valet,nec me viuo nec me mortuo etiam ſi fiat hæres meus. In gl.ibi.j.l.auus.& l.hæredi. §.nos autem.iſti text.contrariantur adinuicẽ. nam iſte §.vult q̃ nõ proſit filiæ,nec quantũ ad exceptionem directam pacti, nec quãtum ad exceptionem doli,ſed §.nos autẽ.in ver.Iulianus.vult q̃ proſit quantũ ad exceptionẽ doli,nõ pacti.l. verò auus.vult q̃ proſit quantũ ad directã exceptionem pacti: propter hoc gl.diſtinguit tres caſus,& reputatur valde notabilis, & ad eam ſemper remittit. Sed aduerte,quia ſua diſtinctio poteſt optimè procedere,quãdo ſtipulor vel paciſcor aliquid dari vel fieri filio meo:vt diſtinguamus prout glo.diſtinguit: quia ſi tanquã extraneo, puta, propter merita per ipſum mihi impenſa:propter quæ etiam cuilibet extraneo idem feciſſem, nulla actio ſibi acquiratur, quoniam extraneo non poſſum 6 paciſci vel ſtipulari. † Si verò propter a merita impenſa proa miſſori,tunc videor ſtipulatus ex cauſa aduentitia:& ſic queb rimus vtilem ſibi actionem:& hoc vult Bar.in l.q̃ dicitur b.j. 7 de verb.oblig. † Si verò non propter merita:tunc ſi ſub nomine filiationis videor ſtipulatus tanquam filio, etiam ſi exprimatur nomen propriumvna cũ appellatiuo,vt illa filiatio cẽſeatur me inducere ad hoc faciendũ:& tũc quæritur vtilis: vt l.quæcunq̃.§.j.de verbo.obliga.illa tamen loquitur, quando fuit ſibi ſtipulatus poſt mortem meam:ſed idem videtur hodie,ſi me viuo:cum ſit capax obligationis a ſi verò vt hæredi, tunc acquiritur directa 8 actio. † in dubio ſi ſtipulor tale q̃d q̃ trãſit ad filios, vt filios puta,feudũ vel emphyteuſim,videor ſtipulatus,vt filio:ſi verò nõ tranſit niſi ad filios, vt hæredes, & tunc vt hæredi: & iſtos caſus proſequere vt plenè no.Bar.in d.l.quòd dicitur j.de verb.obl. ſed quando paciſcor ne ab eo petatur, tũc loquitur §.quo caſu ſi ſuper eo, q̃ ego ſolus debeo,iſtud nõ pertinet ad eum niſi vt ad hæredem:& ideo ſi pactus ſum ſub nomine proprio ſibi, nõ prodeſt, etiam ſi ſic hæres: ſi ſub noĩe appellatiuo filiationis, vel hæredis, prodeſt ſibi, quo ad vtilẽ exb ceptionem pacti,ſi tanquã filio pactus fui faciendo mentionem de filiatione,vt in §. nos autem in fi. Sed ſi expreſsi duntaxat nomen proprium,nulla quæritur ſibi exceptio,vt in hoc tex. ſed videtur, q̃ imò ſecuta ratihabitione queratur exceptio doli:nam ſi eſſem procurator ſuus,acquirerẽ ſibi.vt ſ.eo.l.reſcriptũ.§.fi.ergo & idem ſi ſum negotiorum geſtor, ſecuta ratihabitione per l.fi.C. ad Maced. & iſtam opi.facit hic Bal. Sed reſponde clarius,quã ipſe,q̃ hoc procederet,ſi filius nomine & tãquã eius procurator,cum nõ ſim,fuerim factus: & tũc poſſet ratificare,& ratificato mãdato comparetur. Sed hoc debet intelligi,qñ non nomine illius recepi pactũ,ſed ſimplicì: & ſic noĩe meo videor paciſci,ne ab illo petas. Vnde per ratihabitionẽ non efficitur actus ſuus,qui ſuo nomine nõ eſt geſtus. vt l.ſi pupilli.§. ſi ego. de nego.geſt. tenemẽti: quia difficilia ſunt in perſcrutando, & difficilia valde.

2 ☞ Poteſt quis paciſci ne patiatur ab illo qui habet cauſam ab eo: & quærit illi directam exceptionem pacti,qua intereſt ſua quòd cauſa illi non moueatur.

3 Pactum perſonale facilius tranſit authore uiuente in ſingularem ſucceſſorem,quàm eo mortuo tranſeat in uniuerſalem.

§. Pactum conuentũ.

† Pactum conceptum in rem, vel perſonam tranſit in ſingularem ſucceſſorẽ: & ex cauſa onoroſa vel lucratiua, in quem tranſit res ſuper qua factum eſt. h.d. & pone ſic caſum, quòd tenebas & poſsidebas rem meam, feci tibi pactum de nõ petendo eam,tu eam vendidiſti,vel donaſti,volo petere ab emptore vel donatario: ille opponit mihi exceptionem de pacto facto tibi, à quo ipſe cauſam habuit,dicens,quòd exceptio cõpetens tibi,tranſit in eum: hîc dicitur hoc eſſe verum, ſi fuerit conceptum in rem:vt quia promiſi nunquàm petere illum fundum: nam intelligitur nec à te nec ab alio qui cauſam à te habeat. Si verò in perſonam,quia promiſi non petere à te,ſimiliter nec ab alijs poſſum petere te viuo: ſed te mortuo ſic: cũ non fuerit factum pactum niſi reſpectu tui,nec tranſit ad hæredem tuum: ergo nec reſpectu aliorum: ne ſit melioris conditionis ſucceſſor ſingularis quam vniuerſalis:ita intelligunt glo.& doct.iſtum tex. In text.ibi:cum venditore factum:& tunc eſt clarum,q̃ tranſit in emptorẽ & in donatariũ,quia ex eo principaliter acquiritur exceptio pacti tibi venditori, vel donatori, quę poſtea trãſitvna cum re ſuper qua factum eſt pactũ,in ipm emptorem vel donatariũ: licet enim actiones cõpetentes venditori vel donatori occaſione rei venditæ vel donatæ non trãſeant in emptorem vel donatarium ſine ceſſione,vt patet.j.de euic.l.ſi res.in fi.exceptiones tamẽ bene tranſeunt in ſingularẽ ſucceſſorem,quę cõpetunt occaſione rei.vt j.de iureiu.l.etiã in rem.in prima parte. & in l.hoc iudicio.j. cõi di.circa mediũ.& plenè per Bar.poſt Dy.in l.ſi tertius.§.ſi prius.de aqua plu.arcen.namexceptiones nõ ceduntur,vt dixi ſ.eo.l.reſcriptũ.§.fi. Vel dic,q̃ venditio vel donatio factæ erant ante pactum:& ita intelligit glo.mag.in prin ſed tunc eſt maius dubium: quia in perſona vẽditoris vel donatoris pactũ non operaã effectũ:quia cum non poſsideãt,nec dolo deſierint poſsidere,nõ poteraã ab eis peti res:ergo pactum de non petẽdo erat ſuperfluũ in pſona ipſorum:& ſic inutile.vt j.e.l. hæredi.§.j.vnde videbitur poſſe facere tranſitum in aliũ,arg.de ſeruí.ruſt.prædio.l.tria prædia. Sed tñ ſi pactum fuit in rem conceptũ,de natura verborũ comprehendit illum cui fit,etiã qui habet cauſam ab eo æquè principaliter:ideo licet in prima ſit inutile, tamẽ eſt vtile in ſecũda.

↦ Adde tũ q̃ hic elegãter not.Ang.nẽpe q̃ tum,pbandũ foret huiuſmodi merita præceſſiſſe:qñ tunc prĩs confeſsio ſola ei non prodeſſet,vt no.in l.ſi donatione.C.de collat. & l.ſi forte.j.de caſtrenſ. Cuius rationem hic aſsignat idẽ Ang. q̃ cõfeſsio emanãs inter,phibitos fraudulenta præſumat: niſi quatenus veritas probetur eius, qđ in confeſsionẽ deductũ eſt: vt ſingulariter habeſ j.de probat. q̃ in teſtõ.

¶ In l. quod dicitur. vide ibi in apoſtillis ad Barto.& ad Alex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

g ¶ In l.iusiurandum. adde ☞ Paul. de castro ibi tenet contrarium.et adde hic quę notãt in proposito Inno.& ca no. in c.nihil. & in c. transmissam de elec. per Bar.& ibi doc. in l.si vrbana. j.de cõdi. indeb. & ad materiã huius §. vide Alex.in l.si actione.C. de pac. Car.

h ✠ Et huius sententiæ est hic Angel.

g ✠ Quia patria. Imõ dic, quia pater & filius,censentur esse vna persona, sicut dominus & seruus. glo. in verb.domino.l.stipulat. ista habere licere.§.alteri. ff.de verb. obli. l. si Pamphil.ff. de op.leg.

Et sic no,☞ potest quis pascisci ne petatur ab illo qui habet causam ab eo, & quęrit illi directã exceptionẽ pacti: quia interest sua,☞ causa illi non mouęat, vnde nõ dicit omnino extraneus, cuius pactũ alteri nõ prodest.vt §.proxi.§,si enim pacisc̃e do generaliter ꝗuirit illi, fortius si specialiter, siue habeat causam onerosam, siue lucrativã,siue habeat regressum de euictione,siue nõ,per rationẽ prædictã, ☞ etiã sentit gl.mag.circa fi.In text.ibi, etiã si in personã conceptũ. est cõtra istũ text. faciũt leges allegatæ in gl.j.eo.l.nisi. & l. idẽ in duobus.§.j.vbi pactũ personale nõ extendit ad aliũ.Propter hoc in glo. sunt tres opi.vna,☞ hoc intelligitur, qñ pactũ fuit factũ post vẽditionẽ vel donationem factã:quo casu quia nõ põt operari in persona venditoris vel donatoris, operatur in personã emptoris & donatoris : sed si factũ esset ante,tũc quia posset operari in personã illorũ, nõ extenditur in psonas aliorũ,vt in cõtrarijs:hæc opi. in vtroq; mẽbro falsa est.Nã in primo,post☞ pactũ est psonale,cũ sit inutile in persona illius cui factũ est,quia ille nõ põt cõueniri, non potest esse vtile in persona alterius:vt j.eo.l.& hæredi.§.j. nisi ille sit dñs,quia tũc ꝑdest quo ad doli exceptionẽ, vt ibi & in §.nos autẽ.ver.nã qñ nec ob.☞ §. ꝓxime dixi:quia illud est qñ fuit in rẽ conceptũ,& sic de natura verborũ poterat cõprehẽdere plures æquẽ principaliter:nos loquimur hic qñ in persona.& sic nõ poterat cõprehendere nisi illãvnde si in illa est inutile,similiter & in alijs accessorijs psonis.Itẽ in secũdo mẽbro quia video ☞ pactũ personale,☞ potest operari in psona eius, cui fuit, nihilominus ad aliũ extenditur.vt j.eo.l.acquirerẽt, §.j. Vnde alij dixerunt,☞ aut ille alius haberet regressum de euictione,si petatur ab eo cõtra pactũ,si petat ab alia persona; & sic inquantum hic loquit̃ de donatario,intelligunt ☞ donatio incipit à præcedẽti scilicet pactione,& sic habet regressum de euictiõe:secus si à traditione:ista est nimia restrictio ad istũ casum. Et ideo dic melius, tertiò ☞ siue inceperit à traditione siue à pactione.Item siue habeat regressum de euictione, siue non,pactum personale factũ authori prodest successori singulari per rationẽ supradictã: quia sibi primò acquirit̃ exceptio, & postea transit in successorẽ:& hoc quando pactũ præcesit venditionem vel donationẽ:sed si secutũ est,non prodest.quia cum sit inutile in principali,est inutile in successore, vt §.dixi. Nec ob.opp.primo loco formata: quia verũ est,☞ pactũ personale non prodest hæredi pacisc̃tis post eius mortem:sed prodest eo viuẽte successori singulari,vt hic in prin.& j. e.l.acquirũt.§.j.&etiã fideiussori.vt j.l.& hęred.§.fi.& est ex hęredibus prædictorũ quousq; viuit pacisc̃ens:postea verò nõ: quia sicut finitur in persona sua,ita in persona aliorũ, ad quos transit accessorie ex persona illius.vt d.l.& hæredi.in prin. & ista vera, nisi pactum sit personalissimũ cũ appositione dictionis taxatiuæ: quia tunc non prodesset personis prædictis etiam viuẽte
3 pacisc̃ente:& ita loquitur l.nisi.ſ.eo†.Facilius ergo transit eo viuente in singularem successorem,quam eo mortuo transeat in vniuersalem:& hæc est conclusio. Non sunt alia.

1 §ª Pactum factum falso prælato vel intruso,quòd non prosit vero prælato.

1 §. Cum posſessor alienæ. †Pactum factum possessori hæreditatis,non prodest vero hæredi,nec nocet h.d. Et iste verus hæres propriè nõ dicit̃ successor illius ꝑputatiui possessoris: quia non dicitur habere causam ab illo,licet hęreditatẽ ab eo euincat:sed à lege vel à testatore.& sic videt̃ per istũ tex.☞ pactum
a factũ falso prælato vel intruso nõ prosit vero ꝑlato: & hoc no. in l.iusiurandũ[a] qđ ex cõuentione.§.j.ſ. de iureiu. secus si erat verus,licet post pactũ priuet, vt ibi not.& probat̃ in l.si post. ſ.de consti.pecu.de qua gl.opponit secundum intellectũ Bar. & vide quod not.ſ. ad Trebel.l.si hæres.

a ☞ Paciscens si concipiat uerba in personam alterius,uel suam, aut in rem: ut est filius uel seruus,quare hoc casu prosit patri uel domino.

b Quando uerba concipiuntur in personam patris uel domini:non fit differentia inter filium uel seruum,nec super quo debito pater uel dominus conueniatur: & quæ differentia fiat quando concipiuntur in personam suam?

c Pactum licet sit personale tamen uiuente paciscente potest extẽdi ad alias personas accessorias,nisi sit personalissimum.

d Pater non tenetur defendere filium præcise si non uult.

e Pactum non potest plus operari in persona aliorum, quàm operetur in persona paciscentis.

f Pactum inutile in persona paciscentis, est etiam inutile in persona alterius cui deberet prodesse in consequentiam.

g Si petitur à domino quòd censeatur peti à seruo, & ideo de æquitate competit domino exceptio doli,si conuenitur ex contractu serui.

Et an mortuo seruo durabit exceptio in personam domini?

1 §. Si filius vel seruus. †Si filiusfamiliàs vel seruꝰ bona fide possessus pacisc̃at̃ ne petat̃ à patre,domino,vel possessore,acquirũt illis directam exceptionẽ pacti,tam super debito ad quod tenet ex persona pacisc̃entium,quã ex persona propria:hoc primo. Sed si pacisc̃unt̃ ne petatur à se, distinguit̃:aut loquimur in filio: & tunc pactũ est validum in persona sua,cũ ab eo peti non possit de iure,& ideo extendit̃ etiã ad patrẽ,quatenus põt cõueniri ex contractu filij,& nõ aliter, & quousq; filius viuit, & non post eius mortem:quia tunc distinguitur quo ad vtrunq;,cum sit personale:ipso verò viuente prodest patri,& hæredi patris, quatenus cõuenitur ex persona filij:hoc secundo. Sed si loquamur in seruo,pactum tanc̃ superfluũ non valet in persona serui cum ab ipso nõ põt peti de iure in iudicio: & ideo nec extẽditur ad dominũ de rigore,& quãtum ad exceptionẽ directã pacti,etiã quatenus cõuenitur ex persona serui: sed de æquita
b te extẽdit̃ quãtũ ad exceptionẽ doli, ✠ quasi videaꝫ peti à seruo,si petit̃ à dño:& sic venit̃ contra pactũ, & hoc vltimo: vsq;
2 ad l.& hæredi.& §.nos autẽ. †Et not.☞ in §. præcedentibus. paciscens cõcepit verba in personã suã vel in rem,& quærit̃ an extendatur ad alterũ:hic qñ in personã alterius, vel suã aut in rem,& sic quærit̃ quare hoc casu prodest patri vel domino, in
c eo ad quod tenet̃ ex proprio cõtractu.Respõdetur[c], quia patria & dominica potestas ad hoc ordinant̃:vt subiectus eis sibi acquirat directã actionẽ,& exceptionẽ.Secus in in eo qui non est subditus,qui nõ potest illi acquirere regulariter, & si aliqũ reperiaꝫ contrariũ,acquirunt illi exceptionẽ doli.ſ.eo.l.idẽ in duobus.in fi.& l.seq.l.si vnus.§.j.sed quãdo concipiunt verba in propriã personam,quare prosit illi quatenus ꝓuenit ex persona pacisc̃entiũ:hoc nõ est ratione potestatis: sed ex eo quia pater & dominus tunc tenent̃ accessorie,sicut fideiussor:& pactum principalis etiã in suã personam conceptũ extendit̃ ad fideiussorem,licet non sit in illius potestate, vt d.l.hære.§. fina.
3 †Item not.☞ in primo casu quando verba concipiuntur in personam patris vel domini non sit differentia inter filium vel seruum,nec idẽ super quo debito pater vel dominus conueniaꝫ: sed quando concipiunt verba in propriã personam fit differẽtia inter filium,& seruum.Item refert super quo debito conueniaꝫ pater:quia solũ prodest sibi, quãdo conuenit̃ ex persona
4 filij, non propria. †Item not.ex l. acquirent.§. itẽ & si filius. ☞ licet pactum sit personale,tamen viuente paciscente potest extendi ad alias personas accessorias,& per hoc declaraꝫ l.si tibi.§.pactum.ſ.eodem.& etiã supplet̃ l.& hæredi.§.fi.ſ.eo. vbi dicam:sed si esset personalissimum cum dictione taxatiua, nõ extẽderetur ad alias personas:hoc vult gl.quæ incipit, quia cũ fit in persona &c.in ver.sed quid si esset. Item not. in l.vel de
5 in rem,dum dicit si hoc maluerit,secundũ†Bal.quod pater nõ tenetur defendere filium præcisè,si non vult. Item notatur in l.& hæredi.quòd pactum nõ potest plus operari in personam aliorũ,quam operetur in personam pacisc̃entis: quia si extinguitur in eius personam,extinguitur etiam in personam alio
6 rum.†Vltimò notatur in §.quòd si seruus.quòd pactum inutile in persona pacisc̃ẽtis,est etiam inutile in persona alterius, cui deberet prodesse in consequentiam:facit.§.nos autem.ibi,
7 nam quòd ipsi &c.& quod dixi in §.pactũ.†Not.etiam,quòd si petitur à domino,censeturpeti à seruo: & ideo de æquitate competit domino exceptio doli, quod intelligo, si cõuenitur contractu

contractu seruí: & est speciale hoc casu, quòd pactum inutile in persona principalis, fit vtile scienti de æquitate in persona accessoris, aliàs regulariter puto secus vt dixi in dicto §.pactum. Sed an mortuo seruo durabit exceptio in personam dominí? videtur quod non,sicut nec mortuo filio, in personam patris,vt in princip.istius legis. Quidam dicunt contrarium, quos glo.refert,quia hoc casu non dependet hæc exceptio ex aliqua alia principali causa,quę fit in persona seruí:& ideo iudicatur de per se. argu. eius quod no.in l.iŋ.§. fina.de liber.& posthu. Docto.tamen determinant contrarium: quia debet regulari à forma pacti,licet ex eo non sit orta exceptio in persona principalis,sed ex forma pacti illud non egreditur personam seruí. ergo &c. licet enim istud pactum in persona seruí sit meri facti:quia tantum nõ producit iuris effectum. cum ab eo peti non possit in iudicio,nihilominus debet limitare effectum,quí ex eo resultat in personam domini: vt non sit maior quàm esset in persona seruí:si esse posset.

a ☞ Si habeo contra te actionem, tamen non possim probare debitum, nisi per unum testem:quia alius est mortuus: & sic actio est inutilis:tan si illam cedam Titio, poterit postea Titius inducere illum, & etiam me in testem?

LEX XXII.

ET hæredi patris.

2 §. Nos autem his. †Si pater paciscitur ne petatur à filio, expresso duntaxat nomine ꝓprio illius nõ prodest filio,nec quãtum ad directã exceptionẽ pacti,nec quãtũ ad exceptionẽ doli, quia censetur factũ tanc̃ extraneo:bene tñ prodesset sibi,si hoc actũ foret expresse,aliàs secus: ga cũ nõ valeat in personã filij, in quã principaliter cõcipit, nõ valet etiã in personã ipsiꝰ in quẽ accessorie deberet extendi: sed si expresso noĩe appellatiuo, filiationis, prodest filio quantũ ad doli exceptionẽ: quia cẽsetur factũ,vt in filiũ.h.d. vsq; ad §.filiafa. & loquitur iste §. qñ fit pactũ super eo ad quod tenetur ipse filius:& sic nõ põt dici,☞ sit factũ sibi tanc̃ hęredi:qm̃ ad illud nõ põt teneri,vt hęres:sed vt ipse: si autẽ sup eo ad quod tenebatur ipse pater, tũc loquitur §.si pacto.in l.si tibi.ſ.eod. qm̃ ad illud põt teneri,vt hæres,si cõtingat eũ hęredẽ fieri,nõ autẽ vt ipse.Et nisi sit hæres,nõ tenetur in vtroq; casu, si fuit expressum nomẽ propriũ nõ prodest vt filio: nec in hoc secundo, posito etiã ☞ sit hæres, vt in illo §.si pactus. nec in primo,vt in princ. istius §. Si vero expresso noĩe filiationis tantũ, vel etiã verbo, vel noĩe ꝓprio, tunc in hoc secundo casu qñ super debito ad quod solus pater tenetur, si efficiatur hæres proderit sibi quo ad directam exceptionẽ pacti:quia censetur factum sibi vt hæredi, licet nõ sup hæreditario nomine. vt j.eo.l.auus.vbi casus.sed in primo casu quando super eo ad quod tenebatur filius prodest, quo ad doli exceptionem: quia non potest dici factum sibi vt hæredi cum non tenetur,vt hæredi:nec factũ vt extraneo,postquã nomen filiationis fuit expressum:sed vt filio:& pater filio vt filio potest pacisci, & stipulari quo ad vtilem exceptionem.l.quocunq;.§.j.j.de verb.obliga. & quo ad doli exceptionem, quæ loco vtilis habetur,vt hic: licet ecõuerso filius possit patri pacisci quo ad directã.vt l.si tibi.in fi.cũ l.seq.in fi.ſ.e. quia nõ ita ordinata est patria potestas ad quęrẽdum filio, sicut ecõuerso.

In glo.ibi non est danda pacti conuenti exceptio supple,nec doli: vt differat à sequenti casu, quando expresso nomine appellatiuo:aliàs non esset aliqua differentia, ☞ est cõtra mẽtem istius literę. Sed oppono fortiter, quod etiam hoc casu prosit filio postquam in ipsius persona fuit speciale collatũ, ex quo super tali debito,ad ☞ ipse filius poterat conueniri principaliter,& pater accessorie de peculio,vt patet supra dum dixit,nomine eius aduersus me instituas, quia videmus quod pactum fideiussoris collatũ in persona principalis illi prodest quo ad doli exceptionẽ.vt j.eo.l.idem.in fi.cũ l.seq.cũ pater habeatur loco fideiussoris.l.cum filius.de ver.oblig.Sol.intelligo istum text.eo casu quo pater ex persona filij non tenebatur actione de peculio vel de in rem, vel aliqua alia: sed dirigebatur actio in patrẽ tanquã defensorẽ filij, & hoc patet ex text.dum dicit, nec defensori competit aliàs quia perticiparent in hac obligatione,vnus vt principalis,alter vt accessorius:procederet contrarium,quia prodesset filio etiã si nomẽ tantũ propriũ fuisset expressum.Si tamen vellemus cõtrarium dicere possemus dicere ☞ in l. cõtraria fideiussor fuit pactus,ne petatur à principali tanc̃ principali,sed hic qñ exprimit nomẽ propriũ tãtũ ne petatur ab illo tãc̃ à principali,quia ipse nõ habeĩ vt principalis,nisi vt filius non vt extraneus.pater enim non cõueniẽ ex cõtractu filij:nisi celebrato vt filio:& ista videt̃ ratio subtilior, quando ergo nominatur vt filius,tunc si pater poterat cõueniri accessoriè,prodest filio de iure cõi sicut pactũ fideiussoris principali: vt in illa l.§.& per Dy.& Bar.in l.filius j.de solu.& l.cum dominus §.si filius j.de pe.le. Vltimò scias,hodie ☞ non solũ filius, qui non habet,nec sperat habere cum erit sui iuris non potest remittere,sed etiam illa quæ habet tanc̃ aduẽtitia, si pater in eis habet vsumfructum & si est legitimus administrator, non põt remittere sine consensu patris,vt l.si.§.filijs autem C.de bonis quæ lib.& sic primus casus istius §.non est correctus. quia nõ loquitur de dote aduentitia:sed profectitia.Secundus verò vt detur correctus:nam etiam si existeret conditio durãte patria potestate, acquirerentur filio quo ad proprietatem, & patri, quo ad vsumfruct.& nec posset tunc remittere per istũ §.ergo nec pendente conditione,si postea conditio existat durãte patria potestate:sed si ea finita per emancipationem secus: quia tunc pater non haberet vsumfruct.nec esset legitimus administrator,& sic cessaret dispositio illius §.In gl.j.ibi sed in id tempus,innuit ista gl.☞ nisi cõferatur pactum in tempus, quo erit sui iuris,non valeat sed contrariũ dic,☞ imò valet in præiudiciũ suũ,vt postea effecta sui iuris agere nõ possit.vt j.de pa.do. l.cum dos.versũ.si verò sit pacta.sic & in dicta l.iŋ.§.☞ si in patris j.sol.matri.In gl.ibi:nõ valere,quia pactũ per quod efficitur conditio dotis deterior,non valet si fiat constante matrimonio:vt in legibus allegatis in gl.vnde intellige,quod fuit fa

a ¶ Testificari. An cedens possit esse testis pro cessionario, vide per Ang.cõsi.cccxvj. per Lud.ro.consi.cccc xx.& Alexã.de imol. in cõsi.xiij.col.v.in fi. in j.volu.& in tract. de testi.quarta parte. col.iiij.Cur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ✠ Etiã quo ad acquiſitionẽ vt in l. ſi filius §. de ver. obl. non perinde in vltimis volũtatibus: vt in l. j. §. ſi ſer. ad ſylla. Et vide Alexã. in d. l. ſi filius. Rapha. b. Car. in clemen. ſi. pe. cõ. de cleſ. Et Fio. in l. papi. ff. de ſeruit. Et Bar. in d. §. ſeruũ.

b ¶ Iurat. Ad hoc vide quod voluit Aret. cõſil. cxliij. vbi ponit de prælato qui iurauit in contractu alienationis, an poſsit poſtmodum conueniri.

c ¶ Conſuluí. adde eundem Paul. de Caſtr. in conſil. cxxxix. Franc. Cur.

d ✠ L. acquirẽt §. j. §. ille loquitur de pacto perſonali facto filio, quod patri prodeſt. Rationẽ eſſe puto, nõ quod parer fideiuſſor filij habeat. vt ſ. dixit Paul. ſed quia pater & filius vna perſona cẽſeatur vt dixi ſ. l. ſit ibi. §. Pactũ cõuentũ ideo vide an dictum Paul. fit verũ.

e ✠ Et de hoc, an pactũ principali factũ profit fideiuſſori. & ecõtra, vide Bar. fl. pxi. ſeq. & in ti. de fideiuſſorib. j. e. & Dy. in xj.

f ✠ Et ideo pactũ cuius nõ intereſt, nõ valet, quia in faciẽdo cõſtitutus ſecus tũ quã in iure trãſferẽdo cõſtitit ſecũdũ Bar. in l. j. C. de pac. inter emp. & vẽ.

ctum ante ſecũdum gl. vel ſecũdũ doct. quia fuit factũ poſt ſolutũ matrimoniũ, & melius. † In gl. ſeq. ibi ſed legatũ filio quæritur tertio diuerſitatis eſt, quia in contractibus conditio[a] retrotrahitur. vt l. qui potior. & l. qui balneũ j. quia potio. in pig. hab. ideo ſi filius fami. ſtipulatur ſub conditione, deinde conditio exiſtat tempore quo eſt effectus ſui iuris, acquiritur ex illa ſtipulatiõe ius patri, in cuius poteſtate erat tẽpore interpoſitæ ſtipulatiõis: vt ll. allegatis j. in gl. ſed in legatis nõ trahitur retro, vt l. j. §. j. & ibi no. j. ad Silleia. ideo ſi tẽpore conditionis exiſtentis reperiat ſui iuris, acquiritur ſibi & nõ patri: & hæc habentur in l. quæ legata j. de reg. iu. & hoc caſu loquitur hic. In gl. hic non oberit patri: hoc eſt clarũ, quia patri nõ poteſt obeſſe in ſuo vſufructu, etiam ſi non eſſet ille §. filij aũt. cũ per alia iura vetera, hoc ſit prouiſum, quia proprietarius põt alienare proprietatẽ etiam inuito vſufructuario, tamẽ ei nõ præiudicat l. locum §. proprietatis. j. de vſufruct. & l. iuſto §. non mutat j. de vſuca. non ergo fuiſſet neceſſarius ille §. filijs aũt. propter hoc, quia patri præiudicet. Vnde dic, quia ille §. vult, † quia filiusfami. de aduẽtitijs in quibus pater habet vſumfructum, nõ poſsit diſponere ſine voluntate patris, etiã in præiudiciũ ſuimet: nec valet diſpoſitio, vel alienatio etiam quo ad proprietatẽ: & ſic ipſemet põt venire contra factũ ſuum reprobatũ à iure per l. quẽadmodũ C. de agric. & cẽſi. lib. xj. & ratio videtur eſſe, quia pater eſt legitimus adminiſtrator: & legitimus adminiſtrator eſt ſicut tutor & curator: vnde ſicut minor vel pupillus non põt alienare ſine cõ

ſenſu tutoris vel curatoris, ita nec filius ſine conſenſu patris,
b etiam proprietatem. Sed eſt dubium, ſi alienat, & iurat[b] nõ venire contra: an hoc nõ obſtante poterit: nam ſi daremus illam prohibitionẽ quæ ibi ſit, ſieri, ne præiudicium ſit patri: clarum eſſet, quia nõ valeret iuramẽtum etiam iure canonico. per c. ij. de pact. lib. vj. dum dicit dummodo non ſit in præiudiciũ tertij. & in auth. quia locũ in C. de do. cau. ſed ſi dicimus illã prohibitionem fieri, non propter præiudiciũ patris: ſed quia nõ poteſt alienare ſine illius cõſenſu, tunc videretur ſecus: quia videmus quia minor non põt alienare ſine conſenſu curatoris, & tamen ſi alienat & eſt adultus, & iurat nõ venire cõtra, ſeruandum eſt iuramentũ tamen de iure ciuili. vt in authẽ. ſacramẽta C. ſi aduerſus vendi. gl. mouet hoc dubiũ in §. filijs aũt. & nõ ſoluit. & nunc habeo de facto, & per plures fuit cõſultũ non valere iuramentum: ſed nõ reſpondetur rationi prædictæ, & ſundat ſe nec præiudiciũ fiat patri, quia fundamentum non videtur bonum. Bald. tenet iſtam partem in illo §. & etiam Ange. quia non valet iuramentũ. & ex verbis ſuis colligitur reſponſio, quia interdũ prohibetur actus fore prohibiti, vt minoris, & mulieris: & tũc firmatur iuramento. vt in d. authen. & in c. cũ contingat j. de iureiu. Interdum odio potius, ne malè vtatur ſubſtantia ſua, præſumens quodam modo ipſum prodigum: & hoc caſu ſecus vt ibi: quia tex. dicit, quia filius habeat alimenta à patre, non poteſt ſubeſſe iuſta cauſa quare debeat proſilire ad alienationẽ. Vn-
5 de reputat eum id prodigaliter facere. † conſtat autem, quia alienatio facta à prodigo cui bonis eſt interdictum, non firmatur iuramento: quia prodigus æquiparatur furioſo, vel pupillo, vt l. is cui bonis j. de verborum obligationibus quorum contractus iuramento non firmatur, ita nec cõtractus prodigi: & ita tenet Bar. in d. l. is cui bonis j. de verborum obligationibus. & diſputando tenuit Federi. de Senis, vt habetur in quæſtione ſua xxx. de quo etiam Bar. voluit mentionem facere, dum allegauit quendam valentem canoniſtam: & non nominauit: &
c ita ego conſului[c] pro hac parte: licet iudex aliter pronuntiaue

rit: ſcilicet iuramentum non eſſe ſeruandum in præiudicium patris: ſed in præiudicium filiæ ſic, vt non poſsit reuocare alienationem reſpectu proprietatis: ſed non bene pronuntiauit, tene menti.

2 §§ *Quatuor limitationes in quibus pactum factum principali, non prodeſt fideiuſſori. & nu. 6.*

3 *Pactum dicitur perſonaliſsimum propter dictionem taxatiuam: & non extenditur ad aliam perſonam etiam acceſſoriam.*

4 *Pactum factum uni ad hoc, ut profit alteri, requiritur q. ſua interſit pecuniariter.*

5 *Pactum fideiuſſoris q. non profit principali, limitantur quatuor modis.*

§. In his quæ eiuſdem. † Pactum de non petendo, factum debitori principali, prodeſt fideiuſſori etiã quo ad directam exceptionem, niſi contrarium ſit actum expreſsè: ſed econuerſo pactum fideiuſſori factum, non prodeſt reo principali, quia ſua non intereſt, quia profit, ſed bene intereſt econuerſo, ſcilicet reo, quia profit fideiuſſori quia ſi non prodeſt, conuentus & ſoluens recuperaret à reo: & ſic nihil ſibi proficeret pactum: ſi tamen eſt fideiuſſor in rem ſuam, ipſe reputatur principalis, & econtra principalis reputatur fideiuſſor: hoc dicit vſq; ad l. idẽ in duobus. In text. ibi in rem pacta. puta ſi promiſi tibi nõ petere id quod mihi debes: nam verbum tibi, non facit pactũ perſonale, vnde dicitur in rem quia relatum ſolum ad debitum. Sed certè etiã ſi eſſet perſonale quia promiſiſſem tibi non petere à te, adhuc prodeſt fideiuſſori, ſicut & parti quouſq; tamen viuus eſt vt ſ. eo. l.
d ✠ acquirent. §. j. ſed eo mortuo extinguitur. vt d. l. hæredi. ſecundo reſponſo: ſed in præcedenti caſu, pactum eſt perpetuum & perpetuam pacti exceptionem inducit tam principali quam fideiuſſori: ſed hoc caſu temporalem tantũ producit. Sed an ſententia lata pro principali, profit fideiuſſori? vide Bar. et alios in l. ſi. de iureiu. quia videtur idem, quod in pacto,
2 † & hoc de pacto. glo. hic quæ incipit, niſi animo, limitat quatuor modis, in quibus pactum factum principali, non prodeſt fideiuſſori: vna limitatio colligitur in l. proxi. alia in l. ſed
e fideiuſ. alia in l. q. dictũ j. eo. alia mã. l. ſi pro re. † In tex. ibi dũ
3 taxat in l. ſeq. & ſic eſt pactum perſonaliſsimũ, propter dictionem taxatiuam, quia non extenditur ad aliam perſonam, etiam acceſſoriã vt hic patet. In tex. ibi de fideiuſſore petatur, hoc nõ erat neceſſe exprimere in pacto, hoc eſt ad excludendum fideiuſſorem à beneficio pacti vt dixi ſ. e. l. ſi tibi §. ſi quis paciſcar. In l. ſequẽ. ibi quia nihil eius intereſt. nam ſi exigatur à principali non repetit à fideiuſſore, ſed econtra ſic. † In tex. ibi neq;
4 enim. forma caſum. nã hic poteſt intereſſe fideiuſſoris, quia profit principali ratione amicitiæ. Et reſpondetur quia non quodlibet intereſſe ſufficit, vt pactum factum vni profit alteri, ſed re
f quiritur, quia[f] interſit ſua pecuniariter quia non eſt hic: & hoc vult vſq; in fine. & ſic non debet eſſe §. ibi cum alio &c. ſed cõtinuatiue debet legi: ſed quſdã habent §. & tũc iſte ver. legitur cum præcedentibus, & intelligitur de intereſſe pecuniario, quod fideiuſſor nullo modo prætendit & in ſeq. §. cum alio debet poni caſus in intereſſe affectionis, prout ſupra poſui: & ad idẽ tẽdit cum præcedenti. † Iſtud autem, quia pactum fideiuſſoris non
5 profit principali, ſimiliter limitatur quatuor modis in gl. quæ incipit niſi, & vna ponitur in l. idẽ in duobus §. j. j. de aliꝰ dic vt in gl. In l. ſequẽti quæ incipit nõ videtur hoc ſtare poſſe, ibi reus non erat ſoluendo: tenet ergo iſta gl. quia ille qui tenetur actionem cedere, non excludatur ab agendo, ſi non cedit. ſi ille contra quem ceſsio erat fienda, nõ ſit ſoluendo & ſic ceſsio eſſet inutilis. Docto. tenẽt contrarium, quia licet nunc nõ ſit poterit tamen effici in futurum: & ſic efficietur vtillis: ſed ſi pupillus eſſet ineficaciter obligatus, tunc non repellitur ſi non cedat. vt l. quãuis §. Marcellus j. ad Velleia. vbi hoc colligitur.
6 † In glo. ibi alij dicunt hæc verba, quia iſte fideiuſſor non poterit agentem repellere exceptione pacti, cum ad eum non porrigatur: ſed bene poterit repellere exceptione doli, non illa quæ eſt ſubſidiaria pacti. vt ſ. eo. reſcriptum §. fi. ſed quæ oritur ex alia cauſa, videlicet quia debitori cedere actionem ſua culpa non poteſt. puta, propter ſententiam iniuſtam, quam creditor contra ſe importauit ſua culpa &c. l. Stichum §. penul. j. de ſolu. & quia debet agere primò contra principalem, quando ex ſua culpa agere non poteſt: ſi autem propter ſui culpam, ex neutro capite poſſet repelli: vt ſatis colligitur ex hac glo. ſecũdum

Bar.

Bar. vt per eum in d. l. Stichum §. penul. quod not. quia quotidianũ & de facto habui. & ſimiliter ſi cõſenſiſſet pacto, vel renuntiaſſet beneficio cedendarum, & boneficio nouę conſtitutionis, non poſſet eum repellere, vt in præcedentibus ſolutionibus gl. q. & quod no. j. commo. l. vnde quæritur. in glo. ſi.

LEX XXVI.

1 IDem in duobus reis. † Pactum de petẽdo factum vni ex duobus reis debendi, prodeſt alteri, ſi ſua intereſt q pro ſit non aliter: h. d. ſecũdum verum intellectum. Quod ergo dixerat in præcedentibus legibus, quando duo ſunt obligati ad idem debitum, vnus principaliter, alter acceſſoriè, q pactum factum nõ prodeſt alteri, ſi intereſt paciſcentis, q profit ſecus ſi vnius intereſt, locum habet in pluribus quorum quilibet eſt obligatus æquè principaliter: ideo dicit idẽ in duobus: nã illa dictio, idem, refertur ad totalem diſtinctionem legum præcedentium, licet gl. non clarè intellexerit. In glo. j. in fine. ltẽ ibi credendi, hic debendi. hæc vera, & ibi quæritur, an pactum ab vno ex reis credendi noceat alteri? & dicitur, q non hic quæritur an pactum factum vni ex reis debẽdi profit alteri: & vult q ſic, ſi ſua intereſt, q profit. Tunc autem intereſt indiſtinctè, quando ſunt ſocij omnium bonorum vel illius obligationis: quia ſi non prodeſſet, alter conuentus etiam ſi vnum numum ſolueret, recuperaret pro parte à paciſcente, actione pro ſocio: & ſic intereſt ipſius, vt profit in totum, & ita intelligitur hic. Sed ſi non ſunt ſocij: tunc aut ſunt rei ex cauſa onoroſa: puta, ratione pecuniæ eis mutuatæ, & tunc intereſt paciſcentis, q profit correo, eatenus quatenus ad ipſum paciſcentem de pecunia peruenit, & non vltra: quia ſi alter conueniretur inſolidum, & ſolueret, eatenus poſſet repetere à paciſcẽte, quatenus ad eum peruenit, actione negotiorum geſtorum, vel mandati iuxta not. in l. j. C. de duobus reis. Aut ſunt correi ex cauſa lucratiua, quia promiſerunt decem animo donandi cuilibet inſolidum: & tunc nihil prodeſt: quia non intereſt, cum alter cõuentus, & ſolidum ſoluens nihil recuperaret ab altero, cum illius negotium non geſſerit forte ſuo mandato, ſed obligaſſet, cum ipſe paciſcens duntaxat vellet donare, non correus: nam tunc correus loco fideiuſſoris haberetur. Facit quod notatur in authen. de fideiuſſori. & mãda. collatio. j. circa principium. quod ergo ſupra dixi, intellige quãdo vter q volebat donare.

a ☞ *Paciſcens nomine extranei ne ab extraneo petatur, ſi habebat mandatum, ſtatim acquireret illi exceptionem: & ſi non habebat, tunc ſecuta ratihabitione.*

1 §. Pactum perſonale. † Pactum perſonaliſsimum non egreditur perſonam paciſcentis ipſo viuo vel mortuo. Item pactum fideiuſſoris, ne petatur à reo, prodeſt illi quantum ad exceptionẽ doli: licet paciſcentis non interſit pecuniariter. h. d. cum l. ſequen. notabiliter. Et no. q in §. his cum l. ſequenti locutus eſt iuriſconſultus, quando pactum fuit conceptum in rem: quid autem, ſi in perſonam: tractat hic. In tex. ibi ad alterum non pertinere, ſcilicet viuente paciſcente, ſicut nec ad hæredem eo mortuo, vt ſequitur. Sed tũc contra ad principium de l. ſi tibi §. pactũ. & l. acquirent §. j. ſ. eo. Solu. intellige hic quando fuit perſona liſsimum per dictionem taxatiuam, prout in l. niſi ſ. eod. aliàs prodeſſet alteri ſaltem viuo paciſcẽte, & hoc vult gl. j. dum remittit ſe ad no. per eum in d. l. iuris gentium §. pactorum ſ. eo. vbi ponit, quis ſit ille alter, cui poſsit prodeſſe illo viuente: & enumerat quatuor, ſcilicet donatarium, emptorem. vt in §. pactum. principalem. vt in l. acquirent. §. j. & fideiuſſorem eadẽ condemnatione. In tex. ibi: quamuis fideiuſſoris pactum ſcilicet conceptum in ſuam perſonam vel ſimpliciter in rem, nulla perſona expreſſa, quo caſu loquitur l. fideiuſſoris ſ. eo. quando tamen concipitur in perſonam ipſius rei, ne ab illo petatur parit illi exceptionem doli, non pacti, etiam ſi ſua non intereſt, vt ſequitur: & ideo non pacti: quia eſt extraneus. ergo &c. vt ſ. eo. l. hęredi §. nos autem. & l. ſi tibi. §. ſi pac. ideo autem dolí, quia licet ſint extranei, inuicem tamen ſe contingunt in hoc debito, cum quilibet eorum ſit ad illud obligatus, & ſi ſe non contingerent, nõ competere illi etiam doli exceptionem, vt in contrarijs. Et hoc eſt, de quo quærit hic gloſſ. titulo primo determinat in fine, & bene, licet primo arguat in contrariam partẽ, & illam tenet in l. nõ ſolum. §. ſi liberationis verba. j. de lib. leg. doct. vero approbant iſtam per l. illum. §. nos autẽ. &
2 p §. ſi pactus. † quod intellige qñ ſimpliciter extraneus pactus eſt, ne ab extraneo petatur: ſed ſi non ſic ſimpliciter, ſed nomine illius extranei, reciperet tale pactũ: tunc ſi habebat mandatum, ſtatim quęretur illi exceptio doli. l. reſcriptũ. §. fi. ſi nõ habebat, tũc ſecuta ratihabitione per id q no. in l. ſi ego. de neg. geſt. & tetigi ſm Bal. in d. §. ſi pactus. Oppono q etiã ſi contingant, non profit, vt in d. §. nos autẽ. dum loquitur de patre, qui tenetur ex contractu filij: & tamẽ non prodeſt ſol. vt ibi dixi.

Vltimo ſcias q glo. in l. fideiuſſores ſuper eo, quę incipit, niſi poſt princ. in ver. item cũ pactũ eſt in reum, dum allegat iſtum §. videtur intelligere, q profit reo, etiã ſi nõ fuit conceptũ ſpecialiter in perſonam illius, ſed in rem: quod non eſt verum, vt ex hoc tex. manifeſte apparet: & hoc ſentit glo. ſcilicet quę incipit videlicet in princip. Sequitur lex ſi vnus.

2 §§ *Vno ex duobus reis agente, non poteſt ei opponi exceptio de parte ſocij: & qualiter iſte teneatur cõmunicare cum ſocio illud quòd receperit.*

3 *Quòd aliquis ut filiusfa. uel ſeruus qui mandato patris uel domini mutauit pecuniã patris uel domini, uideatur habere mandatum ad ſolutionem recipiendam, & tamen quòd non poſsit remittere nec nouare.*

Monachus ſi de mandato abbatis mutauit, tunc debitor reddendo eidem monacho liberatur.

Quid in adiecto, ut cum ſtipulor mihi aut Titio, quòd Titio poſsit ſolui: & tamen nõ poſsit Titius liberare debitorem.

4 *Pactum unius ex ſocijs remuſsiuum debiti, quòd ualeat in præiudicium paciſcentis non alterius ſocij.*

5 *Sex caſus quibus unus ex reis credendi uel ex ſocijs ut hic poteſt alteri præiudicare. & num. ero 2.*

6 *Si ſunt plures ſocij unius mercantiæ uel fundici, an quilibet eorum poſsit agere inſolidum contra debitores fundici? & nu. 8.*

7 *Quid in argentarijs?*

Si plures emerunt gabellam à communi, & ſic ſunt poſiti in loco communis, quilibet agit inſolidum.

LEX XXVIII.

1 SI vnus ex argentarijs. † Vn⁹ ex reis credẽdi ſocijs non poteſt alteri præiudicare paciſcendo, de non petendo vel etiam obligationẽ nouando, ſed bene præiudicat agendo, & litem conteſtando, & etiam ſolutionem recipiendo: quia per hoc præoccupat ſibi debitum, quod conceditur vni ex reis credendi, non autem poteſt ipſum remittere. hoc dicit. In text ibi, vt ſolidum alter petere poſsit, ſcilicet cum effectu, litem conteſtando: per quod cenſetur debitum præoccupare: nam ante conteſtationem non dicitur petere l. amplius non peti. rem ratam haberi. nec eſſe facta præoccupatio. Per hanc ergo præoccupationem præiudicatur ſocio, vt lite pendente non poſsit petere, etiam ea finita ſi præoccupans tenuit ſententiam. Sed ſi ſuccubuit, habetur occupatio pro nõ facta, & non prohiberetur alter petere, ſicut in ſimili notatur in eo qui intentat vnam de actionibus contrarijs: & in ea ſuccumbit, vt poſsit ad aliam redire. l. prima. C. de furtis. per do. et hoc ſentit Bar. in materia de duobus reis. in repetitione au-
2 thenticæ hoc ita. C. de duobus reis. † nec poteſt huic agenti opponi exceptio de parte ſocij vt ſequitur. In text. ibi, quamuis ei recte ſoluatur, & per hanc ſolutionem liberatur debitor ab vtroque, & ſic in hoc poteſt præiudicare ſocio: quia etiam hoc modo præoccupatur debitum: tenebitur tamen quod receperit communicare cum ſocio, iudicio ſocietatis: & in hoc non præiudicat ſocio, recipiendo ſolutionem. Sic ergo collige ex hoc textu duo, in quibus vnus ex reis credendi poteſt alteri præiudicare: ſed ex gloſſ. colliguntur alia tria: & vltra
3 addam quartum. † text. ibi, ſicut enim. reſpondet tacitæ obiectioni, quæ poteſt fieri, q ſi poteſt ſolutionẽ recipere, quod eſt plus: ergo & paciſci quod videẽ minus. Ad q reſpondet, cõſequentiam nõ eſſe bonam: quia videmus q aliquis poteſt ſolutionem recipere, ſed nõ paciſci nec remittere: vt filiusfamilias vel ſeruus, qui de mãdato patris vel domini mutauit paternã pecuniam vel dominicam, nõ videtur habere mandatũ ad ſolutionem recipiendã, vt j. de ſolutio. l. quod ſeruus. & infra de poſiti. l. quod ſeruus. & tamẽ nõ poteſt remittere, nec nouare: tene menti: quia per hoc patet, quod ſi monachus mutauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Insolidum. Adde Ful.consil.cij. & do. Alex.cons.cxlvj.secũ do li.& ad materiam vide per Pet.de anch. consil.cccxxxiij.& cõsil.ccccj.

de mandato abbatis,debitor reddẽdo eidẽ monacho liberatur:& vide ꝙ no. Bar. in d.l.quod ſeruus.& l.filiæ ℣.de ſo. quod perpetuo tene mẽti. Ponit etiã exẽplũ in adiecto,vt cũ ſtipulor mihi aut Titio: qa Titio põt ſolui:& tñ non põt Titius libe
4 rare debitorẽ l.nõ abſtulit C.de nouatio.†In glo. quę incipit ibi,vel verius,tu dic melius,ꝙ pactũ vnius ex ſocijs remiſsiuũ debiti,nõ nocet ſocio:quia debitũ nõ eſt ipſius paciſcẽtis dũta xat,ſed cõmune:ideo vnus ex eis nõ põt illud remittere,vt hic ſicut nec aliũ actũ præiudicialẽ põt vnus ex ſocijs facere, in re cõi, vt l.vnus ex ſocijs ℣.de ſeruitu.ruſticorũ prædiorũ. videt tñ hoc eſſe intelligendũ,ꝙ nõ poſsit præiudicare, quatenus ad ſocũ pertinet de illo debito,ſed quatenus pertinet ad paciſcentem,& eſſet ei reſtituendũ iudicio ſocietatis,ſi ſocius exigeret totũ:& propterea videtur,ꝙ in illo valeat pactũ,quo ad præiu diciũ ipſius paciſcẽtis,per l.ſi fundũ ℣.de ſerui.ruſti. prædio.& ſic ſocius poterit petere totũ,ſed quatenus ad ipſum pertinet iure ſocietatis:licet Bar.hic in ſolutione iſtius contrarij, videa tur dicere contrarium,ꝙ poſsit totũ petere,& nõ habeat aliqd reſtituere paciſcenti:quia ſui culpa & defectu cecidit à debito quod nõ placet. Quia ſicut pactũ illius non debet ſibi nocere, ita nõ debet ſibi eſſe lucroſum:& hanc puto veritatẽ, per quã
5 optimẽ declaratur iſte tex.†Sed in alio, bene põt nocere ſoeius,pluſcꝫ nõ ſocius,& agendo & petendo facit̃ incidere in pœnã ſociũ,quã ipſe ſocius promiſit,ſi ageret & peteret, quia agẽte vel petẽte ſocio etiã ipſe agere vel petere videtur: & hæc eſt ratio,quare quod ille agẽs exigeret,habebit ſecũ cõicare,vt hic eſt caſus:et in l.cõtraria. Sed ſi nõ eſſent ſocij,et nõ haberẽt ſecũ cõicare,vt ſi eſſent rei ex cauſa lucratiua, iuxta notata in l.qui hominẽ §.j.℣.de ſolutionibus,per Bar.nec tũc quia ceſſaret dicta ratio faceret illũ incidere in pœnã. Si aũt ex cauſa oneroſa,tũc petendo totũ faceret illũ incidere in pœnã,ſi de illo toto haberet aliquid cũ illo cõicare:vt quia debitũ eſſet contractum de pecunia cõi vel illius tantũ:ita intellige l.cõtrariã, & habes verũ intellectũ. Itẽ in alio plus præiudicat ſocius quã nõ ſocius,ſcilicet in acquirẽdis:quia impedit acquiſitionẽ fieri ſocio,ne dolus ſuus faciat ipſum lucrari:quia ſocius ſi lucrareꝫ ſecũ cõicaret:& hic eſt caſus in l.ſi duo ℣.ſi quis cau.ſed in queſtis perdendis,minus præiudicat ſocius quã nõ ſocius:vt hic ratione prædicta,quia debitũ eſt cõe:& idẽ ſi non eſſent ſocij,& debitũ eſſet cõe:ſecus ſi nõ eſſent, vt ex cauſa lucratiua: qa pactum vnius ex reis credendi ex cauſa lucratiua præiudicaret correo,ſicut & nouatio facta per eũ:vt l.ſi rẽ §.ſi duo ℣. de nouatio.& hoc videt de mẽte Bar.In gl.ibi:vel dic hic re, nõ conuẽtione ſocij erãt.Iſta nõ eſt vera,quia tũc non poſſet quilibet eorũ agere,cuius cõtrariũ hic dicitur,vbi inſolidũ alter petere poſsit,puta,ſi duo ſucceſsiſſent vni creditori. Nam inter eos eſſet ſocietas incidẽs,vel de qua loquit̃ gl.& quilibet ageret pro parte,cũ actio diuidatur per gl.inter hæredes:dic ergo, ꝙ erãt ſocij omniũ bonorũ vel illius obligationis.vt no.gl.in l.duo ſ. ſi quis cau.in gl.j.in fin.& ℣.rẽ ratã habe.l.ſi quis vni.& ſic erat ſocietas cõuẽtionalis incidẽs.In fi.gl.ibi.Sol.aliud in acceptilatiõe:quia habet vim ſolutiõis.Vnde ſicut ſolutionẽ verã recipiẽdo,vnus ex correis credendi præiudicat alteri, quia ſoluens ab vtroꝙ liberat̃,vt hic dũ dicit,cui̇s ei rectè ſoluatur:ita & accepto ferẽdo.Et aduerte quia iſta gl. in acceptatilatiõe & in delatione iuramenti nõ diſtinguit,an iſti eſſent ſocij,vel nõ ſed indiſtinctè,ꝙ alteri præiudicet in his duobus ſicut prę iudicat litẽ cõteſtãdo,vel ſolutionẽ recipiẽdo:ſed in l. & per iuſ
7 iurandũ in fi.videt diſtinguere,an ſint ſocij vel non:& iſta eſt verior.In pacto verò,bene diſtinguit:quia ſi ſunt ſocij: pactũ vnius nõ nocet alteri.idẽ ſi nõ ſunt ſocij,tñ ſunt ex cauſa oneroſa,quia pecunia ab vtroꝙ proceſsit:& qualiter hoc intelligitur,ꝙ alteri nõ noceat dic,vt ſ.dixi in eo q ꝙ ad alterũ eſt peruenturũ ex hac obligatiõe:ſed in eo,ꝙ ad ipſum paciſcẽtẽ bene præiudicat,vt ſ.dixi licet Bar.aliquãdo videat hoc tenere, dũ dicit,ꝙ ſi pecunia ceſsit à paciſcẽte,dũtaxat præiudicat:qm ad illũ tota debet peruenire, & ipſe habeꝫ pro ſolo creditore ꝙ placet,& aliqñ tenere videt cõtrariũ ꝙ nõ præiudicat: quia nec tenet alter cõicare paciſcẽti id qđ exigit,cũ ſua culpa cecidit à debito per pactum:ꝙ mihi nõ placet:ſi aũt ſunt ſocij, nec ſunt ex cauſa oneroſa,ſed lucratiua:vt ſi Titius animo donã di tibi & mihi & cuilibet inſolidũ promiſit x.videnť doct. cõcor dare,ꝙ tũc pactũ meũ de nõ petẽdo præiudicat tibi, vt poſteà nihil petere poſsis,ſicut nec ego:quia hoc creditũ non eſt cõe, ſed cuilibet propriũ & allegãt ad hoc l.in l.fal.hoc obſeruandũ ℣.ad l.falci.mihi aũt videtur totũ oppoſitũ,ꝙ tũc nihil tibi noceat,& ꝙ poſsis petere totã quantitatẽ:licet nõ ſic in præcedẽtibus caſibus per rõnẽ doc.quia cuilibet cenſetur propriũ hoc debitũ,& pactũ meũ excludit me à petẽdo, quatenus eſt meũ: ſed te nõ debet excludere per regulã quæ ponitur ℣.ea l.§.ante omnia,ꝙ pactũ factũ ab vna perſona nõ præiudicat alteri,niſi reperiatur expreſſum:ſed hoc nõ reperio nec obſtat iſte text. qui facit vim in hoc,ꝙ iſti erant ſocij & ſic tenuit: ſecus ſi non erant,& ꝙ tunc præiudicet:nã imò aliud vult dare,quia in ſocijs videbatur ꝙ pactũ vnius alteri noceret magis, ꝙ in ſocijs: cũ hocvideamus in caſu l.ſi duo ℣.de arbitris.& in caſu l.ſi duo
8 ſ.ſi quis caut.tamẽ hic dicitur cõtrariũ, ꝙ ſcilicet remittendo quod eſt cõe:ſed ſint ſocij;alter alteri nõ præiudicat per pactũ licet bene præiudicet in acquirẽdis vel in faciẽdo ſociũ in pœnã incidere.vt in legibus contrarijs.Si aũt nõ ſunt ſocij, nullo modo præiudiciũ debet,poſtꝙ debitũ eſt cuilibet propriũ,qa ſuper alieno,nõ põt quis paciſci,vt ℣.ead.l.§. & in ſumma. ſed vnũ eſt, ꝙ fortiter obſtat,ſcilicet l.ſi rem §.duo C.de noua. de qua gl.quæ incipit imò.opponit:nã illa vult, ꝙ nouatio facta per vnum ex reis credendi,noceat alteri:quia iſte tex.dicit ex preſsè cõtrariũ,ibi.nã nec nouare. Plures dãtur ſolutiones: & finaliter nõ eſt dare meliorẽ,quã iſtã,ꝙ hic loquatur in ſocijs: illa in nõ ſocijs,& ſic nõ ſocijs nõ præiudicat, cuius contrariũ ſ.dixi.Sol.aliud in pacto,qđ nõ tẽdit ad extinguendũ vel perimendũ omnino obligationẽ,ſed ad excludendũ paciſcentem ope exceptionis:vnde nõ extenditur ad alterã perſonã. Aliud in nouatione,per quã perimit̃ prima obligatio ex toto, & hoc concernit vtrunꝙ,ſed ſi ita eſt,ꝙ perimat,ergo deberet præiudicare,ſiue ſint ſocij ſiue nõ,vt in gl.hic dicit̃ de acceptilatiõe, quæ perimit,& tamẽ doc.dicũt contrariũ,vt ſaluentur iſti tex. qui ſunt contrarij.Bar.in l.ex duobus ℣.de duobus reis.mouet hoc dubiũ & non ſoluit:ſed dicit,cogita tu pro ſolutione. Sed in hoc dic aliud in acceptilatione quæ omnino perimit aliud in nouatione,quæ licet perimat vnã,aliã ſubrogat loco illius. Vnde non videtur perempta,quia ergo nouata verè perimi
6 tur,plus nocet nouatio quã pactum:ſed quia videtur nõ perempta,minus nocet nouatio quã acceptilatio:et hic aperies aures tu prouecte:quia iſta ſunt difficilia:& de apicibus iuris.†Vltimò Alberi.dicit per iſtum tex.dũ dicit inſolidũ alter petere poſsit,ꝙ ſi ſunt plures ſocij vnius mercantiæ,vel fundici,quilibet eorum agere põt inſolidũ cõtra debitores fundici, in quibus cõtinetur,ꝙ talis puta,ꝙ Titius & ſocij debent reci pere centũ à tali:opponebat cõuentus,ꝙ niſi oſtẽdat mandatũ à ſocijs,nõ poterat aliquid petere,nec partẽ quidẽ illorũ nec partẽ ſuã:quia nõ cõſtat quotã habeat partẽ, & dicit fuiſſe determinatũ cõtrariũ per iſtũ tex.ſed videtur cõtra ipſum expreſsè determinatio Bar.in l.eadẽ ℣.de duobus reis.qui tenet,ꝙ qñ tenent mercantiã per ſe,& in eodẽ loco nõ dicantur plures rei debendi,nec debeatur cuilibet inſolidum & hoc per l.ſi tamẽ plures de exercito. reprehendẽdo Cy. qui tenuit contrariũ in
7 l.ſi te in gallia C.ſi certũ petatur.& ad hũc tex.†reſpondeo, ꝙ loquitur in argentarijs,qui habebant officiũ de publico,vt no. in l.quædã §.numularios ſ. de edendo.vnde in illis fatetur, ꝙ
8 quilibet habet actionẽ inſolidũ,†& eodẽ modo,ſi ſunt plures qui emerunt gabellã à cõi,& ſic ſunt poſiti in loco cõis,quili
a bet agit inſolidũ[a] cõtra debitores gabellæ,vt in l.j.cũ ſua gl. ℣. de lo.pu.fru.ſecus dicit in exercẽtibus mercantiã priuatã: põt tamen dici,ꝙ qñ exercent per ſe alternis vicibus,quia aliquando ſtat vnus in apotheca,aliquando alter:tunc alter alterũ videtur inſtituere:ſicut quando in diuerſis locis vt idẽ Bar.dicit & ſic quilibet poterit agere inſolidũ,iuxta notata per Bald.in d.l.ſi te.cętera vide per Bar.in d.l.ex duobus ℣.de duobus reis.

2 ☞ *Per liberam perſonam licet non acquiratur alteri actio:an tamen acquiratur exceptio doli?*

3 *Quando ſuſpenditur aliqua lex,uel ſtatutum,uel ſententia uel interdictum, ad tempus tranſacto tempore non expedit reiterare:ſed à ſeipſis reaſſumant iſtus uires. Quid in ſententia excommunicationis.*

1 **§.Si cum reo ad certum.** †Pactum tẽporale,vltra tempus nõ prodeſt paciſcenti,nec etiã alteri ex perſona eius.Itẽ pactũ factum principali,ne petatur à fideiuſſore,parit illi exceptionẽ de æquitate,licet ſecus de rigore h.d.ſicut econtra,vt ſ.e. l.idẽ in duobus,in fine cũ l.ſequẽti:& ſic intelligo,ꝙ hic parit exceptionem doli,prout ibi,nõ directa pacti.In tex.ibi quia eũ demum.vult dicere,ꝙ exceptio debet ſumere originẽ in perſonã principalis:& poſteà facit trãſitũ in fideiuſſorẽ.Sed hic nõ ſumit originẽ,quia nõ fuit cõceptũ in perſonã principalis: vnde ſibi nulla exceptio competit.Sed dic,ꝙ ſi incíperet in perſonã principalis,illa eſſet directa exceptio pacti,quæ tranſiret in fi
2 deiuſſorem:etiã de rigore iuris:ſed quia non ſumit inde origínem,eſt ſolum exceptio doli de æquitate.†In tex.ibi, non ſic enim,reſpondet tacitæ obiectioni,quæ poſſet fieri, ꝙ nec doli exceptio debeat cõpetere,quia per liberã perſonã alteri nõ acquiritur.Sed reſpondet,ꝙ potius per hunc actũ proſpicit̃ ipſi paciſcenti, ꝙ acquiratur fideiuſſori.& glo.dicit,ꝙ proſpicit̃ in hoc,ꝙ amicus ſuus eſt liberatus,quod eſt magnũ. Nam interest ſua,ꝙ alius non ſit obligatus pro eo,cum per hoc illi obligetur ad antidora.Meliús põt dici,ꝙ per liberã perſonã alteri non acquiritur actio:ſed ſi quæritur,an acquirat̃ exceptio doli:diſtinguitur:an ſe contingant in eadem obligatione,vt hic, et acquiritur,vt ſ.l.proxi.aut non ſe contingũt,& tũc ſecus, vt l.idẽ in duobus §.j.e.notabili.In gl.quæ incipit neꝙ ibi ex pacto,ſubaudi tacito,quod reſultat expreſsè:quia ſi paciſcor nõ petere à te intra annũ,tacitè videor paciſci de petendo poſt an
a nũ,vult igit̃ gl.ꝙ fideiuſſor nõ cõueniꝫ ex hoc tacito,[a] quoniã in illo nõ conſenſit:pactũ verò de nõ petẽdo ſibi incipit proficere:vnde hoc nouũ nõ nocet,vt in ſi.℣. eo. ſecundũ cõuenitur ex primo cõtractu,qui cõſenſit:quia pactũ tẽpore,ſuſpendit illum contractũ ad tempus,& illo tranſacto nõ expedit illũ con
3 tractũ reuocare,qa per ſeipſum reaſſumit vires.†Ex hoc not. ſecundũ Ang.hic,ꝙ qñ ſuſpenditur aliqua lex,vel ſtatutũ, vel ſententia,vel interdictũ,ad tẽpus:quia tranſacto tẽpore,nõ expedit reiterare,ſed per ſeipſum reaſſumit iſtas vires, & ita fuit determinatũ Bononię tẽpore Ioãnis de olegin qui fuit dominus,& tangitur per Bar.℣.proxi.§.& dicit ſe habuiſſe de facto in quadam ſentẽtia ſuſpenſa per dominũ Barnabouẽ. Et ſentẽtia excõicationis nõ põt ſuſpẽdi,ſed tolli:tamẽ ideo nõ remitteretur in primã ſentẽtiã,ſi nõ ſeruauerit mãdata, ſed opus eſ
b ſed de nouo[b] excommunicare,vt notatur in §.ſequenti.

2 ☞ *Vnum factum per aliud non tollitur.*
Eliſio dicitur quædam debilitatio.
3 *Per ſtipulationem ſequentem omnis effectus ſtipulationis præcedentis tollitur, ſi hoc actum eſt,& an per acceptilationem? & an ipſo iure? & quid in pactis,& nu.4.*
4 *In ſtipulationibus qualiter continetur ius? & in pactis factum uerſatur. & nu.11.*
Ad inducendam nominationem præcedentis obligationis,quare non ſufficit pactum: ſed requiratur ſtipulatio.
Debitum ex una cauſa ꝙ poſsit conuerti in aliam cauſam per ſtipulationem non ſic per pactum,niſi pecunia ſit parata ſolutioni.
5 *Pactum de non petendo quatuor effectus operatur:quia tollit naturalem obligationem ortam ex primo contractu,& elidit̃ ciuilis,& etiam actio:& producitur exceptio aduerſus actionem:& paciſcens obligatur naturaliter ad nõ petendum.*
6 *Prius pactum de non petendo per poſterius de petendo non tollitur quantum ad tres effectus primi pacti:ſed aduerſus eos paratur replicatio. & nu.7.& 8.*
7 *Quartus effectus de naturali obligatione inducta per pactum de non petendo,tollitur per pactum de petendo:licet ſit ordinata ad liberandum:& ſic eſt ordinata ad agendum:ꝙ tollatur per pactum de non petendo. & nu.8.*
8 *Licet ad producendum actionẽ requiratur concurſus naturalis & ciuilis,tamen poſtquam eſt in effectu producta poteſt ſuſtenturi in naturali tantùm.*
9 *An ſit uerum indiſtinctè ꝙ per pactum de non petendo tollatur naturalis obligatio?*
10 *An ſit uerum indiſtinctè ꝙ pactum de nõ petendo inducat naturalem obligationem ad non petendum.*
11 *Quæ ſit utilitas iſtius obligationis naturalis?*
Si lex uel ſtatutum prohibet quem obligari ſine certa ſolennitate, non poterit etiam de non petendo facere ſine illa ſolennitate.
12 *Qui opponit de beneficio pacti,non habet neceſſe allegare aliquid quod conſiſtat in iure ſed ſufficit quòd alleget pactum ſibi factum: & ipſum probet, & quid in ſtipulatione?*
13 *Quando quis habet ius mero iure,licet illud poſsit elidi per exceptionem uel replicationem:ſi pars aduerſa excipiat uel replicet,etiam ſi iudici conſtat de illa exceptione uel replicatione,dabit ſententiam pro illo qui habet ius mero iure: nec debet ſupplere de facto.*
Quando conſtat quem mero iure non ſouere ius, & non habere actionem uel exceptionem,tunc põt et debet ipſum repellere ex officio.
a *In quibus aliis poteſt iudex ſupplere de facto ex officio?*
14 *Quare propter hoc quòd in pactis uerſatur fidũ,unum pactum non tollitur per aliud: & qua in ſtipulationibus uerſatur ius,una ſtipulatio per aliam tollatur? & nume.4.& 11.*
15 *Qui uult probare ſtipulationem, neceſſe habet probare iſta tria:quòd præceſſerit interrogatio, & incõtinenti ſecuta reſponſio.*
Verbum promiſit in ſcriptura publica uel priuata poſitum,hæc tria importat.

§.Pactusne peteret poſt

1 eã. †Pactum de petendo non tollit ipſo iure præcedens pactum de non petẽdo: licet ſequens ſtipulatio interpoſita animo nouandi,tollat præcedẽtem ipſo iure:nec etiã tollit effectum ipſius pacti,ſcilicet exceptionẽ:ſed etiam elidit, inducendó ad
b uerſus eam replicationẽ: qua mediãte iuuatur actio ex præcedenti contractu:quę non erat ſublata per præcedens pactum de non petendo: ſed eliſa,vt poſsit intentari tam contra principalem quàm contra fideiuſſorem,ſi conſenſit in vltimo pacto: hoc primo.Et ſi per pactum præcedens actio erat ipſo iure ſublata,per ſequens pactum de petendo non reſuſcitatur: & ſi erat talis, ꝙ non oriebatur ex pacto,ſed ex maleficio: nec etiam noua producitur. Secus ſi erat talis,quæ oriebatur ſolo conſenſu: tunc enim licet vetus extincta nõ reſuſcitetur,noua tamẽ producitur, tan quàm renouato contractu:hoc ſecundo. Si vero actio ex primo contractu non erat extincta:nec etiã ex toto eliſa, ſed erat diminuta in re:vel aucta in tempore per vltimum pactum cõforme primo cõtractui reducit̃ in priſtinũ ſtatũ actio; nec poterit dici cõditio actionis deterior: licet per pactum præcedẽs fuiſſet effecta melior, vt iſta melioratio tollatur per vltimum pactum,poſtquam actio reducitur ſuę formæ,& primitiuę naturæ:hoc tertio & vltimo dicit iſte §. ſolennis & ſubtiliſsimus magiſtralis, & difficilior maxime in glo.quàm hoc anno habuerimus. & loquitur totus iſte text. quando tres interuenerunt conuentiones inuicẽ cõtrarię,prima obligatoria, ſecunda liberatoria, quæ contrariatur primæ: tertia reſtitutoria ad primam,quę contrariatur ſecundæ.& hic principaliter agitur de virtute iſtius vltimæ:quid operetur circa ſecũdam, & quid circa primam: de qua materia tractatur etiam C. eo.l.pacta no uiſsima. Et diuiditur in tres,vt in ſummario,primo vſque ibi ſed ſi pactum: & in illa,pactum de petendo,appoſitum ad tollendum obligationem & actionem ex primo cõtractu, ipſam non abſtulerat,ſed eliſerat ſcilicet ciuilem obligationem & actionem, licet naturalem abſtuliſſet: ideo ſequens pactum, petendo,non inducit de nouo actionem,ſed facit vt actio quę remãſerat tantũ eliſa,efficiatur efficax, & producit replicatio nem ad ipſam coadiuuandũ. In ſecunda parte quæ durat vſqꝫ ad verſ. ꝙ ſi nõ,vt tollaꝫ per pactum præcedens de nõ petẽdo, fuerat actio & omnis obligatio ipſo iure ſublata: vnde per pactum ſequens de petendo non reſuſcitatur: ſed ſi quæritur,an noua producatur: diſtinguitur an prima eſſet talis,quæ non oriebatur ex contractu:ſed ex maleficio,vt iniuriarũ,vel furti & ſimiliter non producitur de nouo. Aut erat talis, quæ oriebatur ex contractu, ſed ſolo conſenſu contrahebatur, & tunc producitur de nouo tanquam ex renouato contractu per vltimum pactum.Si autem non contrahebatur ſolo conſenſu,innuit eſſe ſecus,quod eſt verum & vltra:propterea,quia præcedens actio non erat eliſa per primum pactum de non petendo, nec ipſo iure extincta: ſed diminuta vel aucta in re, vel in tempore:quo caſu etiam ſi erat talis quę ſolo cõſenſu naſcebatur,vt tollebatur cum per pactum præcedens non eſſet ſublata,ſed per ſequens: per vltimum pactum non producitur noua actio, ſed vetus cum effectu inſtituitur, quia per vltimum pactum reducitur ad priſtinã formam vel naturam, quælibet etiã iſtarũ partiũ recipit ſubdiuiſionem. Nam & prima pars quę eſt difficilior, & in qua ſunt omnes gloſſæ magnæ ſubdiuiditur in quatuor: quia primo ponuntur duo dicta inter ſe contraria:vnũ in pacto,aliud in ſtipulationevſqꝫ ibi,quia. Se

1 ☞ Sed bene conuenit ex prima obligatiõe fideiuſſoria. Quoniã prorogatio termini principali facta fideiuſſorẽ nõ liberat,ſed tantũmodo prorogat terminũ vt ipſi principali.& ad hoc facit optime ſecũdũ Ange. l.fi.C. de vſur.quod ſi mitabis.vt hic ꝙ eundem niſi fideiuſſor ad tẽpus ſe obligaſſet,et prorogationi non cõſenſiſſet.

a ¶ De nouo.Sed an de legatus qui excõicatum abſoluit ſub cõditiõe nõ adimpleta, ille poſsit ſup reincidentia pronunciare, maxime ſi alij executori cõmiſſa ſit executio,vide per ro. conſi. cccxxxj.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundò ponitur ratio diuerſitatis inter illa, vſq; ibi: & ideo. Tertiò ponitur quædam illatio ex qua declaratur primũ dictũ de pacto, qualiter intelligitur dum dixerat, prius pactũ per poſterius elidi, vſq; ibi eadẽ. Quartò & vltimò declarat vnũ dubiũ circa ipſum primũ dictũ. In tex. ibi prius pactũ, infert effectus præcedẽtis pacti de non petendo, qui conſiſtit potius in iure quã in facto: & tamẽ nõ tollitur per vltimũ pactũ de petendo, ſed eliditur ipſum aũt pactum prout facti eſt, clarum eſt, q nõ
2 nõ tollitur: † quia vnũ factum per aliud nõ tollitur. vt l. in bello §. factæ ff. de capt. In tex. ibi, eliditur. quaſi dicat, nõ aũt tolli tur, vt patet ex ſequenti ver. & dicitur eliſio quædã debilitatio: hoc autẽ declaratur in verſi. & ideò: quia exceptio orta ex præcedenti pacto, de nõ petendo, per ſequẽs pactum de peten do nõ tollitur ſed aduerſus eam inducitur replicatio, per quã
3 eliditur. † In tex. ibi: ſicut tollitur ſtipulatio per ſtipulationem intelligas q ſtipulatio prout eſt facti, ſicut & cæteri cõtractus. vt l. cõſilio §. fi. de cura. fu. tollitur per aliã ſtipulationem, quia hoc eſt impoſsibile, q ſtipulatio quæ ſemel fuit cõtracta, non fuerit contracta: nã dicunt philoſophi, q hoc ſolo priuaẽ deus, quia non põt facere, vt id quod factũ fuit, nõ fuerit factum: licet poſsit fingi q factum non fuerit, & licet poſsit tolli omnis eius effectus, ac ſi factum nõ fuiſſet, et ita intelligitur hoc: quia tollitur omnis effectus præcedẽtis ſtipulationis per ſequentẽ interpoſitã animo nouãdi, & omnis oblihatio ciuilis, & naturalis, & etiam actio. Et in hoc differunt ſtipulationes à pactis: quia vltimum pactum nõ tollit effectum precedentis pacti. vt §. dixi ſed aduerſus ipſum inducit remedium exceptionis: hic vero tollit ipſo iure: licet effectus pacti ſicut & effectus ſtipulationis conſiſtant in iure: & hoc prout iſte tex. intelligitur in ſtipulatione coæqueua: põt etiã intelligi in ſtipulatiõe cõtraria, ideſt in ſtipulatiõe, per quã tollitur ipſo iure præcedẽs ſtipulatio, ideſt omnis effectus eis, vt vult gl. quæ incipit Aquiliana: præcedẽs tamẽ magis placet per id quod infrà ſequitur. ſi hoc actum eſt: nã ſi loqueretur in acceptilatione, nõ expediebat illud dicere, eo q ſemper videt hoc actũ: ſed q ſtipulatio ſequẽs nouet primã, nõ ſemper videt actum, ſed ita demum, ſi cõtinebat aliquid pluſq; primo iure iſto vt l. qui vſumfru. de ver. obl.
4 & hodie ſi hoc fuit expreſsè actum vt l. ſi. de noua C. † In text. ibi, in ſtipulationibus ius cõtinetur: in pactis factum verſatur gl. hic quæ incipit in opponẽdo, laborat multum in intellectu iſtorum verborum: et videtur ponere quatuor intellectus. ſed doc. reducunt ad duos: quia tertius intellectus tendit ad idem cum primo, et quartus ad idẽ cum ſecundo: tu autẽ reiectis ambagibus, licet gl. dicat aliqua quæ ſunt notanda: dic, verus ſenſus iſtorum verborum eſt iſte. Nam certum eſt, q omnis contractus etiam ſtipulatio, prout denotant actum cõtrahendi: dicuntur in facto conſiſtere. vt l. conſilio §. fin. de cu. fu. & in hoc nõ eſt differẽtia inter pactum & ſtipulationẽ: ſed in effectibus eſt longa differentia, quia cum ſtipulatio ſit conttactus à iure inuentus, datur ſibi magnum robur à iure: ſed pacto nudo nõ datur à iure ciuili tã magnum robur, & ideo ſtipulatio potentior eſt ad tollẽdum omnes effectus cõtractus, quã ſit pactum quod nõ roboratur à iure. Hinc eſt, q ad inducẽdã nouationẽ præcedẽtis obligationis, nõ ſufficit pactum, ſed requiritur ſtipulatio, vt patet in l. j. de no. iuncta l. itẽ illa §. fi. de cõſti. pec. & qã ibi no. Bar. qui dicit per ſequẽs pactum nõ nouari præcedẽtem obligationẽ, puta, pactum de cõſtituta: quia nõ eſt ad hoc ſufficiẽs. Ad hoc etiã videmus, quia debitũ ex vna cauſa, põt cõuerti in aliã cauſam per ſtipulationẽ, etiã ſi pecunia non ſit parata ſolutioni: nõ ſic per pactũ, niſi ſit parata, vt C. ſi cer. pet. l. ſi ex pretio. & quod plene no. in l. ſingularia ff. e. ti. ſtipulatio ergo põt tollere ſtipulationẽ, & etiã omnẽ alium contractũ iure nouationis. i. effectum, videlicet ciuilẽ, & naturalẽ obligationẽ, & actionẽ: licet pactum nudum nõ. Hinc eſt, q pactũ de nõ petẽdo, licet tollat naturalẽ, non tollit ciuilẽ, nec actionẽ: licet inducat exceptionẽ: & ideo nec ſequẽs pactũ, de nõ petẽdo tollit effectum præcedẽtis pacti, ſcilicet dictã exceptionẽ: ſed elidit, quia in eo nõ cõſideratur robur iuris, ſed ſimplex factũ: cum à iure robur ſibi nõ detur regulariter, licet aliquando detur, & tunc bene conſideratur: quia tollit ipſo iure, vt in ſequẽti ver. vt cum iuuatur l. auxilio vt §. eo. l. legitima. Pro declara-
5 tione gl. j. magnæ præmitte quod habetur in fi. ipſius gl. q † pactum, de nõ petendo, quatuor effectus operabatur: quia tollit naturalẽ obligationẽ ortã ex primo cõtractu, & ex hoc ſequitur ſecundus effectus: quia eliditur ciuilis, & etiã actio, & ex hoc ſecundo ſequitur tertius, quia producitur exceptio aduerſus actionẽ: & ex omnibus iſtis ſequitur quartus, q paciſcens obligaẽ naturaliter ad non petendum. Et hoc vltimum ſolus Azo dicit, q per alios approbatum fuit: & probat tribus rõnibus, vt patet poſt medium gl. ibi obligat quoq; paciſcentẽ. Secundò præmitte, q quidã intellexerunt textum dum dicit, q
6 † prius pactum, de nõ petẽdo, per poſterius, de petẽdo, nõ tollitur: ſed eliditur: q nullus de dictis quatuor effectibus tollaẽ, & ſic q nõ reſuſcitatur naturalis extincta, nec remouetur eliſio, nec tollaẽ exceptio: ſed aduerſus eas paretur replicatio. Et ſi dicaẽ, ſi actio remanet eliſa, quomodo põt habere vigorem. Reſpõdeo, ſicut vulneratus poſt ſanatum vulnus, licet remaneat cicatrix, recuperat tñ primas vires. Itẽ dicũt ipſi, q nec tollitur naturalis obligatio, qua tendit ad nõ petẽdum: & in hoc vltimo cõſiſtit difficultas: quia in præcedẽtibus ſine dubio dicunt verum. Sed videtur in vltimo nõ dicere verũ: & q imò naturalis obligatio orta ex pacto, de nõ petẽdo, tollatur per ſequẽs pactum de petẽdo, patet per l. Stichũ §. naturalis j. de ſol. & in ſolutione iſtius cõtrarij volendo ſuſtinere dictã opi. laborat quaſi tota iſta gl. & ponit in effectu quinq; ſolutiones. Prima, q ibi loquitur in obligatione naturali orta ex primo contractu, quę erat iuncta cum ciuili: & illa tñ tollitur per pactum de nõ petẽdo: quia cũ per ipſum elidaẽ ciuilis, etiã naturalis in cõſequentiã, quia modicũ fermẽti &c. vt in gl. hic verò in naturali orta ex pacto, de nõ petẽdo, quæ non erat iuncta cũ ciuili. Vnde nõ recipit corruptionẽ à corruptione ciuili. gl. reprehẽdit hãc ſolut. per l. fi. de iureiur. vbi ſiue ſit iuncta cũ ciuili ſiue nõ, tollitur per ſequentẽ cõſenſum. Propterea extra gl. eliſio ciuilis nõ debet eſſe cauſa ſublationis naturalis: ſed potius ecõuerſo ſublatio naturalis debet eſſe cauſa eliſionis ciuilis, vt dixi §. pro hac tñ opinione faciebat quod alibi habemus in poſ. naturali, quia qñ eſt coniucta cũ ciuili, facilius perdiť, quã per abſentiã: ſecus ſi nõ ſit cõiuncta, vt illa quã habet fructuarius, vt no. in l. licet C. de acqui. poſ. ſed hic nõ obſtat: quia ideo perdiť, qñ eſt iuncta cũ ciuili, quia ſufficit ciuilis ad retẽtionẽ, cum retineaẽ ſolo animo: qñ nõ eſt opus aliqd fingere de naturali, quæ retineẽ corpore. Sed qñ nõ eſt cõiuncta, ſi perderetur naturalis per abſentiam, nihil remaneret penes fructuariũ: ideo fingitur habere quid nullitatis, vt animo ſolo retineatur. Secũda ſolutio eſt, q ille tex. §. naturalis. dũ dicit naturalẽ ipſo iure tolli per pactũ, de nõ petendo, intelligitur ſecũdũ iſtũ, nõ q extinguatur naturalis, ſed q à iure producitur exceptio aduerſus eam, ſicuti hic aduerſus exceptionẽ inducit replicationẽ: hæc eſt bona. quia hic nõ eſſet tollere, ſed elidere, vt hic & ibi dicitur, q tollitur. Tertia ſolutio eſt econuerſo ad primam, q qñ eſt iuncta cũ ciuili, nõ tolliť: & ita intelligitur hic, quia cum vna ſit ſubſtãtia vtriuſq;, ſi tolleretur naturalis, tolleretur etiã ciuilis; quod eſſe nõ põt per nudũ pactũ. Si autẽ non eſt iuncta, tũc debitor eſt: ideo facilius tollitur, vt contraria. Hæc eſt falſa in omni ſui parte: nã hic nõ erat iuncta, cũ eſſet certa de pacto, de non potẽdo, quod erat nudum: & tñ nõ tolliť ſecũdum primã opinionẽ, cuius contrarium iſti dicũt. Item in contrario erat iuncta, & tamen textus ibi dicit, q tollitur, nec eſt verum, q ſit vna & eadẽ ſubſtantia vtriuſq; ſecundũ gl. hic licet gl. inſti. de ob. in prin. hoc ſentit. ſed iſta melius ſentit, cũ tantũ ſint aduerſa nomina, ſunt etiã diuerſæ ſubſtãtiæ. arg. in l. ſi idẽ. C. de cõdi. & vna prouenit à iure gentiũ, vt l. hoc amplius §. is natura debet. de reg. iu. altera ex rigore iuris ciuilis, vt e. ti. de ob. in prin. & ad textũ in quo illi ſe fundant dic, vt in gloſ. Quarta fuit ſolutio Azo. quã Accur. ſequitur in ver. qualiter ergo, qui per plura verba vult hoc in effectu, q interdũ obligatio naturalis ordinatur ad agendũ, vt eſt illa quæ oritur ex primo contractu & illa per pactũ, de non petẽdo, qñ ordinatur ad liberãdum, & ſic eſt fauorabilis, tollitur, & ita loquitur cõtrariũ. Interdũ ordinaẽ ad liberandũ, vt eſt illa quæ oriť ex pacto de nõ petẽdo: & illa per ſequẽs pactũ nõ tolliť, ſicut nec vera liberatio, quæ fuiſſet facta per verã ſolutionẽ: quia liberatio fauorabilis eſt, & ſequẽs pactũ de nõ petẽdo odioſum reſpectu præcedẽtis. & ſi dicaẽ, tu implicas cõtradictionẽ in verbis tuis, cum

obligationem

obligationẽ naturalẽ appellãs liberationẽ, cũ ſint inter ſe contrariæ. Rñdit Azo, nõ mireris: nã & alibi libertas dicit ſeruitus aliquo reſpectu. vt l. j. de ſer. vr. prædi. & tamẽ ſunt inter ſe cõtrariæ: quia libertas ſeruitutẽ extinguit, & econuerſo, vt l. ſi ædes §. libertas e. ti. Itẽ ſi dicaẽ, rõ, quæ ponit in text. eſt gñalis ad vtrunq; caſum, dũ dicit, qa in pactis verſaẽ factũ: & ſic videtur q ſi tollaẽ illa quę ordinaẽ ad agẽdũ orta ex pacto, ſimiliter & illa quæ ordinaẽ ad liberãdũ: reſpõdeť q iſte tex. dũ dicit, in pactis factũ verſaẽ, debet reſtringi ad pacta liberatoria, in quibus verſaẽ pactũ liberatoriũ: nõ autẽ haberet locũ iſta rõ in pa
7 ctis obligatorijs, in quibus nõ verſatur tãtus fauor. † Breuiter iſta rñſio eſt nimis violẽta: & ideo alij ponũt quintã ſolutionẽ, quæ colligiť ab illo verſi. propterea. vſq; ad verſ. ſi obijciaẽ. vbi gl. præmittit duo ad euidẽtiã, & poſtea videť ſoluere ſecũdũ illos ſub dubio tñ: fortè q iſte tex. dũ dicit prius pactũ per poſterius elidi & nõ tolli: debeat reſtingi quãtum ad tres effectus primi pacti, vt illi nõ tollanť: quia nec reſuſcitaẽ naturalis extincta, nec tollitť exceptio, licet aduerſus eas paretur replicatio. Sed quantũ ad quartũ effectũ de naturali obligatiõe inducta per pactũ de nõ petẽdo, dicẽdũ eſt pactũ tolli: quia illa tollitur per ſequẽs pactũ de petẽdo, licet ſit ordinata ad liberãdũ, ſicut illa quæ orta eſt primò ex primo cõtractu: & ſi eſt ordinata ad agendũ, tollitur per pactũ de nõ petẽdo, vt in §. naturalis & ſic nõ ob. & debet intelligi iſte tex. ſecundũ illũ: & per illũ limitari: & iſta opinio, & ſolutio cõiter teneť q doc. Nã tollitur æquitas, in qua fundabatur iſta obligatio naturalis, ex qua nõ poterat agere de iure, & ſic tenebitur abſtinere: ex hoc reſultat obligatio naturalis, ſicut, q qs nõ cõmittat furtũ vel delictũ, vt inſti. de obli. quæ ex deli. naſ. in princ. nũc vero poſt pactũ de petẽdo, põt agere de iure & ſic nõ teneť abſtinere: ergo ceſſat obligatio, qua tenebať abſtinere. Guli. vero de cu. nõ fateť hoc, dicẽs, q ſi tolleretť iſta naturalis, etiã alij effectus pacti de nõ petẽdo tollerẽtur: quia procedũt ab iſto: ſed hoc nõ eſt verũ, imò iſte ſequiť ex alio: nã põt eſſe, q pactũ de nõ petẽdo pareret duos alios effectus, & tñ nõ iſtũ vt j. dicã per l. ſi pater §. j. j. de iure do. Secũdò principaliter opponiť, pro declaratione eius quod ſequiť in gl. in ver. quare fit. nã ſi per pactũ, de nõ petẽdo, ſublata fuit naturalis obligatio, & per pactũ, de petẽdo, nõ reſuſcitaẽ: ſequitur q actio ex primo cõtractu orta fuit: qa fundabať in naturali obligatiõe ſublata, & in ciuili: deſtructo vno fundamẽto principali, neceſſario fuit ædificatũ. ar. in l. nã origo j. q vi aut clã. igiť nõ põt actio quæ nõ eſt, replicatiõe iuuari C. de trãſ. l. ſub prętextu. nec in iudiciũ effectualiter inſtituí, cuius contrariũ vult gl. & etiã §. dixi propter h. d. Io. q pactũ de petẽdo licet nõ reſuſcitat naturalẽ extinctã, producit tñ nouã, quæ iungiť cũ ciuili nõ extincta ad ſuſtentandũ actionẽ gl. reprehẽdit, & vult q nõ producat nouã obligationẽ naturalẽ, qa nõ fit ad hũc finẽ: nã obligatio producit ad finẽ producẽdi actionẽ: ſed hoc pactũ nõ fit ad finẽ, vt actionẽ nouã producat, quia nec põt, cũ ſit nudũ, ſed vt coadiuuet veterẽ, & illa nõ eſt extincta, licet ſit extincta naturalis obligatio, ex qua fuit orta: ergo nõ eſt neceſſe, q noua producaẽ: aliàs eſſet dicere, q duæ obligatiões oriẽtes ex diuerſis principijs, & cauſis, & in idẽ tẽpus nõ cõcurrẽtibus, producerent actionẽ vnã, quod eſt abſurdũ: nam ambæ debent oriri ex eadẽ cauſa, vt producant vnã actionẽ: aliàs ordinantur ad plures actiones, ſicut plures ſunt cauſæ: dicit ergo gl. ad contrariũ, q licet regulariter actio oriatur ex naturali & ciuili obligatione, quia ciuilis ſe habet vt pater naturalis vt mater, ſecundũ doc. tamen aliquando reperitur, q naſcitur ex ſola ciuili, vt in chirographo poſt bienniũ, & in re iudicata: ergo põt in ſolo ciuili ſuſtentari: doct. reprobant hæc exẽpla, quia in chirographo poſt bieniũ, & in re iudicata dicũt adeſſe naturalẽ obligationẽ, quæ oriť ex principijs iuris gẽtiũ: nã adeſt cõſenſus in chirographo, & equitas iuris gẽtiũ, vt magiſtratibus pareamus, in re iudicata, vt l. veluti §. de iuſti. & iu. & no. in l. Iul. j. de cõdi. inde. ideo ſolue alio mo
8 do, q † licet ad, pducẽdã actionẽ requirať cõcurſus naturalis & ciuilis, poſtq; tñ eſt in eſſe producta, nõ requiritur ad ſuſtentationẽ ipſius. imò põt ſuſtẽtari in naturali tantum. vt patet in ſententia abſolutoria per quã tollitur ciuilis, cũ ſit de iure ciuili, & remanet naturalis, vt d. l. Iul. & etiã patet in præſcriptiõe, per quam tollitur ciuilis, & remanet naturalis: & etiã in actione aduerſus quã quis eſt tutus exceptione, vt no. in l. ſi. j. rẽ ra. ha. ſic ergo põt remanere ī ſola ciuili, ſi naturalis fuit extincta per pactũ vel p iuſiur. remanẽte ciuili, licet eliſa, vt hic & l. ſi. j. de iureiu. Cõcludiť ergo, q pactũ de petendo duos tm̃ pducit effectus: quia naturalẽ obligationẽ ortã ex pacto de nõ petendo tollit, ſm̃ quintã ſol. §. traditã, & inducit replicationẽ aduerſus exceptionẽ: nõ aũt producit nouã obligationẽ, nec reſuſcitat veterẽ extinctã, nec tollit eliſionẽ nec exceptionẽ. Alij vero dicũt, q pducit quatuor effectus pactũ de nõ petẽdo, vt in fi. gl. q nõ placet: tñ põt dici ſm̃ Ang. & hu. q inducat naturalem oblig. ad hunc fi. vt nõ apponat exceptionẽ pacti, de non potẽdo, cũ debeat abſtinere ab apponẽdo: & poſtq̃ fecit pactũ de petẽdo, naturaliter obligaẽ ad abſtinendũ, ſicut quis naturaliter obligaẽ abſtinere à furto: ſed iſta nõ eſt pprie & formaliter naturalis obligatio de qua loquimur, ſed quędã aſtrictio. Vltimo qa tota gl. remanet expedita p prædicta, videndũ eſt
9 de tribus quæ tacta fuerũt, & nõ examinata perfecte. † Primũ an ſit verũ indiſtincte, q p pactũ de nõ petẽdo tollaẽ naturalis oblig. gl. tenet q ſic, Gul. de cu. dicit hoc eſſe verũ, qñ fit liberatio p verba de pñti: puta libero te ab eo in quo mihi teneris: qa hæc liberatio de directo ordinaẽ ad obligationẽ tollendã: ſed ſi dico, pmitto nõ petere: iſta, pmiſſio nõ ordinaẽ ad obligationem tollendã, ſed ad factũ meũ impediendũ. ſ. vt non peťa, & obligatio & petitio ſunt diuerſæ: igiť de vna in alterã nõ infertur. Bart. tenet cõtrariũ per tex. in §. ſed ſi ſtipulatus j. ea. l. qui loquiť in pacto de nõ petẽdo. & tñ dicit per ipſum totã oblig. reſolui, quia ſaltẽ indirectũ ordinatur ad hoc: limitat tñ hoc vt pcedat in pacto de nõ petendo, ſecus in pacto de nõ agendo: illud eñ naturalẽ oblig. nõ tollit, vt colligitur ex no. per Inn. in c. exceptio. obiectis. de lit. cõteſt. lib. vj. Eſt & alia differẽtia quia pactũ de nõ agẽdo dirigiť ad impediendã petitionẽ iudicialẽ duntaxat, nõ extra iudicialẽ: ideo ſi petit extra iudicium, nõ facit cõtra pactũ. Secus ſi promiſiſſet nõ petere, quia intelligitur tam in iudiciũ q̃ extra: & ideo magis inſicit oblig. ſm̃ eũdem. Alia limitatio eſt, vt habeat locũ q dixi in pacto de nõ petendo, quod, pducit exceptionẽ pacti, ſed in caſibus in quibus illa nõ producit doli exceptionẽ, vt §. eo. l. reſcriptũ. §. fi. & l. iu
10 riſgent. §. ſi ante aditã. & tunc nõ tollit naturalẽ vt ibi dixi. ſm̃ Bal. ltẽ tertio pcedit in pacto perpetuo, ſecus ſi, pmitteret nõ petere vſq; ad tps: tũc eñ ſolã exceptionẽ tẽporalẽ, pduceret, vt inſti. de exce. §. tẽporales. nõ aũt tolleret naturalẽ, nec elideret ciuilẽ: ſicut nec exceptio Velleiani vel Macedoniani, vt j. ad Ma. l. quia naturalis. † Secũdo videndũ eſt an ſit verũ indiſtincte, q pactũ de nõ petendo inducat naturalẽ oblig. ad non petendũ. Azo tenuit q ſic per tresrationes poſitas hic in gl. circa mediũ ibi, q patet & c. tñ duæ parũ faciunt ad ppoſitũ: quia qui naturaliter tenetur abſtinere, puta à furto, magis dicitur aſtringi, quàm qui naturali obligatione & formali dicitur teneri, vt dixi ſupra. & l. vbi pactum. C. de tranſactio. dum dicit vinculis: intelligitur modo prædicto de quadam aſtrictione. Dic ergo quòd aut fit per verba promiſsiua, vt promitto non petere: & tunc, quia promiſsio ordinatur ad obligandum, naturaliter obligatur: quia ſi promitteret ſolenniter per ſtipulationem, obligaretur ciuiliter & naturaliter. Si vero non fiat per verba promiſsiua, ſed cauſatiua vt profiteor te non teneri mihi, vt infra eodem. l. tale pactum. in principio. vel libero te, vel renuncio iuri quod habeo contra te, tunc non obligetur naturaliter, vt infra de iure dotium. l. ſi pater. §. qui debitorem. & quod notat Baldus in dicta l. vbi pactum. C. de tranſact. in ſecunda oppoſitione. & in l. iubemus. C. ad velleia num. licet gloſſa in dicto §. quæ debitorem. aliter loquatur.
11 † Tertio & vltimo quæritur quæ ſit vtilitas iſtius obligationis naturalis. Reſpondeo magna, quia ſi lex vel ſtatutum prohibet quem obligari ſine certa ſolennitate, non poterit etiam pactum de non petẽdo facere ſine illa ſolennitate, ſecundum Baldum: & de hoc vidi magnam altercationem: examina tamen hunc articulum, vt hic per eum. Super alia gloſſa quæ incipit in opponendo, quę eſt difficilis & modicæ vtilitatis, pro ipſius declaratione opponitur cõtra tex. dum ponit ratiõ nẽ diuerſitatis inter pacta & ſtipulationes, dicẽdo, q in pactis verſatur factũ in ſtipulationibus cõtinetur ius contra naturã. Aut cõſideramus ipſum pactum, & ipſam ſtipulationẽ, prout

Universidad de Deusto
Biblioteca

* ¶ Non. Adde q̄ contrariū tenet Anto. de but. post Io. and. in c. fraternitatis. de test.
b ¶ Iniquitate. adde g Car. cōsilio xxix.

sunt cōtractus: & tūc sicut pactū est facti, & ita etiā stipulatio, & oīs cōtractus, vt l. cōsimili §. fi. de cu. fur. aut cōsideramus effectus prædictorū: & tūc sicut effectus stipulationis sunt iuris, ita etiā effectus qui producuntur ex pacto, & nō nisi à iure producūtur: ergo non videt differētia: propter hoc gl. vult, q̄ Iuriscōsultus nō habuit cōsiderationē ad aliquod de prædictis duobus, sed ad aliud, scilicet ad vsum pacti vel stipulationis: qui vsus cōsistit in opponēdo beneficiū pretij vel stipulatiōis: & ponit quatuor intellectus. Primus vsq; ibi vel pactū. Secūdus ibi, imò ideo. & aduerte quia ante illud verbū imò: vel post, quidā habēt in gl. hęc verba, hic tēdit ad primā expositionē: quę verba nō sunt de gl. sed antiquitus fuerūt apposita extra gl. & vitio scriptorū fuerūt inserta in gl. & volūt dicere, q̄ in hoc ver. imò ideo, vbi ponit tertius intellectus, nō est intellectus nouus, sed declaratio primi intellectus: & sic gl. iste ver. tēdit ad primā expositionē, & aliter declarat, quā fuerit dictum in prima, & hoc vsq; ad ver. vel melius. ibi ponitur quartus, qui tēdit ad idē cū secundo tamen per aliū modū. Primus gl. intellectus est, q̄ ideo in pactis dicitur versari factū, † quia qui opponit de bōficio pacti nō habet necesse allegare aliquid, qd cōsistat in iure, et per cōsequēs nec pröbare: sed sufficit, q̄ alleget factū, id est pactū sibi factum, & ipsum probet. Ille verò qui allegat stipulationē nō solū habet necesse allegare factū, imò etiā solēnitatē quę cōsistit in iure et probare, vnde nō sufficeret si allegaret interrogationē præcessisse & respōsionē secutā esse, nisi etiā diceret & probaret q̄ in continēti: quia igiturvnū factū nō tollit̄ per aliud factū: vt l. in bello §. factæ ĵ. de cap. ita vnū nō tollit̄ per aliud pactū, & quia vnū ius tollit̄ p aliud, ideo vna stipulatio tollit̄ per alterā stip. & h. d. gl. in prin. Et q̄a ille q̄ allegat pactū releuat in hoc, q̄ nō habet necesse allegare vel probare solēnitatē. In alio cōtrariat q̄ per pactū, de petēdo nō tollit̄ præcedēs pactū de nō petēdo. Itē per pactū, de nō petēdo, nō tollit̄ præcedēs obligatio ciuilis nec actio: sed q̄a ille q̄ allegat stipulationē, grauat in probāda solēnitate, ideo releuat in alio: vt si aliqs allegat acceptilationē, & probat solēnitatē, vel aliā stipulationē animo nouādi, appareret liberatus ipso iure à prima: & ista voluit gl. in iij. expositiōe ibi, quin etiā nō sufficit vsq; ad versi. vel melius. sed q̄a ista sunt verba inutilia, & nullius efficacię vel valoris: ideo gl. tenēdo dictū intellectū, declarat aliter in ver. imò valet: quia ille in cuius fauorē pactū est factū, si vult q̄ sibi prosit, necesse habet opponere, & allegare beneficiū pacti, aliàs sibi nō prodesset, etiā si ex cōfessiōe aduersarij cōstaret de ipso pacto iudici. Vnde si feci tibi pactū, de nō petēdo, quia actio nō est sublata, si posteà ego mero iure bene ago, quia actionē habeo, sed de æquitate nō bene ago, quia illa actio est elisa, & cōtra eū cō petit exceptio: certè licet ex cōfessione mea cōstaret de hoc pacto: si tū tu nō opponis exceptionē, iudex debet te cōdemnare quia tibi non prodest post q̄ nō vteris, & iudex me mero iure bene agere dicet. Et si tu feci̇sti mihi pactū posteà, de petendo, & ago & tu opponis exceptionē pacti, de nō petēdo, mero iure bene opponis: quia nō fuit sublata vt in tex. sed de æquitate nō, quia mihi cōpetit replicatio ex vltimo pacto: certè si non vtor beneficio ipsius eā opponēdo, licet ex cōfessione tua appareat iudici de dicto scilicet pacto, nihilominus te absoluet, quia vidit te bene excipere mero iure, nec debet supplere de facto in mei fauorem, sicut etiā si diceres factū tibi pactum, de nō petēdo, licet per merū: nā adhuc parit exceptionē, licet aduersus eū detur replicatio doli vel metus, quā debeo opponere, si volo q̄ mihi prosit. Non sic in stipulatiōibus, quia si te liberaui per acceptilationem, & posteà de facto ago, si constat per confessionē meā, q̄ te liberaui per acceptilationē, cum cōstat iudici, mero iure dicet me nō bene agere: quia ago sine actione, & repellet me: licet tu de acceptilatione non excipias: & hoc etiam voluit gl. C. e. ti. l. vbi pactū. No. ergo istā glo. quę
13 semper allegatur vna cū illa, † q̄ qñ quis mero iure habet ius, licet illud posit elidi per exceptionē vel replicationē: nisi pars aduersa excipiat, vel replicet, etiā si iudici constat de illa exceptione vel replicatione, dabit sententiā pro illo, qui habet ius mero iure, nec debet supplere de facto. Secus q̄n constat sibi quē mero iure non fouere ius, & nō habere actionē vel exceptionē: quia tunc pōt ipsum, & debet repellere ex officio. Breuiter ista gl. dicit verū in hoc, nisi inquantū dicit hoc primū dictum verū esse: etiā si constaret per confessionē partis: quia dico, q̄ tunc cū appareat de calumnia ipsius agētis vel excipientis per suā cōfessionē, debet ipsum repellere ex officio, etiā parte altera nō opponēte, vt per gl. ordinariā quæ est C. de iura. calum. l. ij. §. si actor. & per id qđ no. Inn. in c. cōstitutus ĵ. de filijs presby. Idē si cōstaret nō per cōfessionē suā, sed alio modo tantum inerat illa exceptio vel replicatio cōtractuū, quia orieba
14 rant istū tex. † nā gl. voluit declarare quare propter hoc, q̄ in pactis versatur factū, vnū pactū per aliud non tollitur: & quia in stipulationibus versatur ius, vna stipulatio per aliam tollitur: & certè per prædicta hoc nō declaratur. Ista enim tēdunt ad demonstrandū effectum & vtilitatē istius dicti, videlicet q̄ vnū pactum nō tollatur per aliud: quia vtilitas resultat in hoc, quod est necesse allegare, aliàs sibi nō prodest: licet non sic est necesse allegare stipulationē, qñ iudici constat de ipsa quia videtur funditus carere actione: & ideo melius declara tex. vt ſ.
15 eo. dixi. † No. etiā ex gl. q̄ ille qui vult probare stipulationem necesse habet probare istā tria, q̄ præcesserit interrogatio, & secuta responsio, & incontinenti: & si in quoquā deficeret, nō probaret. Hoc verū, qñ per testes vult probare, vt l. j. C. de vsu. vt no. per glos. secus, si per scripturam publicam vel priuatam quia verbum promisit: importat hæc tria: vt l. sciendum. cum ibi no. ĵ. de verb. obli. & l. j. C. de inuti. stipu.

2 ☞ Lata culpa futura potest remitti, sicut & leuis, uel leuissima.
Dolus præsumptus in futurum non potest remitti.
3 Compromissum de iure & de facto cum promissione non reducendi laudum ad arbitrium boni uiri, etiam si sit iniquum, intelligitur de modica iniquitate, & sic non esset dictum etiam si sit iniquum, posset peti etiam pro modica iniquitate.
4 Dolus futurus qui committitur in malè agendo an possit remitti per pactum.
Dolus de præterito an possit remitti. & nu. 5.
Pactum ne agatur depositi non importat ut res deposita remaneat penes depositarium, sed solum ne conueniatur ratione doli uel latæ culpæ commissæ in illa re.
5 Si paciscor non agere contra te commodati, uideor remittere leuissimam & leuem culpam, & an etiam dolum?
6 Pactum q̄ si ingrediaris uineam meam licebit mihi te uulnerare non ualet.

1 §. Illud nulla pactione. † Dolus futurus non potest per pactum remitti: sed præteritus sic. h. d. secundum verum intellectum doctorum vsq; ad §. item ne experiar. & primo loquitur de futuro, vsq; ibi q̄uis. Secūdò de præterito vsq; ibi pacta. Tertio clarius exemplificat de vtroq; sed glossæ quæ sunt hic intelligunt totum istum primū §. in dolo de futuro. & dicunt, q̄ illud non potest remitti expresè, vt in primo dicto: sed tacitè sic. vt in secundo, qui intellectus non est bonus per tex. dum dicit nulla pactione. & sic nec expressa, nec tacita: quia subest eadem ra
2 tio: ne detur materia delinquendi l. cōuenire. de pac. do. † Circa primum de dolo futuro, quæritur an lata culpa futura possit remitti. Respondeo sic, sicut & leuis, vel leuissima: vt sentit glos. in l. j. §. si conuenerit ĵ. depositi. Item quæro, an dolus præ
a sumptus in futurum possit remitti. Respondeo, nō: a sicut nec
3 verus: pone exemplum in l. quod neq; ĵ. depositi. † Itē not. aliud notabilius probari per istum text. q̄ si fecimus compromissum de iure, & de facto, & promisimus laudum non reducere ad arbitrium boni viri, etiam si sit iniquum, vt intelligatur de modica iniquitate: vt quia lædit in parua quantitate, quo casu non præsumitur dolus in arbitris, si verò in magna, tunc præsumatur dolus. arg. in l. omnes §. lucius ĵ. quæ in frau. cre. ideo tūc nō obstante pacto, poterit peti reductio secūdū doct. sed si nō esset dictū, etiā si sit iniquū, posset peti etiā pro modica iní
b quitate, b quia illa promissio habet in se cōditionē dūmodo sit æquum.

æquum, vt l. si libertus. de ope. liber. & de hoc dic per Bar. in l.
4 si societatē. §. arbitrorū. ĵ. p socio. & Gu. de cu. tāgit hic. † Itē quæro an dolus futurus, qui cōmittitur in male agendo possit remitti per pactum, vide per Bart. not. in l. si quis cum à lite. in fin. ĵ. de ver. obli. Circa dolum vero præteritum, ille pōt remitti, nō tamē expresse, vt in §. pactione, agatur depositi. in qua actione venit dolus: vt in versu, quāuis hoc tū pactū non importat, vt res deposita remaneat penes depositarium, sed solum ne cōueniatur ratione doli vel latæ culpæ cōmissæ in illa re: vt l. ei cui. ĵ. de libe. leg. & ibi per Bart. licet Gul. de cug. aliter hic
5 senserit, quē Bar. reprehendit in l. iij. §. fi. eo. tit. † Sed quid si sit alia actio, in qua veniat etiā leuis vel leuissima culpa, vt cōmodati, si paciscor nō agere contra te commodatū: dicit hic Gu. q̄ videor remittere leuissimā, & leuem culpā, nō dolum: quia satis est q̄i illis possit operari. Bar. in l. aurelius. §. caio. ĵ. de libe. lega. tenet cōtrarium q̄ etiā censeatur remisisse per d. l. ei cui. hoc tamen intellige in dolo, ex quo nihil abest dolo: si autem abesset, & remittens ignoraret, ille nō censeretur remissus: vt ĵ. eo. l. tres fratres. Vltimo glo. hic intelligit, q̄ tunc videatur remissus dolus præterit°, quādo remisio facta est inter viuos. secus si in vltima voluntate per d. §. Caia. docto. tenent cōtrarium quādo fit liberatio ab aliqua actione singulari: quia tunc nō refert an fiat in contractu vel vltima voluntate: sed quādo
a ab actione vniuersali, puta tutelæ a, vel negotiorum gestorum
6 tunc bene distinguitur, quod dic vt in d. §. Caio. † Et inducit
b Gul. hunc tex. q̄ non b valeat pactum, q̄ si ingrediaris vineā meā, liceat mihi te vulnerare: nam sicut nō potes te vulnerare impune: ita nec mihi concedere. arg. in l. filium. ĵ. ad Mace. & adde quod no. in l. j. §. vsqueadeo. ĵ. de iniur.

a ☞ Pactum de non petendo nō elidit actionem uel obligationem ciuilem, nisi postquā fuerit oppositā exceptio pacti.

1 §. Si cum mihi decem debe. † Pactū de maiori summa operatur in minori, sed nō econuerso. h. d. † No. text. ibi
2 per exceptionē mihi opponendā q̄ pactum de nō petendo nō elidit actionē vel obligationē ciuilē nisi postquā fuerit apposita exceptio pacti, & sic sit cōuentum: postquā vero reus obtinuisset in exceptione, videtur q̄ sublata sit oīs actio & obligatio per l. si plures. ĵ. de fide. & quod no. ĵ. de dolo. l. si oleum. §. j. & plene per Bar. in l. Iulianus. ĵ. de condi. inde.

2 ☞ Casus in quo pactum habet uim solutionis.
3 Pactū factū super una re non extenditur ad alteram, nisi duæ res dubiæ fingātur una.
4 Verbum tota, qualiter capiatur.

1 §. Sed si stipulatus decem. † Pactum de nō petēdo vnam ex rebus alternatiue debitis, liberat debitorem etiā ab altera, nisi expresse sit pactum cōtrarium. h. d. & hoc est verū siue electio
2 sit debitoris siue creditoris. & no. gl. ĵ. proxi. §. † & est hic casus in quo pactum habet vim solutionis: quia fingitur soluta res super qua factum est pactum: vt patet hic dum dicit vt solutione &c. & sic valet tantū, quantū valet acceptilatio, quantū ad hoc, vt etiam hic patet, licet regulariter secus: vt l. iij. §. nunc
3 de effectu, ĵ. de libe. leg. † No. etiam q̄ hic ponitur vna exceptio à regula quę datur. ſ. in. §. ante omnia. q̄ pactum factum super vna re, non extenditur ad alterā: nam fallit hic, vbi licet sint duæ res debitæ, tamen finguntur vna: quia sufficit solutio vnius. ad quod vide quod no. in l. aliud. ĵ. de cōsti. pe. in prin. se cus si plures res essent debitæ copulatiue: quia tunc sicut solutione vnius nō liberaretur ab altera, ita nec per pactū, vt patet ſ. proxi. versi. item si cum. In tex. ibi, nam vt solutione, & pe titione. Innuit iste tex. q̄ in obligatione alternatiua, possit creditor vnam tantum rem petere, quod est verum: quia censeretur petere plus: sed bene petere alternatiue: vt instit. de act. §. plus. & patet in text. ſ. dum dicit, & petā Stichum aut decē: & propter hoc facta est hæc glo. j. quę intelligit tex. diuersis modis, tu potes dicere, q̄ sicut facta petitione modo debito: quia petis Stichum aut decem, secuta solutione de decem liberaris
4 etiā à Sticho: & si promitto decē non petere, & sic solutiones gl. sunt superfluæ. † In tex. ibi, totā obligationē: propter hoc verbum, totam, quod verificatur in toto integra, id est quidā voluerunt dicere q̄ substantia ciuilis obligationis & naturalis, sit vna & eadē. & simile verbum habetur ſ. ea. l. §. pactum. versi. idem dicemus & in bonæ fidei. sed a cōtrariū cōmuniter tenetur, & istum tex. & illū exponunt doct. tota, id est omnis c: quia ista dictio potest verificari etiam ex partibus disgregatis in totam. Vel dic q̄ ista dictio, tota, non refertur ad totalitatē obligationis, prout est ciuilis & naturalis: non enim vult dicere q̄ vtraq; obligatio tollatur, vel quælibet earum: quia nō tollitur ciuilis tota, licet doc. sic exponendo videantur sentire cōtrariū: sed refertur ad totalitatē rerū cōsistentium in obligatione vt sit sensus, q̄ tollitur oblig. non solū respectu rei super qua factū est pactū sed etiam alterius, vtraq; eā est in oblig. Quod aūt subijcitur, resoluitur, intellige sane. ſ. ipso iure, put refertur ad naturalē, & ope exceptionis prout ad ciuilē. In gl. c quæ incipit, imo videtur, ibi vel aliter hęc vera: nam ibi acceptilatio facta pendente cōditione erat in suspenso, & habebat in se conditionē tacitā, si tempore conditionis existētis, res extaret, super qua fiebat acceptilatio: si ergo tunc non extabat, acceptilatio redditur nulla: vnde cum nihil operetur in illa re, nec etiam operatur in altera. Nam acceptilatio nō valet nisi res in obligationē deducatur: quia fit ad obligationē tollendam. Sed si pendente condi tione desinat res extare, iō nō pōt postea in oblig. deduci, nec cōditio retrotrahit̄: qa extrema nō sunt habilia. In fi. gl. dic me li° ſm doc. q̄ l. Proculus. ĵ. de rescin. vē. aliàs incipit, sic emptio loquit̄ in cōtractu vltro citroq; obligatorio, vt emptionis q̄ si fact° est de duab° reb° alternatiue, et postea resoluat in vnā nō resoluit̄ in altera: qa forte interest debitoris. q̄ nō resoluat ad hoc vt habeat locū pactū, & ecōuerso: sed in stip. interest debitoris, q̄ resoluat in vtraq;: hoc verū, nisi stipu. esset interposita super cōtractu emptionis: nam tunc esset idem censendū de ea q̄ de eoipso principali cōtractu. ar. in l. si stipulat°. ĵ. de vsur.

a Tutelæ. Adde vt q̄ Ange. consi. xxv.
b Nec pariter valebit pactū, inquit Ang. q̄ si nō soluero intra certum tēpus possis me tua autoritate capere & pignorare, qm̄ potestas capiendi & pignorandi pertinet ad iudicē nō ad priuatū, vt ĵ. de dā. infe. l. iij. in corpore de exhi. reis. §. si vero. & in corpe vt non fiant pigno. in nig. & rub. nec obstabit l. iij. C. de pign. qm̄ illa loquit̄ in pignore in quo ius reale quæsitū erat creditori, absq; vlla traditione, secundū eundē Ang.
c Tota. i. oīs. de hac dictione habes. xvij. q. ij. c. nulla. in gl. & in c. cū eps. de offi. ordi. in. vj. & in l. iubem°. C. de testa. totorum. i. oīm. instit. p so. i prin. & ex qui. cau. ma. nō lice. §. cū autē totos. i. oēs. C. de libe. præte. l. maximū vitium. §. in totū. aliquādo postea pro parte. vt ĵ. de acq. re. do. l. adeo. §. insula. versi. quod si vno.

2 ☞ In obligatione alternatiua an perepta una re tollatur obligatio quo ad alterum. Quid in obligatione gñis, si fiat acceptilatio super una specie, & quid si fiat pactum.
3 Quid in obligatione gñis, si fiat acceptilatio super una specie, & quid si fiat pactum.
1 §. Sed si generaliter hominem. † In obligatione generis pactum de non petendo super vna specie, non perimit obligationem in aliquo, sed si illam tantum speciem eximit ab obligatione, creditor potest eā petere, posito, quod habeat electionem ex forma contractus. h. d. Ratio diuersitatis inter hunc casum & etiam præcedentem est: quia in obligatione generis, nulla species est in obligatione, licet quælibet dicatur esse in solutione: & illa quæ soluitur, fingitur à principio sola in obligatione fuisse. l. Meuius. §. duobus. ĵ. de lega. iij. & ideo pactum factum super vna specie, nō dicitur factum super re debita, merito non tollit obligationem in aliquo: sed in obligatione alternatiua, quælibet species est in obligatione: ideo pactum factum supervna, dicitur factum super re debita. In glo. magna ibi, opponitur exceptio intentionis: tu dic quòd intelligendo istum tex. prout gl. infra intelligit, q̄ creditor habebat electionem. tex. stat proprie: quia cum posset petere Stichum, valuit pactum super Stícho: & sic excludit eum ab illa potestate petendi, mediante exceptione, vt. ſ. ea. l. §. si cū mihi. si autē non haberet electionē creditor, sed debitor, tunc pactū resolueret totā obligationē vt ĵ. sentit glo. In glo. ibi. §. duobus. dic melius quā glo. quod ille tex. intelligitur quantum ad solutionē, vt supra dixi, scilicet si in obligatione nō est aliqua species à principio, licet vna soluta fingatur fuisse. In glo. ibi, si enim promissor haberet electionem, illum elegisse videtur de quo est pactum, & ex hoc sequitur secundum doct. q̄ tunc non haberet locum iste tex. imò pactum factum super vna specie, liberaret debitorē in toto, aliàs pactū nihil operaretur: sed quando creditor habet electionē, satis operat̄ in specie, in qua factum est: quia illam poterat petere, & pactum excludit eum

Universidad de Navarra
Biblioteca

2 ¶ Bona hæreditaria. multa cumulat d. Ias. hic cui inquantū dicit, ꝙ renunciatio hæreditatis paternæ facta per sororē vni fratri, nō ꝓdest alijs, adde Pau. de ca. cōsi. ccxj. & inquātū dicit ꝙ exceptio prohibita opponi contra instrumentū, nō intelligit ꝓhibita per aliū non nominatū in instrumento, adde ro. consilio xliij.

b ¶ Sed meliorē facit, ꝙ ſtāte ſtatuto ꝙ minor nō ꝓsit se obligare nisi seruata certa solennitate, ꝙ illa nō seruata poterit se 2 obligare, vt se liberet à captiuitate secūdùm Lu. ro. cōsi. ccxlvj. & hic adde Ias. hic allegantē eundē Lud. cōsil. cccliij. & in cæteris eis adde q̄ posui in l. more. de acquir. hæred. 3

sum. respondeo &c. ista placet doct. licet gl. teneat sequentem & ideo in obligatione generis distingue: aut fit acceptilatio super specie. & indistinctè tollitur tota obligatio: vt in præcedenti contra. Aut fit pactum, & tunc distinguitur: aut electio pertinebat ad debitorē, & idem vt gl. ſ. ſentit, aut ad creditorē & tunc nō operatur nisi in illa re: & ita loquitur iste §. aut nec acceptilatio, nec pactum: sed repudiatio quæ est alterius naturæ, quæ cōsistit in voluntate repudiantis tantùm, sed pactum & acceptilatio in voluntate duorum: & tunc distinguitur, aut repudiatio illa nō valuit, aut fuit facta antequam sibi competeret ius eligendi, & tunc non nocet etiam in specie repudiata, vt l. hominis. ff. de optio. lega. aut valuit, & tunc videtur distinguendum, prout suprà in pacto.

2 ☞ *Si paciscor de non petendo fundum tunquam meum an exclusus sim, si peterem ex alia causa, ut quia mihi debitum actione personali.*

1 §. Item si pactus sum. †Exclusus per pactum à toto, cētetur etiam exclusus à singulis partibus integralibus vel subiectiuis, si peteret eas ex causa ex qua exclusus est. h. d. In tex. ibi, pacti cōuenti exceptio aptāda erit: videbatur cōtrariū per regulā quę ponit in §. ante omnia. ſ. ea. l. ꝙ pactū factum super vna re, no extenditur ad aliā: nam alia est hæreditas, alia sunt bona hæreditaa ria[a]; quia hæreditas est ius incorporale siue iuris vniuersitas, quę potest esse sine aliquo corpore: vt l. hæreditas. ff. de pe. hæ. res autē hæreditariæ nō sunt hæreditas, nec pars hæreditatis, vel quota: licet de hæreditate, seu partes subiectiuæ: sed dic, ꝙ ideo repellit à petitione rerū: quia pacisc̄edo ne petā hæreditatem cēsetur actū, ꝙ nō possit amodo se allegare hæredē: vnde si petat bona hæreditaria ex eo quia dicat se hæredē, iamvenit cōtra pactū: sed si peteret ex alia causa, nō repelleret sicut nec in sentētia: vt l. cōqueritur. ff. de excep. rei iud. In gl. quę inci. sed quare, ibi, sed aduersario denegari, asserens se dñm illius fundi, quē promisit nō petere, & sic venit cōtra pactū: quia cē setur fuisse actum, ꝙ non posset se allegare dñm: & ideo allegat agēdo negatoria, pro re tanquā sua, sed si non allegaret se dominū & peteret vſumfru. formalē sibi dari, nō prohiberet: quia ageret ex alia causa, cū ex illa ex qua fuit exclusus. In gl. ſi. ibi, respondeo aliud. tu dic, ꝙ istud procederet in casibus legum allegatarū in gl. sed in casu istius §. nō, quia si sum exclusus à dominio fundi per pactū, non possumpetere seruitutes etiā prædiales ad eundē fundū, cùm hoc nō cōcedatur nisi 2 dño: vt l. ij. ff. si ser. ven. † In gl. seq. in fi. ibi, in pacto nō ponit causa. tu dic, ꝙ imò sit, vel imponitur ex aliqua causa: si enim dicebam fundum meum, pacisc̄edo, de nō petendo ipsum, videor pacisci de nō petēdo tanquam meum: & vbicunq; ipsum vel aliquid aliud ad ipsum pertinēs peterē ex iusta causa, quia fundus est meus, ita loquitur iste tex. sed si peterē ex alia causa, vt quia mihi debitum actione personali nō repellerer, sicut nec à petitione vsusfruc. formalis, quem non potero nec petere possem tanquam dominus. l. vtifrui. ff. si vsusfru. pet.

2 ☞ *Maior est defectus formæ quàm defectus materiæ.*

1 §. Si acceptilatio inutilis. †Inutilis acceptilatio habetvim pacti, ad hoc allegat: & hoc verum in cōiunctiua acceptilatione: secus si fieret super inutili transactione, quia non valeret in re pacti: vt l. cū hi. §. Caio si causa cognita. de transact. & ibi per Bar. in auc. in fi. In gl. hic est arg. pro Martino: nam in l. an inutilis. de acceptil. habetur duplex litera secundùm vnā dicit ꝙ illud quod dicit iste §. ꝙ inutilis acceptilatio habet vim pacti: & si non valet quod ago vt ago, valeat vt valere potest, & illam literam dicit Mar. veram, pro quo videtur esse casus hic: secūdum aliam literā dicit totū oppositū, & illā approbat Bal. gl. distinguit secundùm Io. & saluat vtrāq; opi. Et ex hac glos. 2 no. & ad hoc allegat † ꝙ maior est defectus formæ, quàm defectus materiæ, quia primus facit ꝙ si non valet quod ago vt ago, nec vt valere potest: valet non solùm cùm tractatur de obligatione quærenda: vt l. j. §. qui. ff. de consti. pecu. sed etiam cum deliberatione: licet sit fauorabilis: vt hic. secundo casu secus. l. si tam angusti. ff. de ser. & in hoc §. & diceretur hic defectus materiæ, quando fieret super contractu iuris gentiū non deducto in stipulationem Aquilianam: nam acceptilatio requirit præcedere contractum iuris ciuilis.

1 §. Seruus hæreditarius. †Seruus hæreditari[o] non potest pacisci hæredi futuro nominatim: sed simpliciter hæreditati sic. h. dicit. Tūc enim acquiritur hæreditati, & per hæreditatē acquiritur postea hæredi adeunti: sed si fiat nominatim, nō acquirit primò hæreditati, nec etiam nominato potest acquiri hæredi, in dominio seruus adhuc non est. & sic primum, quia noluit: hoc quia nō potuit. In gl. ſi. adde quartum casum, si pacisc̄ar expresso nomine proprio, & appellatiuo: quo casu videtur ꝙ inspiciē illud quod præcedit l. ſi seruus. ff. de stipu. ser. sed Gul. de cu. multum notabiliter limitat illam l. vt tunc inſpiciat quod præcedit quando actus potest vtrūq; si autē non potest nisi ſecundùm vnum, vt in casu istius §. cum gl. tūc illud tantùm inſpiciatur: & ideo si præcederet hic nomen proprium, & sequeretur appellatiuum hæredi &c. valeret pactū inſpecto appellatiuo, & acquireretur exceptio hæreditati, & per illam hæredi futuro postea. Tenementi istam limitationē quam ſequuntur doc. tanquam notabilem.

LEX XXIX.

1 CONtra iuris ciuilis. †Pupillus sine tutoris authoritate non
b potest facere cōditionē suam deteriorē, sed meliorē[b]. Sic similiter legitimus administrator nō potest pacisci in præiudiciū eius, cuius negotia administrat: sed in fauorē sic. h. d. vſq; ad §. si filius. In gl. ij. ibi, tu dic per replicationis remediū: sed cōtra de d. l. j. ſ. quarū re. act. nō detur. Sol. intellige illam secūdùm d. l. iuſiurandum, ꝙ ex cōuentione §. j. ff. de iureiurā. Item cōtra, quia pupillus sine tutore nō habet legitimā administrationē bonorū. & ideo sicut non valeret ipſo iure alienatio facta p eū, ita nec ꝓmiſsio, nec liberatio valere debet: doc. hoc nō declarāt: sed pot dici, ꝙ aut nō erat doli capax, nec ꝓxim[o] pubertati, & procedit cōtrariū, & verior sit præcedēs opi. aut erat proximus pubertati, & tunc quia sine tutore saltē natura liter potest se obligare: vt no. in l. j. de noua. eadē ratione potest & debitorē suū liberare ab obligatione naturali, nō à ciuili: nec tollere actionē, sed elidere, & ad elisionē tollēdam dabi tur sibi replicatio, prout gl. dicit. Posset etiā dici ꝙ nullo modo elidat ciuilem obligationē vel actionē: sicut nec potest eas inducere promittēdo sine tutore: & ideo quia remanēt in suo vigore non elisæ contra exceptionē pacti, quæ resultat ex eo quia sublata sit naturalis obligatio, datur replicatio.

2 ☞ *In generali administratione cum libera, non venit ut quis possit donare, nec ut ille possit fideiubere pro alio, nec etiam uenit dolus, & an talis possit compromittere de iure, & de facto?*

3 *Non omne pactum de non petendo continet donationem.*

Cautela contra opponentem de insinuatione non facta.

4 *Plus potest nocere pactum factū à filio uel seruo tēpore contractus celebrati per eos,*

quàm

quàm dubium post.

3 *Tutor solus sine decreto iudicis, licet non possit alienare rem immobilem pupilli sine decreto iudicis, si tamen tempore quo emit, apponat pactum de retrouendendo quadocunque uenditor restituerit pretium, an ualeat.*

Procurator habens mandatum ad contrahendum uel ad uendendum: quòd possit habere fidem de pretio uel dare terminum ad soluendum pretium, item ut possit pro mittere duplam.

6 *Filius non potest remittere actionem iniuriarum quæ sitam patri ex iniuria ipsi filio facta: liu et possit remittere quæ sitam ibi, sed pater potest remittere actionem quæ sitam filio etiam eo inuito.*

1 §. Si filiusfamilias aut seruus. †Si filius vel seruus paciscitur ne ipse petat: nō valet pactum, si neuter ipsorū agere potest: sed solus domin[o] vel pater: sed si poterat, tunc valet quātum ad excludendum eos, nō quantū ad præiudicium patris vel domini. h. d. hoc principium istius §. cū principio l. in persona. quæ debet iungi cū hoc principio: sed si pactum eorū sit conceptum in rem, tunc cōprehendit persona patris, vel domini, ꝙ nec illi petent: tamen ita demum præiudicat eis hoc pactum si actio competens patri vel dño erat peculiaris, & filius vel seruus habebat administrationē peculij cum libera: & pactum nō continebat donationē. Aliquo vero istorum cessante, nō præiudicat patri vel dño, nisi fuisset appositū tēpore cōtractus celebrati per filiū vel per seruū, & non cōtineret totalē remissionē debiti, sed dilationē ad tēpus: quia his duobus cōcurrentibus nocet & nō aliter. h. d. tex. cū gl. vſq; ad l. in personam. & §. qui pecuniā. & sic primo loquitur, qñ isti cōceperūt verba pacti in suā personā, promittendo ꝙ ipsi nō peterent vt in princ. §. & in principio. l. in personā. Secundo, qñ fuit conceptum in rem, quo casu cōprehenditur eis persona, quæ possit petere, & sic pater vel dñs: et ista secunda subdiuiditur in alias duas: quia primo loquitur qñ ex interuallo post contractū celebratū fuit appositū. secundo quando tēpore cōtractus in l. si autē dominicā. in princ. §. ibi inutile est pactū: quia nō potest operari in eorum persona, cū etiā sine pacto non possint petere, vt ſ. eo. l. & hæredi. §. j. & in l. iuris gentiū. §. sed si fraudandi. ſ. eo. tit. nec in persona patris, cū fuerit personaliter conceptum, & in eorū tantū persona, & sic alia persona non cōpre-
2 henditur. † No. ergo ex hoc §. illud, ad quod semper allegat, ꝙ in generali administratione cum libera, non venit vt quis
a possit donare[a], cū donatio sit dānosa datio quæ non censetur cōmissa: eadē ratione nō venit, vt ille cui cōmittitur, possit fide iubere pro alio quādo ex hoc nō resultat vtilitas ei, qui liberā concesit, vt l. in personā. §. j. ver. quod si quasi. Nec etiā venit dolus: vt l. creditor. §. Lucius. ff. māda. Et ex hoc patet, an talis possit compromitere iure & de facto: & certe cū illud verbū de facto importat, vt possit de iure vni auferre, & dare alteri, vt ff. de arbit. l. si de meis. §. recepisse. hęc potestas nō cadit in ta
3 li mādato: secus si de iure tantū. † Item no. ꝙ nō omne pactū de non petendo continet donationē, puta si ex eo cōsequeretātundem vel maius cōmodum, vt ff. in tex. circa fi. vel si fieret super debito non liquido: vt l. tutor. in prin. ff. de iureiur. & sic
b non requiritur insinuatio[b] illo casu, licet fieret super summa excedente legitimā summā donationis. Quando autem super debito liquido, & ex mera liberalitate, tunc contineret donationē, vt no. in l. si quis obligatiōe. ff. de re iudi. & requireretur insinuatio. Sis ergo cautus, quādo opponitur de insinuatione nō facta ad impugnandū pactum, ꝙ facias articulum, ꝙ debitum non erat liquidum, vel ꝙ non fuit factū ex mera liberali-
4 tate. † Item no. in l. sinautem dominicā. quæ est singularis, ꝙ plus potest nocere pactum factū à filio vel seruo tēpore cōtractus celebrati per eos, quā dudum post, quia primo casu acquiritur domino cum sua causa, vt l. ij. ff. de rebus eorū. Item in primo casu fuit acquisitū ius simpliciter, vnde ex postfacto non pōt per eos limitari. glo. tamen intelligit hanc legē. no. qñ pactum nō erat omnino præiudiciale, sed aliqualiter: quia concedebat dilationē ad tēpus, vel erat de soluendis minoribus vsuris, quā esset confectū: quæ pacta ex interuallo non potuissent fieri, non cōcurrentibus illis tribus, de quibus in præcedenti §. sed tēpore cōtractus potuerunt fieri, etiā nullo eorū concurrente: quia plus possunt isti præiudicare in acquirendis, quàm
5 in acquisitis. arg. l. fin. C. de acqui. poss. † Et ideo licet tutor sine decreto iudicis non possit alienare immobilem rem

pupilli, si tamē tempore quo pro pupillo a emit, apponat pactū de retrouendendo, qñcunq; venditor restituerit pretiū, videtur valere & acquiritur pupillo cū hac cō b ditione. An autē hoc sit verū tractat Ioā. and. in addi. Spe. in tit. de pactis. Videtur etiā per hanc l. q procurator habens mandatū ad cōtrahendū, vel ad vēdendū, possit habere fidē de pretio vel dare terminū ad soluendū pretiū: ad hoc ff. de pig. act. l. eleganter. §. si vēdiderit. Itē vt possit pro mittere duplā. eo. ti. l. si pignore. §. si creditor. Adde ꝙ no. in l. si procurator. ff. de iure
6 fisci. † Vltimo in l. in persona. no. ꝙ filius nō pōt remittere actionē iniuriarū quæsi tam patri, ex iniuria ipsi filio facta, licet possit remittere quæsitā sibi, vt in glo. sed
c ecōuerso pater bene pōt [c] remittere actionem quæsitā filio etiā eo inuito, vt in glo. c ꝙa censeē cū maiori deliberatione: cōcordia ergo & pax facta p filiū nō diminuet pœnā ex forma statuti agēte patre. In l. sinautē dominicā sup gl. ibi qñ seruus mutuis tm̄ pecunijs prepositº est: vult dicere glo. ꝙ ista lex debet intelligi eo casu, quo seruus habebat potestatem mutuādi pecuniam dominicam, & tunc potest mutuare, cum pacto continente dilationē: sed si non haberet potestatem mutuandi, tunc mutuare nō posset, nec transferre dominium: vt ideo tale pactum appositum in mutuo, de non petendo, non præiudicaret domino, quominus statim posset repetere pecuniam suam: & hoc vult gloſſ. in fin. sed ex interual lo non posset etiam hoc pactum dilationis facere in præiudicium domini: quia plus potest præiudicare in acquirendis, quàm in acquisitis. & hoc est quod sequitur in glossa, vnde si post contractum &c.

2 ☞ *Quinque modi intercedendi pro alio, & ꝙ in tribus modis remaneat obligati, & principalis & intercessor, et in alijs duobus remaneat obligatus solus intercessor.*

3 *Quòd illi duo modi differant à primis tribus in multis.*

4 *Partes possunt restringere effectum stipulationis qui datur à iure, ut sit minor quam à iure detur.*

Stipulatio secunda quando continet pus quàm prima, an nouetur prima ipso iure, an ope exceptionis?

¶ Donare. adde ꝙ voluit Fede. consi. iij. & hic adde quę posui in l. præses. C. de trāsac.

↦ Et vide Alexā. ab imo. in l. quis ob. ff. de re iudic. & Bald. in l. illud. iij. col. ver. secūdo quæritur. C. de sac. fanc. eccle. Ange. in l. Nesennius. §. seruo. in fi. ad l. falci. & fusissime per eund. Alex. in l. si mulier. de cōdi. ob causam. Bald. in l. j. C. de bonis mat. Et pau. ipsum in l. tale pactū. ff. hoc eo. tit. & no. in l. tutor. ff. de iureiuran. Aduerte tamē ꝙ fec[o] foret in transactione supᵇ lite vt per Alex. in dicta l. si quis obligationis.

¶ Bene potest. limita secundū Ange. Lud. imo. in l. lucius. ff. fol. mat. & vide Hosti. in summa in ti. de iniur. doc. in c. cū illorū. de senten. excōi.

LEX XXXI.

1 IN persona,
11 tenetur defendere emptorē, q̄n ipse emptor cōuenitur: ita & si agat: quia cecidit à possessione, & pertenit ad aliū. Nā & tunc si succūbat, dicitur res euinci: vt l. euicta. §. j. ī. de euic. ergo ista dicit causa euictionis, & per cōsequēs vēditor tenet ipsum defendere: casus est hic. quod est no. secundū doc. In glo. ibi vel melius. Sol. videt eadē cū præcedēti: ideo Fran. accur. posuit super hoc ver. hæc verba: vacat totū hic. Tu dic, q̄ nō est eadē: nā prima loquitur de sumptibus primæ litis, quos vēditor defendendo fecit de suo: sed in admittēdo, si emptor nō habeat ratū, quia cū sententia lata pro euincente, nō nocet emptori: iterū potest sibi lit. mouere, & venditor tenebitur ipsum iterū defendere suis expensis: poterit ergo dicere: bene placet mihi, q̄ vēditor nō habuit ratū, quia sic nō potest agere cōtra me de euictione virtute illius iudicij: tū poterit agere virtute alterius, in quo poterit succūbere, & in quo nō oportebit me iterū ipsum defendere meis expensis: dicit ergo, restituas sumptus quos fecit: nam si sciuissem te nō habere mādatum, nō veniissem ad defendendū, quia sciebā res nō posse euinci virtute illius iudicij, & sic recuperabit ab isto defensore, & fideiussoribus eius statim, quod emptor nō habebit ratū, etiam antequam inchoetur nouum iudiciū, dictos sumptus: & ista placet. Secunda solutio potest intelligi de sumptibus fiendis in secunda lite cū ipso, vt iterū defendat: & tūc non posset ipsos recuperare, quouiq̄ sint facti: & nō placet hæc solutio: nā sufficit, q̄ possibile sit iterum litem moueri, & ipsum teneri, & iterum sumptus facere, vt sic possit recuperare primos, quos constat inaniter factos: sed tenendo, q̄ non recuperet primos, sed debeat recuperare secundos, expectatur q̄ fiant: & sic multū stabit in pēdēti: quod videtur iniustū, cū cōstet primos factos inutiliter. In gl. ibi venditorem teneri ad sumptus litis. glo. voluit inducere ad. q. de qua suprà tetigi, sed inductio nō videtur bona: qa illa quæstio loquitur, q̄n sumptus fiunt per ipsum emptorē: qa vēditor non venit ad defendendū, & dubitat an possit recuperare à vendi tore, sicut recuperat pretiū rei re euicta: in quo distingue vt. §. dixi: q̄ si res euincitur, sine dubio recuperat tāquam interesse, & in hoc oēs cōcordant: si verò obtinet, fuerunt opiniones: sed tu dic, vt §. dixi, q̄ si fuit requisitus vt veniret ad defendēdum suis expēsis, & nō venit: idē si nō fuit requisitus, licet sciuerit litē motā, vel sibi nō fuerit notificata lis, nō tenetur quātuncū q̄ propter hoc, q̄ sciebat ius emptoris esse saluū in agēdo de euictione, secundū Bal. opinionē de qua suprà. Nos autem loquimur, q̄n venit venditor ad defendendū, & ipsos sumptus fecit, vnde qd ad propositū: tñ sustinēdo gl. quia iste tex. innuit, imò vult expresse, q̄ teneatur eos facere, cū defendit emptorē: & si inaniter facit, recuperat ab illo qui cauit de rato, vt §. dixi. qui tenetur eos facere; ergo si requisitus nō facit, etiā si res non sit euicta: tenebitur eos restituere emptori: & hoc modo voluit glo. inducere istū tex. & sic nō recuperat ex eo, q̄ res sit euicta:
12 sed ex eo, q̄ nō defendit requisitus. †Et propter hoc dubiū no tarij in instrumētis apponunt, q̄ vēditor promittit defendere, & disbrigare. & quādocunq̄ lis mouebitur emptori, ipsam in se suscipere, & defendere propriis sumptibus, & expensis, ad euitandū istas opiniones: & tūc est res clara, loquitur autē ista glo. tota, q̄n iste vēditor defendendo succumberet: si autē vinceret, nō videtur, q̄ stipulatio rati posit cōmitti, licet emptor non habeat ratū: quia nō est in dāno, cum non possit agere de euictione, ex quo res nō est euicta. Ideò glo. istū casum nō probat: sed adhuc posset dici contrariū: quia si emptor nō habeat ratū, sententia lata pro venditore, sibi nō prodest, sicut nec noceret: & si hoc est ille qui primo egit, iterū agere potest, tanquam egerit cum nō legitimo cōtradictore: & sic tenebitur venditor
13 iterum defendere, & expēsas etiā facere: recuperabit ergo primos sumptus inaniter factos ex cautione rati. †In fi. glo. ibi aut de iudi. sol. no. singulariter hāc gl. q̄ licet vēditor cū defendit emptorē in causa euictionis, videatur agitare causam propriam, & sic defendit, vt procurator in rem suā: nihilominus tenetur prestare satisdationē de iudi. sol. venditor: licet videatur contrariū saltē hodie: quia nemo cōuētus suo nomine illā præstat: sed solū cōuentus alieno nomine vt insti. de satisdat. §. sed hodie. sed hic, q̄ licet vno respectu dicatur cōueniri suo nomine, alio tamē respectu dicitur conueniri nomine emptoris, cuius interest, ne res sibi auferatur: & ideo illā præstat. ad hoc. C. de satisdat. l. vnica. & reputabat Bald. istam glo. notabilem.

2 ☞ *Defensor rei si satisdedit de iudicato soluendo, loco domini, id est loco principalis huius causæ habetur, nec periculum pertinet ad absentem quem defendit sine mandato: ideo de paupertate illius non est curandum, potest tamen reuocari.*

Non est dicendum uel faciendum id, quod parum, uel non multum dictum uel factum, prodest.

LEX LXVI.

1 FItius cum. †Glo. legit istam duobus modis: & neutra est vera: vnde legitur tertio modo secundū doc. qui nō ponitur in glo. secundū primam lec. h. d. inopia principalis rei superueniens post satisdationem de iud. sol. præstitā per defensorē, liberat ipsum defensorē, vt nō teneatur amplius defendere, nec cogatur iudicium suscipere pro eo: sed nō prodest fideiussoribus eius, quominus possit cōueniri ex stipulatione, propter rē nō defentam ad interesse. h. d. & istā prosequitur gl. vi q̄ ad ver. & sic est cōtra. & fundatur prima pars, q̄ liberet defensorē in l. nā is. ī. de dolo. quia sicut liberat ipsum principalē, vt ibi ita & defensorē, qui nunc est loco principalis. In secūda parte fundatur in ratione: quia hoc est priuilegiū personale quod personā nō egredit, & sic nō prodest fideiussoribus, nec ipsi recuperabunt à principali. ista lec. est falsa. & fundata in malo fundamēto, quia. l. nā is. ī. de dolo, nō probat, q̄ inopia superueniens debitori, ipsum liberet, vel pariat sibi exceptionē iuris: sed inducit difficultatē facti: vt sic actio quodammodo sit inanis de facto, non de iure. Itē est cōtra istū tex. inquantū dicit, q̄ iste defensor est loco domini: nā si ipse liberaretur, ista ratio nō faceret ad propositum. Itē vult in fi. q̄ fideiussores recuperent ab eo. & ista lec. vult cōtrariū. Vnde legitur secūdo modo, q̄ ista inopia prosit principali, cū nō teneatur defendere: & etiā fideiussoribus, vt cōtra eos nō cōmittatur stipulatio cōtra principalē cōmissa, ob rem nō defensam: quia si nō prodesset fideiussoribus, videret obesse ipsi principali, quia possunt à reo recuperare: vt. §. de pac. l. quod dictū. ista lect. est magis tolerabilis quā præcedēs & pro ipsa facit tex. in l. mutus. in fi. eo. vbi videtur casus pro ea. ibi autē bona absentis possideri cœperint: nā ibi probatur, quòd prodest defensori, & etiam fideiussoribus eius, iuncta. l. nō cogendum. §. sabinus. glo. tamē eā reprehendit, & tenet primam lec. suā & ad illā. l. mutus. in fi. respondet multis modis, & nulla est vera. Breuiter nec ista lect. vera est. quia expresse contra mentē literæ, quæ colligitur ex duplici ratione hic assignata.
2 †Dic ergo tertiò, quòd talis inopia non excusat principalem, nec fideiussores eius, quominus si non defendant, committatur stipulatio ad interesse ob rem non defensam: non dico, quòd cogatur præcisè defendere; nam illud tunc procedit quando

quādo ipse dominus pro defensore sciēte, & cōsentiēte, vel patiente satisdaret. vt §. eo. l. filius. §. fi. sed quādo ipse defensor satisdat pro seipso, tūc non cogitur præcisè, sed causatiuè: si non vult stipulationē cōtra ipsum cōmittī: vt d. §. sabinus. & hoc casu loquitur hic. Quòd autē nō prosit principali, quominus cōtra eū cōmittatur: probat dupliciter. Primò, quia ipse defensor postquam satisdedit de iudicato soluēdo, reputatur dns ipsius causæ, quia totū periculū ad ipsum pertinet, & cōtra eū fiet executio: non ergo est curādū: q̄ ille absens, & defensus efficiatur nō soluēdo, cū cōtra illum nō sit fienda executio. Secūda ratio est, quia si diceremus defensori prodesse, vt cōtra eū nō cōmittatur stipulatio, parū sibi hoc prodesset, quia saltē cōmitteretur cōtra fideiussores, qui possent ab illo recuperare, & iste est verus intellectus. Sed tūc obstat fortiter illa. l. mutus. in fi. iuncto. §. sabinus. quia illa vult, q̄ prosit vter q̄: & ista vult, q̄ neuter prosit: sed reiectis: sol. gl. dic, q̄ illa loquitur in defensore cū mādato: hic in defensore sine mādato. Primo enim casu, actor habet respectum ad personā defensam, cōtra quā poterit fieri executio. Secūdo casu, nō: sed solū ad personā defensoris. Ideo primo casu attēditur casus superuenies in personā defensi, quasi ipse nō sit dns, sed ipse defensor: hæc est ipsa veritas.

In tex. defenderet supple sine mādato, secundū verū sensum: & hic tollitur contrariū de quo supra. Itē ibi cōcedi oporteat: & respōdet, q̄ nō per duas rationes, quæ sequuntur. †In tex. ibi, dñi loco habēdus est. iste tex. semper allegatur, per quē aliqui dicūt. Quòd si defensor rei, qui satisfecit de iudicato sol. est adeo effectus dns litis: sicut si fuisset lis cōtesta. & q̄ licet lis non sit cōtest. nō poterit reuocari sine causa, vt §. eo. l. post litē. itē dicunt, q̄ poterit substituere, sicut posset post litē cōtest. eo neuter istorū verū est. Primū dictū est contra glo. §. eo. l. ante litem. in fi. quæ determinat expresse cōtrariū, q̄ possit reuocari expresse: licet per mortē nō videatur reuocatus: vt l. si defunctus. §. eo. & sic nō tātū operatur ista satisdatio, quātū lit. cōtē. dic ergo, q̄ iste tex. nō vult dicere, q̄ efficiatur dns litis, sed dicit, q̄ loco domini est id est loco principalis istius causæ: quia totū periculū ad ipsum pertinet, non ad absentē, quē defendat sine mādato: ideo de paupertate istius nō est curandū. In tex. ibi non coegerit. supple causatiuè, quæ indicat, q̄ nō multum sibi prodesset, si diceremus cōtra ipsum non committi stipulationem: quia committeretur cōtra fideiussores: & illi recuperarent ab ipso. Not. ergo, quòd nō est dicendū vel faciendum id, quod parum vel nō multum, dictū vel factum, prodest. facit. §. eo. l. non cogendum. §. fi.

Quod cuiusque uniuersitatis nomine uel contra eam agatur. Rubrica.

Super glo. Rubricæ ibi, qui propriè actor vel syndicus dicitur. Est autē differentia inter syndicū, & actorē: quia syndicus cōstituitur tam ad negotia, quam ad iudicia: sed actor ad lites tantū. Itē syndicus habet mandatū generale regulariter: actor verò cōstituitur ad vnā causam: & sic habet speciale mandatū. Itē syndicus constituitur ab ipsa vniuersitate: actor autē potest constitui ab administratore vniuersitatis, puta à syndico sicut à tutore, vel curatore vt C. de procura. l. neq̄ & quod no. in tit. ī. l. cum alicui. vbi Bar. dicit, q̄ potestas loci potest constituere actorē pro vniuersitate. Itē syndicus constituitur sine decreto iudicis ab ordine decurionū. l. j. §. itē collegium. ī. ad treb. sed actor quādo cōstituitur nō ab ipsa vniuersitate, sed ab administratore, debet constitui cū decreto iudicis: id est magistratus: vt d. l. neq̄. & l. si actor. C. de appel. Itē syndicus cōstituitur ad lites præsentes, & futuras: sed actor vniuersitatis ad præsentes tantū, vt l. item eorū. & §. sed si ita. ī. eo. vbi probatur vtrunq̄ dictum. & vide in Specu. de acto. & de syndico.

2 ☞ *Plures homines si se inuicē congregarent in aliquo loco, & construerent aliquod oppidum, eo ipso censeretur approbatum.*

3 *Quòd ad hoc ut habeat nomen Ciuitatis, requiratur hodie Papalis authoritas ut constituat ibi episcopum.*

4 *Fraternitates uerberatorum an sint licitæ?*

5 *Sodales habentes societatem licitam, ut collegium, possunt habere proprium rectorē, & ipsum eligere, & dare ei iurisdictionem inter se, & facere statuta & ordinamenta concernentia duntaxat facta ipsorum, sine præiudicio aliorum, & sine superioris authoritate.*

6 *Ex congregationibus hominum sæpe turbatur respublica propter coniurationes.*

7 *Ligæ factæ inter unam communitatem & alteram, ad defensam principaliter, sunt permissæ.*

8 *Pauciores quàm tres non faciunt uniuersitatem, nec syndicum.*

Plures scholares si causa commodioris uitæ conueniant se in una domo licita, erit societas ibi.

LEX I.

1 NEque societas. †Nota hic q̄ omnis congregatio seu collegium a regulariter prohibetur, nisi reperiat, expresse concessum, vel à iure scripto, vel approbatū per superiorem tenentē locū principis: quæ autē sint approbata à iure scripto, tex. facit hic mē tionē de quibusdā, & remittit ad quædā alia, quæ habent in l. fi. ī. de iure immu. & hic in glo. super aliorū pro quorū intellectu vide omnino quod no. Inn. in c. cū dilecta. extra de excess. plā. & extra de offi. ordi. c. cū ab ecclesiarū. & Bart. in l. fi. ī. de colle. illicitis. aliàs nō intelligeres: sunt eīm quædā approbata de iure gē. vt vniuersitates faciētes ciuitatē, castrū, vel villā, vel
2 prouinciam. ff. de iusti. & iure. l. ex hoc iure. † & ideo si plures homines se inuicē cōgregarent in aliquo loco, & construerent
3 ibi aliquod oppidū, eo ipso censet approbatū: tamē† ad hoc vt habeat nomē ciuitatis requiritur hodie Papalis authoritas, vt constituat ibi epm: aliter nō dicit ciuitas, licet aliud esset olim. & vide quod no. Inn. de ope. no. nū. c. cū ex iiuncto. de homini bus expulsis de aliquo loco, an possint in alio loco facere municipiū. Itē vide per Bar. in l. ij. in fi. ī. de ver. sign. & ī. ad mu. l. eius qui. §. celsus. & gl. ordinaria. ī. quibus mo. vsusfr. amitta.
4 l. si vsusfr. In gl. ibi, itē causa religionis. † Quid de fraternitatibus b istorū verberatorū: vide Archi. lxij. distinctione, si qs fideliter. vocātur autē sodales illi, qui habēt societatē licitā, vt
5 collegiū: vt l. sodales. ī. de colle. illi. † & possunt habere pptiū rectorē, & ipsum eligere. vt l. fi. C. de iurisdi. om. iu. & dare sibi iurisdictionē inter se, vt ibi habet: & facere statuta, & ordinamenta concernētia dūtaxat facta ipsorū, sine præiudicio aliorum: nec requirit superioris authoritas in hoc: ad quod vide bonam gl. in c. constitutionē. de ver. sig. li. vj. & quod habetur
6 in l. ij. §. fi. C. de consti. pecu. †In gl. ibi regulariter, ea prohibita propter scandalū, quod pōt sequi ex cōgregationibus homi num: quia sæpe turbatur respublica, cū faciant coniurationes.
7 † Sed quid de ligis quæ fiunt inter vnā communitatē, & alteram, dic q̄ sunt permissæ si fiant principaliter ad defensam, secus si ad offensam. vt no. Inn. in locis prædallegatis. facit l. j. C. de
8 monopolijs. †In fi. gl. ibi cum licita sit societas: istam approbat doct. q̄n plures scholares cōueniūt in vna domo, cā cōmodioris vitę: dūmodo sint tres, vel vltra: quia pauciores nō faciūt vniuersitatē. vt l. Neratius. ī. de ver. sig. & sic facient syndicum.

2 ☞ *Vniuersitates quòd debeāt habere syndicum uel curatorem qui eas defendat: & an possint cogi ad ipsum constituendum? & quid in causa criminali? & quòd in cōtractibus non cogantur facere syndicum.*

3 *Pro debito uniuersitatis non debent capi bona singularium personarū. sed ea quæ sunt communia uniuersitatis: & si non habent in communi, compelluntur facere collectam.*

4 *Collectam applicandam camerę fiscali, facere nō possunt sine authoritate superioris.*

5 *Vniuersitates patiuntur primum decretum, si non defendantur, & etiam secundum decretum, si sunt tacitè in arengo: id est quando sunt simul congregati: & si sint in dolo & latitatione.*

6 *Paria sunt non esse: uel esse inutile.*

7 *Sicut ad defensionem priuati absentis, admittitur quilibet, dummodo caueat de iudi. soluendo: ita & ad defensionem uniuersitatis: licet non sit propriè absens, si non est qui eam defendat constitutus ab ea.*

8 *Plures creditores alicuius cessantis & fugitini, capientes & uendentes bona sua, solent constituere syndicum, licet non faciant societatem, uel collegium.*

9 *Syndicus qualiter debeat constitui, ut dicatur habere legitimam administrationem, uel liberam.*

10 *Syndicus & procurator licet sint diuersa nomina, interdum tamen ponitur & intelligitur unum pro altero, secundum subiectam materiam: & qualitatem personarum.*

1 §. Quibus autē permissum. † Quatuor sunt di

¶ Collegium. Quæ collegia sint licita, vide per Sig. de mediolano consi. lxxxxij. per d. Car. consi. xj. quam iuridictione habeat superior collegij, per eundem consi. lxij.

¶ Fraternitatibus. de istis fraternitatibus vide eūdē Paul. de cā. cōsi. lxxxij. & ibi, an sint pia loca: & an dicant ecclesiasticæ personę per alex. in addi. ad Bar. in l. semper. §. quibusdā. ī. de iu. immu. d. maria. soz. in c. j. ver. ix. declaratio. & in c. proposuisti. ar. v. principali extra de foro cōp. Bar. in l. j. ī. de pœnis. & Frā. de are. in c. fi. de fo. cōpe. in fi. qui tenet q̄ nō. Fran. Cur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Possunt cogi. & q̃ posit cogi officio iudicis, adde Spec. & ibi Bal. in addi. in tit. de accusa. ver. sed q̃d si nulla. & Bal. in fi. ver. vnde dicit Iaco. C. de testa. & in l. ij. §. hoc etiã. C. de iur. calum. & per Bart. in l. fœtẽ. ff. de ali. & cib. le. Cur.

b ¶ Criminali. qualiter vniuersitas delinquens sit citanda: & posit puniri. vide p Ange. consil. clxv. & cxcv.

c ¶ Liberã. adde Alexan. cõsi. xxij. lib. & plenè per ipsum in d. l. iij. §. actor. ĵ. de re iudi. Cur.

d ¶ Teſtificari. adde d. Car. cõsi. cv. & consi. cxx. & consi. ccxxxiij. in fi. volu. & in cõsil. xcix. col. iij. in fi. in. v. volũ. & in col. seq. & ibi quòd etiã si vt singuli sentirent cõmodum, si tñ pro eo commodo percipiẽdo solebant aliq̃d, q̃ etiã dicẽtur idonei testes. de quo etiam per do. Fran. de Aret. in c. cũ nuntius. de testi. & vide quæ latissimè posui in tractatu meo de test. ver. iij. conclu. & Fel. plenè declarat in c. in super per totũ de testi. Fran. Cur.

cta vsque in fi. l. Primũ vsq; ibi, quod si nemo. Secũdũ vsque ibi & qdẽ. Tertiũ vsq; ibi: & si extraneus. Quartũ vsque in fi. Ex primo dicto, nota dum dicit ad exẽplum reipubli. quod nõ omnis societas vel collegiũ dicitur habere rẽpub. licet habeat aliq̃d ad eius similitudinẽ. rẽ autẽ publicã nõ habebat olim, niſi po. roma. vel imperator. C. de iure reip. & hodie quælibet ciuitas, quæ nõ recognoscit superiorẽ: aliæ verò ciuitates, vel castra subdita, nõ dicũtur propriè habere rẽpub. licet largo modo videantur habere: vt l. eũ qui vectigal. ĵ. de ver. signi. collegia verò quæ sunt infra ciuitatem, vel castrum, & sic sunt pars ipsius reipu. nõ dicũtur habere rẽpu. quoquomodo: sed habent similitudinẽ illius, quo ad regimen: vt in his quæ sequuntur hic, in tex. quia habẽt areã cõmunẽ, & dicunt qdã q̃ appellatur fiscus, non est propriè niſi apud rẽpub. quæ dicit camera fiscalis: & non est penes ciuitates subditas: vt ĵ. ad muni. l. non simile. vbi est casus. & C. de mune. & actua. l. in prouincijs. li. xij.

2 †Itẽ no. q̃ istæ vniuersitates debẽt habere syndicum, vel curatorẽ, qui eas defendat. Adde, q̃ possunt cogi[a] ad ipsum constituendũ vt l. iij. §. addici. ĵ. de fideicõ. liber. secundũ Iac. de Are. ad qđ vide quod no. Barto. in l. iij. §. si actor. ĵ. de re iudi. & per tales syndicos potest vniuersitas defendi, etiam in causa criminali, [b] licet non per procuratorẽ, vt. C. de re milita. l. tã colatores. quod no. quia facit quãdã persona reputatã, quæ nõ potest in iudicio comparere, ideo necessitas facit, vt admittatur in causa criminali alius pro alio, qui aliàs nõ admitteret. arg. in l. qui potuerũt. ĵ. de manu. vindi. & in c. iij. extra de regulari. vbi necessitas facit licitũ, quod aliàs nõ esset: in cõtractibus autẽ, nõ habẽt necesse facere syndicũ, si nolũt: quia possunt per seipsos cõtrahere. vt l. §. si autẽ collegiũ. ĵ. ad Trebel. & ibi per Bar. qd autẽ si ad lites nolũt facere, qualiter procedetur cõtra eos: vide per eundem. C. de iur. reipub. l. j. li. xj. †Ex secũdo dicto no. q̃ pro debito vniuersitatis, nõ debent capi bona singulariũ personarũ: sed ea quæ sunt cõmunia vniuersitatis, vt patet ibi, quod eorũ cõmune erit. si autẽ nõ habẽt in cõmuni, glo. hic dicit, q̃ cõpellãtur facere collectã: & est casus. C. sumptus iniuncti muneris. l. j. lib. xj. & de oper. pu. l. oẽs. la. iij. †collectã verò applicãdam camerę fiscali facere non possunt sine authoritate tutoris. C. de exact. trib. l. j. & de excus. mune. l. placet. lib. x. & adde qđ no. Bar. in l. iiij. §. si actor. ĵ. de reg. iur. †Not. etiã, q̃ vniuersitates patiuntur primũ, & secundũ decretũ, si nõ defendunturi: sed in secundo decreto est dubiũ, quia requiritur latitatio etiã dolosa. vt l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ĵ. qui. ex causa. in pos. ea. & istæ vniuersitates non videtur posse latitare, vel dolũ cõmittere: sed contrariũ est, vt patet ex no. in l. sed ex dolo. §. j. de dolo. vnde ad hoc, quod sint in dolo, requiritˉ q̃ citẽtur in arengo id est qñ sunt simul cõgregati: vt no. glo. notabilis in l. aliud. §. refertur. ĵ. de re iudi. citatio verò syndici, vel actoris non faceret eos censeri esse in dolo, vel latitatione: nec prodesset ad secundum decretum, iuxta no. in l. iij. C. de procu. †Ex tertia parte no. in l. fi. q̃ paria sunt, non esse, vel esse inutile: & ad hoc semper allegatur sic. ĵ. de regu. iur. l. nihil interest. & §. qui satisfda. cog. l. quoties. & hoc potest induci ad multa. †Ex vltima parte no. quod sicut ad defensionẽ priuati absentis, admittiˉ quilibet dũmodo caueat de iudica. soluen. vt C. de procu. l. exigendi. & §. tit. j. l. seruum quoque. §. publicè. & l. qui proprio. §. qui alieno. ità & ad defensionẽ vniuersitatis. licet propriè non sit absens, si nõ est qui eã defendat constitutus ab ea. In glo. quæ incipit: differũt. ibi tñ ab episcopo, supple, vel abbate, vel alio prælato ecclesiastico, vel ab ecclesiastico collegio cũ consensu prælati. †In gl. ibi & pro pluribus, supple, licet nõ faciãt colegiũ vel vniuersitatẽ: pone exẽplum, in pluribus creditoribus alicuius cessantis, & fugitiui, capiẽtibus bona sua, & vẽdentibus: nã solẽt constituere syndicũ: & ita appellatur Florẽtiæ, licet nõ faciãt societatẽ vel collegiũ. †In glo. ibi quasi singulorum expone id est pluriũ, secũdũ Iac. de Are. & an talis syndicus habeat legitimã administrationẽ, & sic habeat liberã, [c] & posit trãsigere, & alienare: dic q̃ sic, si est cõstitutus ab vniuersitate faciẽte ciuitatẽ, castrũ, vel villã, quæ regãtur per alios, puta per ancianos, & consiliarios: tñ ad cõstituendũ syndicũ, fuit cõgregata tota vniuersitas, vel etiã cõsiliarij, qui repræsentant totũ populũ: vt no. C. quę sit lon. cõsue. super rub. & tũc dicitur habere legitimã administrationẽ: & sic loquitur. l. munerũ. §. defensores. ĵ. de mu. & hono. si verò sit cõstitutus nõ à toto populo, vel cõsilio: sed forte ab ancianis, qui sunt administratores: vel est talis vniuersitas, quę nõ regit se per alios, sed per seipsam, quia tota cõgregaˉ in omnibus actibus expediẽdis pro ea: & tunc talis syndicus nõ habet legitimã administrationẽ, & ista patẽt ex notatis per Cy. etiam per But. gl. præsens. C. de trãsa. & per gl. & Bar. ĵ. de iureiu. l. iusiurãdũ & ad pecunias. §. defensor: vbi omnia vide. †Itẽ scias, q̃ licet ista noĩa sint diuersa, interdũ tñ vnũ ponitur pro altero. Vnde si priuatus diceret: cõstituo talẽ syndicũ, exponeretur id est procuratorẽ: & econtrariò si vniuersitas cõstitueret aliquẽ procuratorẽ, & exponeretur syndicũ: nã & syndicus dicit procurator: q̃ gerit publica negotia: & verba debẽt intelligi secundũ subiectã materiã l. si vno. ĵ. loca. secundũ qualitatẽ personarũ cũ filius. ĵ. de legat. iij. & l. plenum. §. equitij. ĵ. de vsu & habita. & ita no. Inno. qui semper allegatur ad hoc in c. petitio. extra de procura.

2 ☞ Si impetrauí rescriptũ contra homines talis uniuersitatis, possum omnes conuenire: tanquàm unicã personã repræsentantes: sed per clausulã generalẽ ponitam in rescripto, puta, contra Titium & plures alios non possim conuenire nisi quatuor.

LEX II.

SI municeps. †Licet vniuersitas consistat ex pluribus, vnius tamẽ personam omnes repræsentãt. h. d. & hoc est vtile, propter tria, de quibus in gl. & etiã, propter aliud, quod not. †Inno. in c. cũ in multis. extra de rescri. quia si impetratur rescriptũ cõtra homines talis vniuersitatis, possum oẽs cõuenire tãquam vnicã personã repræsentantes: & tñ in generali clausula posita in rescripto, puta, cõtra Titiũ, & plures alios, nõ possum conuenire nisi quatuor: vt hic habetur. In tex. ibi quasi à pluribus: nã singuli homines de vniuersitate, sunt quasi mẽbra facientia vnũ totũ, q̃ dicitur vniuersitas: quæ vniuersitas reputaˉ quædã persona ficta repræsentata à pluribus viris. †In gl. ibi quilibet de vniuersitate posit ferre testimoniũ, hoc verũ, qñ nullũ cõmodũ sentiunt in singulari de illa causa: vt si vniuersitas habet molẽdina, vel alios reditus: secus si sentirẽt cõmodũ: vt si habet pascua in quibus singulares habẽt ius pascẽdi, si enim litigat vniuersitas de dictis pascuis nõ possent singulares testificari: [d] qa testificarenˉ in causa propria vt no. Cy. in l. omnib⁹. C. de testi.

2 ☞ Vniuersitas potest esse sine rectore uel capite.
3 In defectum capitis recurritur ad Magistratũ, quia uniuersitas æquiparatur pupillo.
4 Quòd tunc recurratur ad Magistrum seu Potestatem non solum pro ipsa communitate, pro qua est Potestas, sed etiam pro singularibus collegijs & uniuersitatibus existentibus in illa communitate.
5 Vniuersitas scholarium si careat Rectore, potest Potestas supplere uices rectoris.
6 Syndicus non requiritur quòd sit cõstitutus à tota uniuersitate, id est ab abundantia generaliˉ sed sufficit quòd sit constitutus à consilio, quod repræsentat totum populũ: & quid si constituatur ab ancianis?
7 In actibus uniuersitatis ad hoc, ut ualeant, requiritur quòd conueniant duæ partes ad minus, & in uno loco: nec sufficeret omnes esse uocatos niſi duæ partes uenirent, nec sufficeret in instrumento dicere congregato consilio generali, niſi etiam dicatur, quòd duæ partes uel ultra fuerunt.
8 Sufficit quòd conueniant duæ partes ex tribus dummodo omnes sint uocati uel per sonum campanæ, uel uocem præconis, & quid si aliqui sint absentes.
9 Si sunt duæ partes præsentes duntaxat, possunt eligere unum ex se. & an teneat uicẽ eligentium & electi.
10 Pater & filius, & etiam plures fratres, possunt esse de consilio ciuitatis.
Item quòd alter alteri potest dare uocem suam, tam in cõcernentibus honorem, & commodum, quàm onus.
Item quòd non uideretur dare ut pater, uel filius, uel frater, sed ut consiliarius.
11 In his quæ sunt publici iuris non consideratur patria potestas, uel ratio sanguinis, licet regulariter secus.

Collegiati

vt hæc actio detur gestori, licet res, in qua facta est impẽsa post gestionẽ, perierit: sed si nõ expediebat dño nec erat factuius, quod præsumiˉ si erat pauper, & impar sumptui, nõ diciˉ vtiliter gestum, vt in secũdo casu, qñ gestor hoc sciebat: sed nec etiã si ignorabat, & credebat vtiliter gerere, nõ solum respectu rei sed personæ: vt in vltimo casu: circa quẽ vide Inno. in c. cũ venissent. in fi. extra de eo qui mit. in pos. vbi allegat istum tex. & dicit esse speciale in hoc: & q̃ regulariter bona fides, & opinio, sufficeret, vt si similẽ in possessionẽ rei alterius fecerat impensam, quã dñs nõ erat facturus, tamẽ erat vtilis respectu rei, dic q̃ potest eã repetere, quia fecit propter suspitionẽ necessitatis, sed hic in gestore, nõ habent hãc suspicionẽ: vnde debuit esse magis curiosus in explorando, si dñs erat facturus vel nõ.

3 †Et iste tex. semper allegatur. & no. q̃ qs potest relinquere rẽ suã, & permittere domũ suã ruere, si est impotẽs ad reficiendũ, nec cogitur reficere vt hic, dũ dicit vnicuiˉ q̃ liceat: & iura quæ vidẽtur dicere cõtrarium loquuntur in eo qui põt reficere. vt ĵ. de offi. præ. l. j. præses prouinciæ. & facit. ĵ. de dam. infe. l. prætor. §. hoc edictũ. & qđ no. extra de cõsti. in c. quę in ecclesiarũ.

2 ☞ Depositarius quare teneatur solum de dolo & lata culpa?
3 Si petijsti à me ut tibi commodarẽ equum, quem tenebã in pascuis, & dixi, quòd eram contentus, & quòd ires ad pascua, & reciperes: & tu postea completo usu restituisti eum ad eadẽ pascua me ignorante, & latrones eum furati sunt, quod teneaˉris de casu.
4 Gestor licet posit gerere illud quod uult, & alia dimittere, quòd tamen dominus negotiorum debeat omnia approbare, uel omnia reprobare.

LEX XII.

SI negotia. †Gestor negotiorum nõ solũ tenetur de dolo, & lata culpa, & leui: sed etiã de casu, si aggrediatur negotiũ insolitũ, itẽ lucrum
2 cũ dãno cõpẽsatur. h. d. †Cõtra primũ dictũ huius. l. oppo. extra glo. q̃ gestor non teneatur regulariter nisi de dolo, & lata culpa: quia gestor nõ sit gratia ipsius, sed gratia dñi negotiorum, sicut in deposito: ga nõ tenetur depositarius nisi de dolo, & lata culpa: quia depositũ nõ fuit factũ gratia ipsius, sed gratia deponẽtis. l. si vt certo. §. nunc videndũ. ĵ. cõmo. istud cõtrariũ nullus format: sed respõde, q̃ hoc cõtingit hic: quia gestor se obtulit gestioni, non requisitus à dño: vnde grauius onerat: depositarius verò se nõ obtulit, sed rogatus custodiã recepit, nec video aliã responsionẽ. facit. ĵ. cõmo. l. si vt certo. §. interdum planè. Itẽ opponiˉ in. j. gl. similiter q̃ ex solo dolo, & lata culpa teneatur vt l. iij. §. interdũ. s. eo. Solu. ibi negotiũ, vel negotia erãt deserta, & nullus erat gesturus: hic qñ nõ erãt deserta, nec cõstabat q̃ alius nõ fuisset gesturus: & sic venit leuis culpa, nã in dubio, cum lex dixit, aliquẽ de culpa teneri, intelligitur de leui, nõ de leuissima. vt no. in l. si vt certo. §. nunc videˉ dum. ĵ. cõmo. & ita intelligit hic gl. Itẽ tertio oppo. q̃ imò teneaˉ etiã de leuissima, vt insti. de obli. quæ ex quasi contractu. §. j. in fi. & l. si pupilli. §. videamus. s. eo. Solu. verũ est si dñs negotiorũ erat diligẽtissimus, vel alius diligẽtissimus fuisset gesturus, si ipse nõ gessisset, hic nõ constabat de aliquo ipsorum, ideò nõ teneretur nisi de leui, vt etiã no. in l. iij. §. interdũ. s. cõmo. Itẽ quarto oppo. in iij glo. q̃ teneaˉ de casu, nõ solũ qñ est aggressus negotiũ insolitũ, sed etiã in pluribus alijs casibus, in quibus leges dicunt dñm nõ teneri, nisi quatenus est locupletior: & sic, si gestor expendit quinquaginta vtiliter, tñ dñs non est locupletior nisi in. x. & si reliqua perempta sunt casu fortuito, dãnũ est gestoris, & sic teneretur de casu. vt s. eo. l. si pupilli. in prin. & §. sed & si qs negotia gl. fatetur, q̃ sunt alij casus, in quibus gestor teneˉ de casu, sicut in casu isto qđ dic vt in gl. & vltimò gl. inducit istũ tex. à cõtrario sensu, dũ dicit gestorẽ teneri de casu, qñ gessit negotiũ insolitũ, & sic si erat solitũ, à cõ
3 trario sensu nõ tenetur. †Ad quæstionẽ de eo qui dimisit equũ in pascuis, quod declara, si habebã equũ quẽ tenebã in pascuis quia non poterã ipsum in domo gubernare. & requisisti me vt ipsum tibi cõmodarem, & ego dixi, q̃ erã cõtẽtus, & q̃ ires ad pascua, & reciperes, postea tu cõpleto vsu restituisti eũ ad eadẽ pascua, me ignorante, & ibi dimisisti: & latrones ipsum furati sunt, vel lupus occidit: repeto à te equum, quẽ habuisti à me & mihi nõ restituisti: tu dicis te dimisisse in pascuis, sicut tu reperisti, & sicut erã solitus dimittere, videtur per istũ text. à contrario sensu, q̃ nõ tenearis de casu, quia fecisti, quod facere cõsueui. hoc etiã tenet Pe. & Cy. in l. nemo. C. de episc. aud. Cõtrariũ videtur tenere Spe. in tit. de loc. §. postquam. ver. q̃ si locaui tibi boues, dicens, q̃ cõmodatarius teneˉ de culpa leuissima, & licet culpa mea dimittẽtis in pascuis sine custode nõ sit punienda, sed reprehẽdẽda: in illo tñ nõ solũ reprehẽdẽda, sed puniˉ da est, vt ĵ. sol. ma. l. si cõstante. §. si maritus. debuit enim ipsum cõsignare cõmodati & ista opi. rationabiliter videtur. Pro declaratione glo. mag. fi. opponitur cõtra vltimũ casum huius. l.
4 tribus modis, q̃ nõ debeat cõpẽsari lucrũ cũ dãno. †Primo qa negotiũ de quo hic, erat meũ ratihabitione, possum ego ratum habere, & approbare illud, ex quo resultauit dãnũ: & sic nõ teneor cõpẽsare, qa primũ est meũ, secundũ nõ: nã volũtas huic rei sinẽ imponit. l. tutori. C. eo. gl. negat hoc, q̃ debeo vel ambo approbare, vel ambo reprobare per. l. Caius. ĵ. de vsuris. ad cõtrarium nõ respõdet: sed dic, q̃ loquitur in gestore, quia põt gerere illud qđ vult, & alia dimittere. Nos loquimur in dño negotiorũ, qui debet vel oĩa approbare, vel oĩa reprobare. Item opponitur secundo, qa hic videˉ cõtrarietas: nã primũ dixit, q̃ damnũ est gestoris, & lucrũ est dñi negotiorũ: postea dicit, q̃ si euenit damnũ vel lucrũ, cõpẽsatur lucrũ cũ dãno, ergo non est verũ, q̃ lucrũ sit dñi, postquam lucrũ cõpẽsat. gl. soluit duobus modis. Primo q̃ hic loquatur, qñ lucrũ & dãnũ euenit in vna & eadẽ re: sed glo. reprobat, quia tũc nõ potest dici lucrũ tantũ deducto dãno, vel dãnum tãtũ deducto lucro. Vnde soluit secundò, & ita teneˉ, q̃ primũ dictũ loquatur, qñ accidit dãnum tantũ, & nullũ lucrũ: quia tũc etiã nullũ dãnum. Vltimũ dictũ loquitur qñ in vna re accidit lucrũ, in alia dãnũ & tũc est propriè cõpẽsatio: & sic nõ est contrarietas. Vltimò ad idẽ opponitur, q̃ nõ fiat cõpensatio. l. de illo. ĵ. pro socio. quidã dicunt, q̃ ibi in vero contractu: hic in quasi cõtractu: sed non tenetur. Ideò dic melius, q̃ hic quando dãnũ euenit sine culpa gestoris, & tunc fit cõpensatio: ibi quando cum eius culpa, & hoc tenet Bar. hic. & ĵ. eo. si quis negotio. & in glo. hic.

2 ☞ Filius familias isto iure ffrorum, & in castrensi peculio nõ habebat hæredem ab intestato: sed pater iure paterno occupabat non tanquam hæres, sed bene poterat testari.

LEX XIII.

SVccessori. †Succedens ex. l. Cornelia vel alio speciali iure, habet hanc actio. in qua cõsiderãtur oĩa, quæ veniũt in gestione viuẽtis. h. d. In
1 tex. ibi: hæc actio dãda erit, dubiũ erat: quia iste nõ succedit capto de iure cõmuni, cũ nõ possit, cũ ille decesserit seruus reverat: sed succedit de iure speciali, ppter fictionẽ. l. Corneliæ quæ fingit eũ mortuũ prima hora captiuitatis, & sic liberum: vnde erat dubium, an ad eũ trãseat hæc actio cõtra gestorẽ, vel econtra, an trãsit cõtra eũ. & dicitur q̃ sic: quia tãtũ operatur fictio,
2 quãtum veritas. Similiter in casu sequẽti erat dubium: quia † filiusfamiliàs, iure isto etiã in castrensi peculio nõ habebat hæredem ab intestato, sed pater iure paterno occupabat, nõ tanquam hæres: sed tanquam pater. l. iij. ĵ. de castren. pecu. sed bene poterat testari, & tũc habere hęredẽ ex testamẽto. vt l. si seruus Meuij. & castrensis peculij. ĵ. de stip. seruo. & sic pater non erat hæres de iure cõmuni: sed ex priuilegio militis, & castrẽsis peculij. Sed respõde, vt supra, etiã in ambobus casib⁹ in hac actio ne cõsiderãda sunt illa, quæ de iure cõmuni cõsiderãtur, si esset hæres: & hoc est quod sequitur in ver, sicut autem.

2 ☞ Actio negotiorum gestorum, datur non solum uoluntario gestori, sed etiã necessario, ut curatori. intellige de utili non de directa.
3 Curator datus hæreditati iacenti potest res hæreditarias alienare, quæ seruando seruari non possunt, & sibi soluere.
4 Dominus si gerat negotium emphyteutæ, non potest res incidere in commissum propter pensionem non solutam: quia debet sibijpsi soluere.
5 Prædia tributaria non committuntur in fiscum propter non solutum tributum, licet possint uendi: secus in emphyteuticis.

LEX XIIII.

DEbitor. †Gestor non tenetur de casu, niſi culpa præcedat: est autẽ culpa retinere pecuniã debitã creditoribus, si qs habet eã solutioni paratã, non
2 subsistẽte iusta causa. h. d. tota. l. secũdũ Bart. †In tex. ibi: eius hæreditatis curationẽ suscepi. No. ergo hãc actionẽ dari, non solũ voluntario gestori, sed etiã curatori, qui gerit successionẽ necessitatis, quod est intelligendũ de vtili nõ de directa. l. cu-

R

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratoris.C.eo. In tex.impedit.x.& sic debebãtur mihi sexaginta in dicta hæreditate, videlicet.l.ex primo cõtractu celebrato cum defuncto:& decẽ ex gestione facta post mortẽ eius. In
3 tex.ibi:redacta ex vẽditione rei hereditarię.†No.secũdũ Bal. curatorẽ datũ hæreditati iacẽti posse res hæreditarias alienare:itẽ sibi in alijs soluere, vt hic.& ĵ.patet in ver.nã & si debuerim.primũ dictum intelligo, de rebus quæ seruãdo seruari nõ poterãt, vt sunt fructus:si ergo vẽdit frumentũ, nõ imputatur ei ũ postea sit factũ carius, secundũ Bal.qui dicit se habuisse de facto:facit.C.de admini.tuto.l.fi.in fi.†Per.h.d.Gul.de cu.φ si dominus gerat negotiũ emphyteutę, nõ potest res incidere in cõmissum propter pensionẽ nõ solutã, quia debet sibi ipsi soluere. In tex.ibi:& sine culpa mea, subaudi commissa in perditionẽ:sed licet in hoc nõ habuerim culpã, potui habere in retentione, si sine iusta causa retinui, & nõ soluí mihi nec alijs:vnde tũc casus perditionis mihi imputatur, qa culpa præcedit. vĝ ĵ.sequitur. In tex.ibi:sola.xc.restituẽda quæ restitutio sit cõpensando dãnum, cũ debito præcedẽti. †In tex.ibi:ne prædia in
5 publicũ cõmitterẽtur:intellige, de prædijs emphyteuticis, quę tenebãtur à repu.si autẽ prædia essent tributaria, propter non solutũ tributũ, non cõmittuntur in fiscum, licet possint vendi, secundũ Guliel.ĵ.de rescin.ven.l.fundus qui Lucĳ Titĳ.

2 ☞ *Si gessi negotiũ pupilli siue contemplatione tutoris principaliter siue pupilli, & durante gestione est factus adultus, & continuaui gestionem quòd pro gestis post pupillarem ætatem non possim eum conuenire, nisi quatenus est locupletior, sicut in pupillari ætate.*

3 *Si gessi negotia filij familiàs, & eo liberato à patria potestate continuaui gestionem, quòd pro gestis post teneatur, nisi inquantũ facere potest, sicut durãte patria potestate:ea tamen durãte poterat insoliũ conueniri, & cõdemnari. & nume.8.& 9.*

4 *Quid si gessi negotia peculiaria serui tui:& durãte gestione eum manumisisti, qualiter.& contra quem agam? & nume.8.*

5 *Inspicitur initium contractus seu gestionis quantũ ad hoc, vt sciatur quatenus uel inquantum detur actio:sic & quando quæritur de qua moneta debeat fieri solutio.*

6 *Negotia licet sint plura tamen si uno animo fuerint gesta, dicitur una gestio non plures:si autem animo diuerso, tot sunt gestiones, quot animi.*

7 *Quando quis committit unum delictum per plures annos, an dicatur unum delictum uel plura?*

8 *Seruus ex gestis tempore seruitutis, quòd nõ teneatur liber factus, nisi ex deposito.*

LEX XVI.

1 POmponius. †Si pẽdẽte gestione mutetur cõditio dñi negotiorũ, pro negotijs gestis post mutationẽ status eo modo conuenitur, sicut pro gestis ante mutationẽ, si fuit vnica gestio, quia debet inspici initiũ:sed si fuerunt plures gestiones, vna ante mutationem, altera post:tunc pro gestis post, cõuenitur, inspecta qualitate, quæ tunc erat, nõ inspecta qualitate prima. Dicit autẽ vnũ, vel plura, respectu gestoris:quia si habuit animũ gerẽdi oĩa, tunc erit vna pro toto tẽpore:si verò animo gerẽdi quædã, & facta mutatione aggressus est alia, dicũtur plures gestiones, & secũdum diuersitatẽ tẽporũ, variat actio inspecta qualitate personæ.h.d.cũ.l.seq.& istæ duæ leges loquuntur qñ variat cõditio dñi negotiorũ. sed.l.sequẽs, cũ sequẽtibus qñ variata est conditio gestoris. Itẽ pondera φ quæstio est de gestis post mutationẽ status:nã de gestis prius, nõ erat dubium. Et primò ponitur
2 dictũ Pomponij, vsq; ibi, hic & ego.†Secũdò ponitur approbatio Pauli iuriscõsulti, cũ limitatione tantũ:& incipit limitatio ibi, nisi ab initio vsq; in fi.postea in l.seq.ponitur probatio vtriusque tam dicti, quã etiã limitationis. Cõstat autem si gessi negotium pupilli sine contẽplatione tutoris principaliter, siue sine contẽplatione pupilli ex priuilegio pupilli:nõ obligatur mihi pupillus, nisi quatenus est locupletior.l.si pupilli.in prin.ĵ.eo.& C.eo.l.ij. Quid ergo si durante gestione efficitur adultus, & ego continuaui gestionẽ:certũ est φ pro gestis durante pupillari ætate, nõ possum eũ conuenire, vltra quàm sit locupletior factus:sed dubium est de gestis post. Pomponius dicit, idẽ, quia inspicitur initiũ:cũ enim incepi gerere, videor eũ voluisse obligare, pro tota gestione, eatenus quatenus poterat
3 obligari in præsenti:qa finis trahitur ad principiũ.†Itẽ si gessi negotia filij tui:licet li ipsum conuenirẽ durãte patria potestate, potuissem cõuenire insolidũ, si tñ ipsum conuenio finita patria potestate:pro gestis ea durãte, non possum conuenire, nisi quatenus facere potest.vt ĵ.quod cũ eo, per totum. Quid ergo erit de gestis postquam est liberatus à patria potestate? dicitur hic idẽ, vt conueniatur quatenus facere potest, sicut si illa fuissent gesta durãte patria potestate, & post finitam cõueniretur: habentur ergo pro gestis durante patria potestate:non tamen habetur perinde, acti ea durante fuisset conuentus, quia tũc potuisset insolidum conueniri.l.& si condemnatus.ĵ. de noxa.&
4 hoc voluit in effectu glo.ij.super ver.punitio.†Item si gessi negotia peculiaria serui tui, ex hac gestione seruus nõ fuit obligatus efficaciter, sed naturaliter tantũ:& sic nec factus liber poterat à me conueniri:sed tu poteras actione de peculio conueniri. Quid ergo si durãte gestione ipsum manumisisti? quid erit de gestis post:idem videtur dicendũ, vt ipse conueniri nõ possit. Sed an tu possis conueniri:hic est dubium:quia cum seruus manumittitur inter viuos, censetur sibi remissum periculũ, nisi fuerit ademptum:vnde tu non videris posse cõueniri de gestis post, quia non gessi negotia tua, sed serui, cuius erat peculium:sed nec seruus per id quod hic dicit, φ inspicit prin. quo inspecto ipse nõ fuit obligatus, ex quo resultat iniquitas, φ per dam quod impendi:& sic seruus locupletabit cum aliena iactura. Istud dubiũ fecit dubitare antiquos propter qđ recesserũt ab ista lectura, vt habetur in gl.& posuerunt alias. Alij dicunt non esse reddendum, & constat, φ si retinuisti peculium, cessat dubium:quia dixi post φ gessi negotium tuum, & sic sicut tu potes cõueniri de peculio pro gestis ante, & ita pro gestis post: licet post seruus conueniri non possit:sed si peculium non retinuisti, non potes tu conueniri:quomodo ergo tunc respondebitur ad inconueniens? quidam dicunt φ imò poterit conueniri:quia actio quæ erat danda contra te, si remansisset sibi peculium, dabit contra seruum, si nõ retinuisti:quia est ambulatoria de persona ad personã. Alij dicunt φ imò conueniris tu:
5 quia est tibi imputandũ, quare peculiũ non retinuisti:sed certè si ignorasti gestionem, non potest tibi imputari. Guliel.de cu. dicit, φ neuter vestrũ poterit conueniri attenta ratione prædicta:sciliset ne seruus locupletet cum aliena iactura:ergo potero agere contra eum, nõ hac actione, sed cõdictione sine causa. vt l.fi me & Titiũ.ff.li cer.pet.& sic omnia saluantur:& si rigor, & etiã æquitas:& ista placet. licet Bar.nõ tangat. Et ex hoc apparet difficultas huius l.quæ ideo cõsistit in isto art. si bene inspiciat gl.quę malè declarat per doc.Not.ex ista l.duo. †Primò, φ inspicitur initiũ contractus, seu gestionis, quantũ ad hoc vt sciatur, quatenus vel inquantũ detur actio:sic etiã quando quæritur de qua moneta debeat fieri solutio, si quis se obligaret ad x.annua, & postea moneta mutaret, & spõderet alia deterior:quia debet solui ex stipulatione prima:vt in c.olim.extra de censi.de quo not.per Bar.in l.cũ quid.in fi.ĵ. si cer.peta. & fuit quæstio dispu.per Iaco.but.quæ incipit quidã colonus.
6 †Secundò not.φ licet negotia sint plura, si tamen vno animo fuerunt gesta:quia quis accesserit tanquã omnia gesturus, dicit vna gestio, non plures:si autem animo diuerso, quia accessit vt gesturus vnũ, postea mutauit animũ, tot sunt gestiones, quot animi:& sic inspicitur animus gerentis, nõ multitudo negotiorũ:& hoc facit ad materiã, quã tractat Bar. in l.inficiãdo.
7 §.si infans.ĵ.de fur.vbi tractat † quãdo quis committit vnum delictũ per plures annos, an dicatur vnũ delictũ, vel plura? & distinguit, an pendeat ex animo, & inspicit animus: & si est vnus, erit vnũ delictũ. Si plures erãt, erũt plura delicta. Sed vbi non inspicit animus, sed actus corporis, tot sunt delicta, quot sunt actus, & ad præcedentẽ casum, bene facit ista l. Vnde si alĳ quis occupauit rem meam per plures annos, vel aliquã terram contra superiorem, quia hic agitur de pos. occupata quæ possessio retinetur animo, dicetur vnum delictum, non plura. vt hic in versũ.nisi ab initio glos.prima magna, ponit casum vsq; ad versũ.φ de seruo. qui casus communiter tenetur:tamẽ addendum dicit, tñ non fiet condẽnatio, supple de gestis post mutationem status:de illis enim hic tantũ requirit. Et dũ subdit, nisi eo modo quo fuerit cõditione eorum non mutata:expone nisi eo modo quo fieret gestis ante mutationem status:& ista verba dant intelligere glo.vt patet ex his, quæ postea sequuntur. Secundo glo.format oppo.vsq; ad ver. vt autem. Tertio propter quartam & vltimam opp.ad quam non apparet bona responsio.gl.aliquantulũ se inuoluit:& videt ponere duos alios intellectus ad istam l.qui differunt à primo: tamen tu tene primũ:& pone casum, & respõde ad opp.secũdũ quod dixi secundum

8 dum Gul. †Nũc oppo.primo cõtrario, qđ dictũ est de seruo, φ ex gestis tẽpore seruitutis, nõ tenetur liber factus:contra de leg.i.§.si apud.ĵ.depositi.vbi ex deposito, quod recepit tẽpore seruitutis, cõuenitur liber factus.glo.dicit, quòd nõ cõuenitur actione personali ex cõtractu depositi, sed conuenitur actione reali rei vẽdicatione, tanquam quilibet possessor:sed hoc non placet:quia nõ faceret ad titulũ. Solue ergo, vt ibi, quia specialiter est in deposito, secus in alijs cõtractibus. Nã contractus depositi in aliquibus melioris cõditionis est, quã alij. Secũdo oppo.φ imò licet fuerit vna gestio cõtinuata, nihilominus secundum varietatẽ cõditionis, personæ varietur actio. Cuius cõtrarium hic dicitur, φ imò det secũdũ qualitatẽ, quę erat ab initio
1 tutor qui tutelã.ĵ.de admini.tut. Glo.dicit, φ diuersus est casus:nã hic loquitur, qñ variatur status dñi negotiorum:supplé quo casu, quia ille obligatur ignorans, ideò mutatio status sibi nõ nocet, vt in plus obligetur pro gestis post, quã fuerit obligatus pro gestis ante. Ibi, qñ fuit mutatio in personã gestoris, qui obligatur sciẽs:vnde mutatio status sibi potest nocere, vt in plus obligetur pro gestis postquàm pro gestis ante:si seruus incepit gerere, & postea factus liber, continuauit, tenebit pro gestis post:licet pro gestis ante, nõ teneretur:& sic vna fuit gestio. Tertiò oppo.de l.si quod.§.si filiũ.ĵ.pro socio.ad idẽ solvit glo.sed doc.aliter, φ ibi fuit cõtinuata gestio de voluntate vtriusq;:hic de voluntate vnius tantũ. Breuiter vltima solutio glo.mihi placet, φ re vera ille.§.in nihilo.cõtradicit huic, si bene inspiciatur. Ibi enim dicit, φ pater post emãcipationẽ de gestis per filiũ nõ obligatur:& certè nec hoc negatur:nã etiã hic idẽ esset. Sed quartò oppo.fortiter in ver.& secũdũ hãc lectu-
2 ram &c.& in ista oppositione laborat glo.vsq; in fi.nã hic ponitur vnus casus, in quo si seruemus positionẽ casus suprà factã, resultabit iniquitas, scilicet, qñ gessit negotia pecuniaria serui tui:constat enim, φ pro gestis durante seruitute ipse non fuit obligatus, nisi naturaliter. Tunc verò dñs de peculio, & ipse pro gestis tẽpore seruitutis, non potest conueniri liber factus:sed tu bene potes cõueniri de pẽculio. Quid ergo, si continuaui gestionẽ, postquam est factus liber, & impẽdi circa eũ vtiliter:cõstat φ seruũ pro illis nõ possum conuenire, sicut nec pro gestis ante:sed nec te cõuenire potero, quia nõ gessi negotia tua, sed negotia illius serui, facti liberi:quia periculũ censetur sibi donatũ in dubio, & sic perdat illa:& sic iste seruus locupletabitur cũ dãno meo. Quidã antiquus glossator, vocatus Hugo de porta rauennata, fatetur hoc inconueniens:sed dicit esse tolerãdũ, quia imputat mihi gestori cur perseueraui in gestione:nã debebam hoc scire, vel scire potui. glo.hoc reprobat: quia põt esse, φ ignoraui manumissionẽ vnde nõ est mihi imputãdum. Alĳ reprobãt positionẽ casus supra factã, dicẽtes, φ mutato statu variat actio, vt det secũdũ qualitatẽ personæ quę erat tẽpore gestionis:vt in personã serui det illa, quæ erat tẽpore inchoatæ gestionis:& sic dicũt, φ pro gestis post manumissionẽ obligatur seruus, liber factus, licet nõ fuerit obligat° pro gestis in seruitute:& si dicatur secũdũ hoc differentia quæ fuit hic, an fuerit vnica gestio, vel plures? nihil valet:qa siue sit vnica, siue plures variatur actio, secũdũ qđ variat status:ipsi respõdet, φ imò ista distinctio habet aliũ effectũ, & propter illũ facta est, nõ propter hoc:φ actio nõ variet:quia qñ est vnica gestio, licet actio varietur, tñ est vna pro toto tẽpore:sed qñ sunt duæ gestiones, erunt duæ actiones, & effectus primi cõsistit in hoc quia actio de peculio quæ dabat cõtra dñm pro gestis ante, nũc dabit cõtra seruũ tã pro gestis ante, quã pro gestis post: & sic trãsit de persona dñi, ad personã serui præter ordinẽ iuris, qui est vt nõ transeat nisi in successorẽ vniuersalẽ, vel singularẽ, vt in cessionarĳ, & hic trãsit, licet seruus nõ sit hæres dñi, nec cõtra eum facta sit cessio. Vnde põt dici, φ pro gestis ante nõ trãseat:sed detur cõtra dñm, pro gestis post, bene, transeat: & ista est probabilior:alĳ sustinẽt primã positionẽ casus, & dicunt dari actionẽ pro gestis post contra dñm, quia sibi est imputandũ cur peculiũ nõ retinuit, cũ posset:& si dicat, sequit secundũ hoc, φ si gestio durauit vltra annũ post manumissionẽ, dic, φ non poterit ista actio de peculio dari cõtra dñm:quia facta manumissione, actio de peculio quæ erat perpetua, efficit annalis. vt ĵ. qñ actio de pecu. est annalis. glo.rñdet, φ imò:qa annus incipit currere post finẽ gestionis, qñ datur pro gestio-
4 pupillus, tenet quatenus est locupletior. Et aduerte quia hic nõ erat quæstio de negotijs pertinẽtibus ad Semproniũ re ipsa, qñ ipse gestor sibi teneretur: sed erat qõ de negotio pertinente ad Titium, qui tñ ipse putabat pertinere ad Semproniũ, & ipsius Sempronij contẽplatione gesit, & præsupponit q pro illo teneatur ipsi Titio, ad quẽ re ipsa pertinebat: licet eius contẽplatione nõ sit gestum. Sed dubium est an etiam teneat ipsi Sempronio? & dicitur hic, q sic. Sed tũc opp. pro declaratione gl. q imo Sempronio ad quẽ non pertinebat re ipsa, nõ teneatur: qa nec ipse Sempronius tenetur gestori, vt §. eo. l. item si cum. §. fi. propter hoc antiqui dicebant, q hoc gesit cum mandato Sempronij: & q Sempronius teneꝫ actione mandati. l. contraria, nõ interuenit mãdatum. Tu dic, q contrarium loquitur, quando ad Sempronium nullo modo pertinuisset negotiũ, sed ad Titium: hic verò ad ipsum pertinebat cura, & solicitudine: vnde gestor obligatur sibi, vt hic: & ipse obligatur gestori. d. l. si pupilli. in prin. Item opp. inquantũ hic dicitur, quòd iste gestor ignorabat pertinere ad Titium: & tñ dicit Titio competere actionem, contra eum: contra imo requiritꝫ, quòd sciuerit. vt §. e. l. si pupilli. §. si quis ita simpliciter. in fi. glo. nõ clare respondet: sed tu responde, vt ibi not. quia ibi subauditꝫ maximè: nam etiã si ignorauit, & sic nullo modo sui cõtemplatione, nihilominus tenetur, postquàm re ipsa negotium ad se pertinebat. glo. ergo ponit casum vt in ea habes: & doctores ipsum sequunt. Vltimo opponi. in alia glo. super verbo actio, dum dicitur hic, etiã Titio datur hæc actio, imò videtur, q non ista, sed actio in factũ. l. si mandauero. §. si curator. ff. manda. Sol. vt in glo. quia hic erat negotium, quod pertinebat ad Titium re ipsa, ibi non.

2 ☞ *In procuratorem uenientem cum mandato post litem contestatam, potest ferri sententia: & an etiam in dominum? & nume. 4.*

3 *Iudex non obstantibus causis absentiæ allegatis, potest contra absentem procedere, et sententiam ferre: si tamen causa absentiæ allegata erat uera, & hic probetur: uel allegans obtulit se eam probaturum, & iudex nolnit audire: sua erit ipso iure nulla.*

4 *Defensor qui uenit ad plenam defensionem: si contra eum feratur iusta sententia, & ab ea non appellat: non est sibi imputandum, uel etiam si sententia transiuit in rem iudicatam sine sui culpa: & ad quid agat contra defensum?*

5 *Comparens ad defendendum absentem, an posit in se suscipere iudicium animo nouandi, & defendendi absentem inuitis partibus?*

1 §. Litem in. † Ille qui allegat causas absentiæ rei, non condemnatur, sed ipse reus: nec etiam sibi imputatur, si à condemnatione non appellat: sed ille qui venit ad plenam defensionem, etiam post litem contest. bene condẽnatur: & ideo sibi imputatur, si non apppellauit: vnde non potest repetere, nisi ab absente. h. d. & semper allegatur ista l. propter istum. §. quia sunt duo bona dicta: & maximè secundum, quòd in defensorẽ comparentem post lit. contest. cum dño, & sic non existente dño lit. quia dominus efficitur per contestationem, nihilominus fertur sententia: sed Mar. & Azo dicebãt contrarium, q ferenda est sentẽtia contra illum, qui fuerat litẽ contestatus: quia ipse est dñs lit. sed Io. de hoc non curauit: quia dicit ferendam esse sententiam in illum, qui est presens, non in dñm litis absentem: & allegabat istum tex. pro casu qui loquit
2 in gestore sine mandato. † Idẽ & fortius in procuratore, q habet mandatũ, vt hic tangitur per gl. de hoc in l. j. C. de sen. In tex. ibi, litem in iudicium deductã. & sic erat lis cõtest. cũ reo.

3 † In tex. ibi, à reo desertã, qui se absentauerat, & cùm pluries citatus esset, nõ cõparebat: vnde dicebatur frustrator: & cũ dubitaretur cõtra eũ sentẽtiam fore ferẽdam, amicus eius cõparuit corã iudice, allegãs ipsum nõ esse cõtumacẽ, sed impeditũ cõparere: vel quia erat detẽtus in alio loco, vel quia infirmus, & hic petebat à iudice nõ procedi cõtra eum tanquã cõtra cõtumacẽ, iudex hoc nõ obstãte procesit, & dedit sentẽtiam cõtra absentẽ: quod no. vt iudex possit ad vlteriora, p cedere contra absentẽ, nõ obstante q quis allegauerit causam absentię iustam. Aduerte tñ quia si causa absentiæ allegata erat vera, & hoc probet, vel ipse allegãs obtulit se eam probaturũ, & iudex noluit audire: talis sentẽtia esset ipso iure nulla, vt no. in l. quæsitum. j. de re iud. & l. ij. §. si quis in iudicio. in fi. dũ dicit iubet diẽ iudicij esse diffusum, quia debebat supersedere. & ita no. p
4 Bar. in illa l. quæsitũ. † In tex. ibi, cæterũ si amicus eũ absentẽ defenderet: subaudi plenariè præstita satisfactione de iud. sol. vt §. de procu. l. minor. in fin. cum legibus seq. quo casu potest ferri sentẽtia cõtra eum, vt sequitur, & si appellauit, & iterum succubuit tũc sui culpa, repetet ab absente, quẽ defendit: sed si nõ appellauit, secus: quia cũ ipse fuisset condẽnatus, debuit appellare, si erat dubiũ an sentẽtia esset iusta vel non, vel erat clarũ q erat iniusta. Sed si fuisset iusta, nõ esset sibi imputãdũ, si nõ appellauit. C. de admi. tu, l. si bona. & j. de euict. l. Herennius. §. Caia. secũdùm Bal. hic. Pro declaratione gl. sup ver si. cæterũ. opp. inquantũ tex. dicit q iste amicus defensor fuit cõdemnatus: quia nõ potuit condẽnari, si cũ eo nõ erat lis cõtest. sed cũ reo absente. l. j. C. de sen. Mar. fatetur ideo intelligit istũ tex. vt nõ prosequat eundẽ casum, de quo §. de illo amico qui cõparuit post litẽ in iudicio deductã: sed de illo qui cõparuit à principio, & cũ eo fuit lis cõtest. gl. sed Io. tenet cõtrariũ, q p
5 sequatur eundẽ casum: & sic allegat istũ casum pro se, vt iustificiat esse in iudicio, licet nõ sit dñs, vt cõdemnari possit: de quo no. plenè in d. l. j. C. de sent. vbi gl. dicit ad cau. vtrũq; condẽnari tam absentẽ, quàm procuratorẽ præsentẽ, vel defensorẽ: licet nõ sint domini litis, vt in gl. seq. In alia gl. super verbo, agere. quæritur primò, si defensor fuit condẽnatus, & sentẽtia trãsiuit in rem iud. sine sui culpa, & oportuit eũ soluere: potest agere cõtra defensum, vt hic collígitur: sed ad quid? q si defendit cum mãdato, aget ad sortẽ principalem, & etiã expensas litis: sed sine mãdato aget ad sortẽ, nõ ad expẽsas. l. iam tñ. §. in hac. j. iud. sol. Itẽ quæritꝫ, si cõparuit post lit. cõtest. cũ reo, an ipse possit cõdemnari, cũ non sit dñs litis. gl. dicit q si cõparuit cũ mandato, quia erat procurator, sine dubio potest condẽnari, secũdùm Io. licet Mar. & Azo tenuerint cõtrariũ. Idẽ dicit gl. in defensore, sine mandato: vt hic per istũ tex. vbi est casus: multò ergo fortius cum mãdato. Nõ est ergo necesse q lit do
minus litis, vt possit cõdemnari. † Sed tertiò quæritur, si aliquis cõparet ad defendẽdum absentẽ, & vult suscipere in se iudicium nouãdi animo, & defendẽdi absentẽ, an hoc possit facere inuitis partibus? & constat q inuito reo potest, quia sibi proficit, nõ autẽ dãnificauit: sed an inuito actore? glo. tenet q idem, si satisfdat de iud. soluen. doct. tenent cõmuniter contrarium: quia actor vel creditor nõ cogitur liberare reum, si non vult, nisi sibi soluat: vnde ipso inuito non potest nouatio fieri per l. si mãdato. §. j. ff. man. & not. in l. nõ solùm. §. de procur. & per Cyn. in l. j. C. vbi in rem actio. vbi omnino vide. & j. de so. l. solutionem & iudicium. & ibi per Bart. quãdo ergo quis cõparet animo nouãdi, actor tenetur ipsum admittere: sed si nõ animo nouandi, sed tanquam simplex defensor, vel tanquam defensor, siue procurator in rem suam pro suo interesse, bene tenetur actor admittere, nisi reus principalis sit legalior persona, vt §. de procur. l. si actor malit. quod declara vt hic.

LEX XXXIII.

1 QVi aliena. † Intellige istud principium altero de duobus modis. Primò quãdo dñs negotiorum consueuit fœnerari, & iste gestor tenuit pecuniã otiosam, cũ potuisset ipsam dare ad vsuras: & ita intelligit gl. quæ est hic. Vel qñ fuit in mora exigẽdi à seipso. & ponẽdi ad rationẽ dñi: & tũc etiã si nõ erat cõsuet⁹. facit j. de pig.

act.l.quãuis.§.fi.cũ l.seq.hodie istę vsuræ cessant si petanť, vel lucrũ:secus si vt damnum emergens.vt no.ĵ.pro socio.l.sociũ.

2 ☞ *Executores testamenti non debent egredi sententiam à testatore taxatam: etiã si fuerint moti ex aliqua causa,quæ visa fuerit eis iusta.*

3 *Si mandauí tibi quòd rem mihi emeres pro x.& emisti pro xv.quia tantum ualebat, & etiam plus:quod non potęs repetere quod ultra soluisti.*

1 §. Libertos. †Executor testamenti si plus impendit, quã testator expresserit, nõ repetit ab hę-
2 rede.h.d.& Io.an.in c.nos quidẽ.extra de test.† No. executores non debere egredi sententiam à testatore taxatam,etiam si fuerint moti ex aliqua causa,quæ visa fuerit eis iusta: quia non
3 debent hoc facere in præiudicium alterius:† & hoc facit ad q. si mandauí tibi,q rem emeres mihi pro x. & emisti pro xv.qa tantum valebat,& etiã plus, quòd nõ potes repetere,quod vltra soluisti:vt in gl.& no.in l.fi.C.eo.Sed opp.cõtra tex. q imò potuerit expẽdere plus:sed nõ minus, propter ista verba taxatiua.l.in testamento.ĵ.de verbo.sign. Sol.notabiliter aut testator mandauit hæredi q expendat in monumento cẽtum tantũ & tunc potest expendere plus,sed nõ minus,vt in cõtrario: quia nõ nocet nisi sibi:aut mandauit alteri quàm hæredi,& tũc potest expendere minus,sed non plus:quia hoc noceret hæredi, & vult iste tex.& etiam gloss.super verbo voluntas.

2 ☞ *Hæres pupillus quòd teneatur explere incepta per defunctum.*

1 §. Tutoris. †Si tutor gerat negotium,quod ad pupillũ non pertinet,pupillus nõ tenetur: sed inter ipsum & illum ad quẽ pertinet, datur hæc actio tutelæ.h.d.& gl.ponit casum pro cuius declaratione opponiť quòd iste tex. nõ habeat dũbium:quia clarum est q tutela non transmittitur ad hæredem.l.tutela plerunque.ĵ.de tute.So.Verum est tamẽ, quòd si tutor aliquid incepit,hæres eius tenetur explere. facit ĵ.eod.l. nam & seruus.§.si viuo.sed si hæres est pupillus, non
2 tenetur,sed ipse tutor:& hoc vult dicere iste tex. † & hoc not. quia per hoc limitantur omnes leges dicentes hæredem teneri explere incepta per defunctum:quia verum est,nisi sit pupillus.vt in isto tex.cum gl.& sic limitatur eo.§. si viuo.cum simí.

2 ☞ *Tutor licet ante litem contesta.non possit constituere procuratorem in negotijs pupilli:potest tamen constituere actorem uel facere constitui suo periculo.*

3 *Quod quis non potest per se, quòd non possit per alium: & quomodo procedat remissiue.*

4 *Qui non potest alienare,non potest etiam rem in iudicium deducere: nec solutiones recipere à debitoribus.*

5 *Coniunctæ personæ non potest solui,licet agere possit sine mandato.*

6 *Mater hodie potest esse tutrix filij sui:& qualiter possit actorem constituere? & nume.2.& 7.*

7 *Duplex modus constituendi actorem.*

1 §. Quanquam. †Qui negotia gerit,non potest constituere actorem ad agendũ suo pe-
2 riculo,cum ipse non possit.h.d.præmitte† q tutor licet ante litem contest.non possit cõstituere procuratorẽ in negotijs pupilli,potest tamen constituere actorẽ,vel facere cõstitui suo periculo.l.necĝ.C.de procu.sed istud est verũ in illo, qui erat verus tutor:sed mater de qua hic,non erat tutrix filij sui,licet haberet voluntatem patris in administrando bona eius:quia nec
3 esse poterat tutrix isto iure.l.tutela.& l.fin.ĵ.de tute.† Ideo ad ipsam non pertinet dare,vel dari facere talem actorẽ: quia nec ipsa agere poterat:& quod quis nõ potest per se,nõ potest per alium,de quo dic vt in l.ij.ĵ.de admit.re.ad ciuit. perti.nec po-
4 test alienare bona pupilli.†& qui non potest alienare,nec etiã rem in iudicium deducere.l.ait prætor.ĵ.de iure delibe.nec potest recipere solutiones à debitoribus pupilli, & eos liberare,
5 multominus agere.†Et sic no.q coniunctæ personę nõ potest solui,licet agere possit sine mandato:& hoc totum colligiť ex
6 isto tex. † Opp.q iste §.hodie non procedat,quia mater nõ potest esse tutrix filij sui.vt in auť.matri & auię.C. quando mulier tut.offi.fungi potest.& sic etiã potest dari tutrix in testamẽto: sed hic videť fuisse data,quia tex.dicit,q habebat voluntatem patris:si ergo pater voluit,q administraret,videť voluisse q etiam tutrix.Gl.soluit tribus modis:quam Bal. multũ notabat & eam dicebat non esse alibi:quia non sequiť,habuit voluntatem patris,ergo fuit data tutrix,nã requiritur, q sint verba apta: vt dicat do talem in tutricem vel tutorem filij mei: quia tutor datur personæ principaliter.Sed si roget vxorem, vel aliũ administrare bona filij,per hoc videť ipsum vel ipsam dare tutorem, vel tutricẽ:postq verò se non retulit ad personã filij, sed ad bona administranda,→non videť illã tutricem dedisse,←& hoc videť tex.quẽ Bal.nõ allegat l.j.ĵ.de cõsir.tu. † Aduerte tñ ad vnũ: quia licet hic dicať q mater ista nõ põt cõstituere suo periculo istũ actorẽ:quia si ageret,ex potestate data à matre ageret,quæ nullam potestatẽ habebat agendi:nõ tamẽ puto sibi inhibitum,quin possit facere dari actorẽ ab ipso iudice, si expedit:quia duplex est modus constituendi actorẽ.s.vel q constituatur à tutore cum decreto iudicis, vel q cõstituatur à iudice.l.si actor.C.de app.cum consensu tutoris tantũ:quia iste non habebat tutorẽ,solus iudex poterat supplere.l.bonorũ.C. qui admit.ad bo.pos.Sed nonne procurator constitutus ad negotia,potest agere,& etiã procuratorem cõstituere.l.si procuratorem.§.j.ĵ.mãda.& ista mater habebat voluntatẽ patris,& sic saltẽ erat procuratrix:ergo falsum est,quod agere per se nõ potuerit.Sol.etiam si verum esset,q diceretur procuratrix ad negotia:non tamen erat habilis ad agendũ:quia mulieres non possunt esse procuratrices etiam filiorum,propter verecundiã sexus ad agendum.l.fœminis.& ibi no.in gl.s.de procura.

2 ☞ *Forma libelli, & sententiæ in seruitute prædij.*

1 §. Vno defendente. †In causa seruitutis prædij communis,quod vnus ex sociis soluit,ab alijs repetit per hanc actionẽ.h.d. Et pone casum, q tu & ego habebamus prędium cõmune cui debebať seruitus aquæ ducendæ per prędium Titij,& cum essemus in quasi possessione seruitutis, Titius agere incepit contra nos actione negatoria,dicendo prædium suum esse liberum,& seruitutem non debere,dato libello.Ego solus comparui,& causam defendi & obtinui sententiam. Quæritur an possim à te recuperare partem impensarum,si eas nõ potui recuperare à Titio:& qua actione? videbatur,quòd nõ:quia ista seruitus debebať vtriq nostrum insolidũ,cum seruitutes sint indiuiduæ: & sic videar gessisse negotium meum non tuum.Contrarium est verum,q recupero à te per hanc actionem,nec obst.contra iũ,quiaimò gessi negotium commune,quod patet,quia sententia non concipitur in personam meam,q debeatur mihi seruitus:sed concipitur in prædium:pronuntiat†enim iudex seruitutem debe-
2 ri prædio communi.hoc dicit notabiliter, & ad hoc vltimum semper allegatur,quòd seruitus prædialis, & cętera verba iudicij,vel sententiæ debent concipi in ipsum prædium, non in personam domini,vel dominorum:non ergo debeo dicere mihi dẽberi seruitutem in prædio tuo:sed debeo dicere,quòd prędio meo debetur seruitus in prædio tuo:vt hic. Si tamen fieret contrarium,non propterea libellus vel sententia esset inepta. vt ĵ.si serui.vendi.l.ij.& ibi tangitur per Bartol.

2 ☞ *Agens actione inepta frustra agit,cum ista exceptio impedit litis cõtestationem, nec tenetur reus respondere libello.*

LEX XXXIIII.

1 Videiussor.† Quod quis facit contemplatione mandati,per errorem, non venit in il-
la actione sed in ista. Item creditor vendens ius suum in pignore,nõ teneť actione pignoratitia.h.d.Bar.& ponecasum q Titius recepit primò à te.c.mutuo pro quo nõ dedit fideiussorẽ,sed pignora valẽtia ccc.postea recepit alia c.,q qbus nõ dedit pignora,sed dedit me fideiussorẽ. Et cũ tu ageres cõtra me ad c.ego cõsiderans Titiũ nõ esse soluẽdo, & si soluerẽ, nõ recuperarẽ ab eo:volui tibi soluere,nõ tm centũ q petebas, & pro qbus me obligauí:sed etiã alia centũ, pro qbus erãt data pignora,vt mihi traderes pignora,quæ possem retinere pro vtriq.c.& credebã me posse hoc facere occasione mãdati facti mihi per Titiũ,qđ tñ nõ poterã,tu hoc fecisti. Titius postea vult agere cõtra me ad recuperationẽ pignorũ:vel ago contra ipsum ad recuperandũ qđ solui,quę actio dabiť? videbať q actio mãdati quæ solet dari inter fideiussorẽ & eũ, pro quo fideiussit.Contrariũ est verũ,nã hoc ,pcedit in eo,in quo fideiusserã:sed pro illis c.,q qbus erãt data pignora,nõ fideiusserã, nec nec tenebar illa soluere nec tenebaris tradere pignora.Habebit ergo locũ actio mãdati,in qua venit culpa,nõ casus:si casua liter illa pignora pdanť:qa nõ videor fuisse prędo in recipiẽdo ipsa,quia nõ feci animo prędandi sed mihi prouidẽdi. Sed an Titius

Titius poterit à te recuperare tanquam malè feceris restituere mihi? respondetur quòd non: quia in nulla culpa fuisti, si ius quod habebas in eis,mihi vẽdidisti:quod facere videris ea tradendo,& à me debitum recipiendo. In tex.ibi,imperitia lapsus: & sic errauit in iure, credens posse hoc facere, vel teneri ad faciendum actione mãdati, quòd à Titio debitore susceperit. In tex.ibi:alterius quoq contractus.& sic fuerant diuersi contractus,non vnus. Vnde tene secundam positionem casus,quã ponit glo.quia magis conuenit literæ. In tex.ibi,susceperit.s.à creditore. In tex.ibi,cõfessis.id est retentis.Bal.& sic cessant
2 expositiones glo.quæ sunt super isto verbo. In tex.ibi,ob eas res.hic incipit respondere. †In tex.ibi,frustra conuenietur. No.quòd qui agit actione inepta,frustra agit:& sic reus potest ipsam à iudicio repellere: ergo ista exceptio impedit litis contest. quia reus nõ tenetur libello respondere, secundũ Bal.hîc.

1 §. Ignorante. †Qui me ignorante recipit rem ab eo, qui mihi donabat, teneť mihi hac actione,non actione mãdati vel depositi:quia ignorãs nec mandat, nec deponit.h.d.& supple, quòd ex receptione illius facti meo nomine,acquiritur mihi dñium, & possessio, postquã ratificauero.s.eo.l.si ego.Nec obstat.ĵ.depositi.l.dies sponsaliorũ,vbi datur actio depositi: quia ibi quando me præsente recepisti.

LEX XXXV.

1 Haeres viri. †Pro rebus mariti quæ reperiunť penes vxorem soluto matrimonio, sicut non datur actio furti:ita nec intentatur crimen expilatæ hæreditatis,quod loco furti succedit: sed datur actio ad exhibendum, vel negotiorum gestorum, si vxor gerebat negotia viri.hoc dicit.facit lex quamuis.C.de furtis.

2 ☞ *Casus in quibus ascendens per lineam maternam, si præstitit alimenta descendenti,uel aliquam impensam fecit,possit eam repetere,uel non.& nu.3.& 4.*

3 *Frater quando dat dotem pro sorore,an uideatur dedisse animo donandi:remissiue.*

4 *Clausula solim apponi in libellis.s. saluo iure addendi,corrigẽdi,& c.nihil operatur.*

5 *Sententiæ per quas communiter diuiduntur contentiones amicorum,per medium non fundatæ aliqua ratione, reprobantur.*

LEX XXXVI.

1 Nesennius. †Si mater vel auia gerat negotia filij vel nepotis, suæ filiæ, vel neptis:li-
quid impendit pro alimentis eorũ,non censetur impendisse animo danandi,vel ex officio pietatis,sed animo repetendi:ideo datur hęc actio,vel computatur cum alio debito,in quo eisdem tenetur.Idem si non gereret negotia;tñ fuisset protestata,q intendebat repetere. Idem si nõ fuisset protestata,tñ onus alimentandi non pertinebat ad filium,vel nepotẽ,sed ad alium,puta,patrẽ. Hoc vult ista lex in effectu.Et sic posuit tres casus in quibus ascendẽs repetere põt alimẽta facta circa descẽ-
2 dentem.† Recollige ergo sic in rñsione Pauli quatuor casus,in quibus mater,vel auia,vel alius ascendens per lineam maternã ad quos regulariter non pertinet alere filium,vel nepotem:sed ad patrem vel ascendentem ex linea paterna,si præstitit alimẽta,potest petere. Primus,qñ fuit protestata,q animo repetenti,quia protestatio declarat animum,quo casu non loquitur l. alimenta.C.eo. Secundus,qñ onus alimentandi pertinebat ad alium,puta ad patrem,vel alium,quem mater credebat viuere, vel sciebat:nam tũc etiam sine alia protestatione nõ videtur fecisse cã pietatis,sed aio repetendi:quia non suberat pietas inter
3 ipsos,& illum,ad quẽ pertinebat onus alimẽtãdi.† Tertius casus,qñ gerebat negotiũ filij vel nepotis: & tũc idem,etiã si non fuit protestata. Videť cm potius expendisse de bonis illius,quã de suis, vt in casu huius l.& hoc not. pro qõne quæ ponitur per glo.in l.fi.C.de dotis promiss.qñ frater dat dotem pro sorore,an videatur dedisse animo donandi? vt distinguať,an gerebat negotia sororis,vel non: vt ibi no. Quartus colligiť circa fi.ibi maximè enim &c.qñ ex libro rationum ipsarũ apparet de aio ipsorum, quia dictas impensas alimentorũ posuit in libro vna cum alijs impensis repetẽdis. Si autẽ fecerunt impensas nõ circa personam,sed circa bona:tunc indistinctè repetit,nisi essent valde paruæ: quia in illis præsumitur animus pietatis.l.alimẽta.§.j.C.eo.Item si esset casus in quo tenerenť alere,vt mater in tra triennium.C.de pat.pote.l. pe. vel si filius caret patre, & est inops,& mater diues:vel quia erat modica impensa, tunc indistinctè non repetit, etiã si fuerit protestata: & hoc vult hîc glo.

4 †Et hoc allegatur pro illa clausula,quę solet poni in libellis saluo iure addendi,corrigẽdi &c.vt nihil operetur cõtra statutum à iure,qñ possit addi vel corrigi,s.vsq ad litem contest. vt in l.edita.C.de eden.vnde non potest ex sua protestatione reseruare sibi ius aliter,quã l.caueať:sicut non potest mater se eximere per protestationẽ eo casu quo teneť, & hoc qñ teneť præcisè,si autẽ causatiuè,puta tenetur petere tutorẽ, vel dari facere intra annum,vt priuetur successione filij:tũc expensas quas facit circa personã suam nõ repetit,quia debet hãc operã præstare suis impẽsis:vt l.suo sumptu.ĵ.de ope.lib. sed illã quã faceret circa personã filij, inducẽdo eũ corã iudice vel in alio loco necessario,dicendũ est:vt s.& in his cõsistit quædã lõga
5 distin.quã ponit hic Bar.cæteræ vero†gl.quæ sunt hic,tẽdunt omnes ad declarationẽ literæ. Et vltimò allegať vltima gl. cũ tex.ad sentẽtias rusticorum,qui volunt diuidere cõtentiones amicorũ per medium,vt si peto centũ & tu negas totũ, & cõpromittimus in rusticos:nam dicunt q habeam medietatẽ,& tu absoluaris ab alia medietate,non fundantes se in aliqua ratione,quod reprobatur per istũ tex.in fin.Nec obst.l. Lucius. ad Trebel.quia ibi ambo patrimonia spectabant,vel spectare putabantur ad vnum,hic ad diuersos.

2 ☞ *Maritus à quo dos repetitur diuortio facto,qualiter & in quantum teneatur, & conueniri possit.*

3 *Non debet quis se præcipitare,nec est ei imputandum.si hoc non facit.*

LEX XXXVII.

1 Diuortio. †Si gestor negotiorũ non exegit à se, quod debet dño, cũ exigere potuerit, sed fuit in mora,debitũ ex prima causa cõuertitur in actionem negotiorũ:& per illam petí potest, si expedit vel est vtile dño, q ista conuersio fiat:vt si erat debitũ ex aliqua actione,quæ non erat solidi persecutoria,sed quatenus reus facere poterat:quia hæc actio bene est solidi persecutoria, & sic interest eius hanc actionẽ habere,vel si actio prima erat tẽporalis,quia ista actio est perpetua,& sic interest dñi eã habere.vel si actio nõ erat vsuraria,vt quia erat stricti iuris:nã ista est bene vsuraria,quia est bonæ fidei,in qua venisti vsuræ post moram.Sed si nõ intererat eius,quia actio prima est solidi persecutoria,& perpetua,& vsuraria,sicut de ista,non fit in ista cõuersio:sed bene fieret cõuersio in actione tutelæ quæ est priuilegiata magis,quàm prima,cũ habeat tacitã hypothecã, si prima nõ habet.Si tñ gestor nõ potuit cõmodè à se exigere, licet esset soluẽdo,quia nõ habebat pecuniã, & oportuisset ipsum vẽdere bona sua,nõ est sibi imputãdum si incõtinẽti hoc non fecit,quia nõ debuit se præcipitare:sed si nimis distulit, bene imputatur,& fieret in ista conuersio.Ita nec imputať, si aliqd debebat â dño repetere occasione debiti,in quo ipse erat obligatus,& nõ potuit sibi soluere:quia nõ reperit in bonis: nam nec tenebitur à se exigere, si non poterat sibi soluere.h.d. ista pulchra lex:et etiam difficilis in tex.quã diuide in tres partes. Nam primò loquitur qñ intererat dñi negotiorũ ex eo, quia prima actio non erat solidi persecutoria, vt quia erat actio de dote:quia maritus nõ potest conueniri vel condẽnari mulieri nisi quatenus facere poterat:vnde intererat mulieris q cõueteret in hac actione,quæ est solidi persecutoria,& in ea fit condẽnatio insolidũ:& ista prima pars durat vsq ad ver.illũ autẽ. Secũdò loquitur qñ intererat dñi:quia actio prima erat tẽporalis,vt redhibitoria,quæ durat sex mẽsibus, vel quãto minoris,quæ durat anno.Nam interest eius,q cõuertatur in istam quæ est perpetua:& ideo cõuertereť,si esset in mora exigẽdi à se:tñ nõ fuit in mora hic,quia occasione illius debiti debebat à dño aliqd recipere,quod recipere nõ potuit:quia nõ repetit ea in bonis,de quo ponũtur plura exẽpla:& hoc durat vsq ad ver.cæterũ.Tertiò loquitur,qñ non intererat domini,q fieret ista cõuersio,quia actio prima erat solidi persecutoria,& perpetua vsuraria,sicut ista:licet secus sit in actione tutelę,quę est priuilegiata.& tacita hypotheca:sed ista nõ. Ideo in illã bene cõuertetur,licet sit solidi persecutoria,& perpetua,& etiã vsuraria.Item prima pars subdiuiditur in plures:nã primò ponit dictum, q fit conuersio actionis de dote in istam, vsque ibi, hoc ita. Secundò ponitur restrictio,& limitatio dicti, vt sit verum, si tempore gestionis facere potuit, quia erat sol-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uēdo: & vltra hoc etiā potuit à se exigere, quia pecuniā paratā habebat: secus, si nec erat soluendo, nec exigere à se vsq; ibi. sed & postea. Tertiò ponit effectus dicti, ad quid sit vtile, q; primū debitum conuertatur in hanc actionē, quia per eam potest totum exigere, quod per actionem de dote non poterat, & hoc vsq; ibi, sed hic. Quartò determinat casum dubium, quid iuris si erat soluendo, & sic facere poterat, tñ non potuit cōmodè soluere, vel à se exigere, quia non habebat pecuniā, sed bona quę poterat vendere, tamen nō vendidit: an sibi imputeť, & fiet cōuersio in ištam; nam distinguit, aut nō multū tempus trāsiuit à tempore, quo incepit gerere, & postea effectus est nō soluendo: & tunc nō potest sibi imputari cur nō vendidit, & sic conuertitur in ištam. Aut trāsiuit multū tēpus, quod relinquit arbitrio iudicis: & tunc est sibi imputandū, & fieret conuersio in ištam, & condemnareť vltra quā q facere posit, not. vsque ibi: sed si facere posit. Quintò & vltimò in illo versi. concludit ad primū dictum, si facere potuit: quia erat soluēdo cōmodè, quia pecuniam habebat, & non fecit, hodie similiter nō est soluēdo, fit conuersio in ištam, & per eam potest peti: quia interest actoris q fiat, cum possit effici nō soluendo: & sic per actionem de dote non consequeretur totū, sed per ištā sic. Et de ista materia incepit iurisconsul. tangere in l. si pupilli. §. fi. circa fi. ſ. eo. in l. sinautē. ver. certè. sed hic latius. Pone, ergo dos erat de quingē tis, marītus tempore gestionis fuit soluendo, & potuit commodè à se exigere, & nō exegit: nec finita gestione similiter est soluēdo: dicitur hic q mulier potest repetere dotē, tam per actionem de dote, quā per ištā: quia facta est conuersio propter moram: & sic patet q hic non tollitur actio prima, nec fit nouatio: & si quæratur ad quid fit ista conuersio, si nō reperiť soluēdo, nam ita potest consequi totā dotē per actionem de dote, sicut per hanc actionē? Ad hoc respōdetur in ver. sed si facere posit. q propter casum qui poterat euenire. ſ. q efficiatur non soluendo, anteq; agat: si eīm facta non esset cōuersio per actionem de dote, nō sic cōsequeretur vltra quā ille facere posit. † Vnde si omnia bona perdidit exceptis mille, quæ erāt necessaria pro victu suo, non sibi auferrentur: sed haberet necesse expectare mulier, quousq; alia bona acquireret, nec viro per hanc actionem auferrent sibi quingēta pro dote: & si dos esset de mille, omnia sibi auferrent, & vltra hoc incarcerar nisi cedat bonis: nō est ergo parua vtilitas, q conuertat in ištā. Prædicta qū durante gestione potuit à se exigere, cōmodè & etiā nunc pōt. Sed si nec potuit, nec hodie potest, quia nunquā fuit soluēdo: non est sibi imputandū: quia non sit in mora, & sic nō fieret cōuersio: & hoc dicit in ver. hoc ita, quia ponit duos casus: & effectus ponitur in versi. sed & postea: quia per hanc actionem exigetur totū, quod per actionē de dote exigi nō posset: licet haberet tantū, q sufficeret ad dotē, si illud erat sibi necessariū ad vitam. Sed pone q cum cœpit gerere, facere poterat, quia erat soluendo, & non solū mille quæ erant sibi necessaria habebat, sed etiam duo milia: tamen non habebat pecuniam: & si non exegit, postea perdidit mille: & sic remanserunt sibi tantū alia mille, quæ erant necessaria: mulier agit hac actione, & petit sibi auferri mille, quia dicit conuersionem esse factam, quia potuit à se exigere: & non exegit, potest enim vendere bona, si pecuniam nō habebat: dicit hic, q si postea incepit gerere vsq; ad perditionem, non transit multum tempus, nec est sibi imputandum, cur non vendidit: ideo non est facta conuersio, nec auferetur sibi aliquid de illis mille: sed multum tempus transierit, & fuit in mora: & sic facta esset cōuersio, & auferrent sibi illa mille, vel ea quę essent necessaria pro dote: & hæc est intentio
3 literę. † Ex quo nota q nō debet quis se præcipitare, nec est imputandum sibi, si hoc non facit. l. j. §. quibus. ĵ. de suc. edict. & ĵ. de interrog. act. l. & quia ĵ. de sta. li. l. si pecu. §. fi.

1 ☞ Quæ actio possit conuerti in actionem negotiorum gestorum: & num. 2. & 3.
2 Actio redhibitoria durat sex mensibus, & ad quid detur?
3 Actiones temporales quæ sint, & quæ perpetuæ?
4 Causæ quatuor propter quas id quod debetur actione particulari, conuertitur in actione uniuersali negotiorum gestorum, uel tutelæ ex diuersis causis.
5 Actio particularis, in aliam particularem non transfunditur.
6 Diuortium (quod est separatio matrimonij ualidi) non habet locum de iure canonico, uel diuino, ut eo facto tam uir quàm uxor possint transire ad alia uota, & quid per ingressum religionis? & num. 7.

7 Matrimonium factum inter coniunctos usq; ad quartum gradum, si declaratur nullum non dicitur diuortium, sed separatio facti.

§. Illum autem. † Suprà quando gestor negotiorum tenebať domino, tamē actione quæ non erat solidi persecutoria, & sic intererat domini, q fieret conuersio in ištam, quæ est solidi persecutoria: hic loquitur quando actio prima erat tēporalis: & sic etiā interest domini, q fiat conuersio, quia ista est perpetua. Item ſ. quādo gestor tenebatur domino, sed dominus nō tenebatur gestori: hic quā do etiam dominus tenebatur gestori: & non reperit gestor in bonis domini vnde sibi posset soluere: ideo non impuratur, si à se non exegit. Sed si inuenisset vnde posset sibi soluere, imputaretur: & sic fieret conuersio, vt hic colligitur à cōtrario sensu: & ad istud contrariū aduersar ver. sequens cæterum. quia hic loquitur quando actio prima erat temporalis: ideo imputatur quia intererat domini quod fieret cōuersio in ištā perpetuam. Sed quando prima esset perpetua, sicut ista, non fieret cōuersio: quia non interest domini, q fiat, cum tantū possit consequi per primā, quantū per ištam: & hoc vult gl. super illo ver. cæterum. in prin. Ponitur enim hic casus primo, q quādo gestor mutauerat domino negotiorum, & ab eo receperat pignora antequam inciperet gerere negotia eius, & postea non exegit à se pignus: nam si non potuit sibi soluere de eo quod mutauit, quia nō reperit in negotijs domini, vnde non est sibi imputandum: quia non tenebitur restituere pignus, nisi recepta pecunia debita. Si ergo reperit, & sibi non soluit, nec pignus restituit, illud quod reperit tenebitur gestor restituere, atq; etiam pignus per hanc actionem, absq; eo, q recuperat pecuniā mutuatam, & hoc vult gl. † Secundus casus ponitur quando gestor tenebatur domino actione redhibitoria, pro animali morboso, quod vendiderat: vnde tenebiť restituere pretium per actionē redhibitoriā, quæ durat sex mēsibus: sed à domino debebat rehabere animal debitum, & etiam accessionem: vt si erat equus & fecit pullum: vel vacca, & fecit vitulū, tenebiť etiā ad interesse, si animal prædictum culpa vel dolo suo fuisset deterioratum: item etiam si fuisset seruus, tenebiť restituere quic quid per ipsum seruum fuisset acquisitum, non ex re ipsius emptoris: si istam non reperit in bonis domini, cū potuerit ea rehabere, non imputatur sibi præiudicium, si à se non exegit: ga non tenebitur ipsum reddere, nisi omnia ista rehaberet vt in tu. de ędi. edict. † Nunc ergo gl. super versi. cæterum. opponit
3 ex istis duobus versic. colligitur distinctio inter istos duos casus quando actio prima erat temporalis, & tunc fit conuersio: & quādo erat perpetua, & tunc nō fit: q cōtra non debeat fieri: nam nulla est actio ita perpetua, quæ non tollatur tempore præscriptionis: patet in l. ij. C. de consti. pec. & in ti. de præscri. xxx. ann. tēporales enim actiones dicunť ille, quæ fuerunt introductæ in esse, cum certo spatio tēporis, vt contingit in actionibus prætorijs: sed perpetuæ dicuntur, quæ fuerunt introductæ sine meta temporis. Tamen postea per alias leges tollunť tempore præscriptionis. Si ergo tenebaris mihi actione perpetua reali, vel personali, & de præscriptione longi vel longissimi tēporis non supererāt nisi duo dies, qñ incepisti gerere negotia mea: & tu sciens hoc, cū posses à te exigere, nō exegisti: an conuertar illud debitū in hanc actionē? gl. secundū lo. dicit q sic: & q inter perpetuam & temporalem non est differentia substantialis: nam in vtraq; distinguitur: aut lapsum est tempus durante gestione, & tunc in vtraq; fit conuersio: aut nō est lapsum, & tūc in neutra fit. Solū ergo est differentia: quia plurimum contingit, quòd in temporali durante gestione finitur tēpus, sed in perpetua nō sic: quia longius est tēpus pscriptionis. gl. tenet q nō requirar, vt tēpus labatur durante gestione, & satis colligiť ex princ. l. quod loquitur, qū fuit soluendo durante gestione, & etiam nunc ea finita est soluendo: q nihilominus si fuit in mora exigendi à se, fuit conuersio: vt ibi, pptercasum, qui potest euenire, q potest effici nō soluendo, vt in si. primę partis. eodem modo, qñ actio erat tēporalis, & durāre gestione tēpus non est finitū: nā nihilominus fit conuersio, quæ finiri potest. Dic ergo, & istud non tangit gl. quòd si esset finitū tēpus durāte gestione, nō esset differentia inter tēporalē, & ppetuā: sed si non est finitū, est differētia: qa si est tēporalis, fit conuer

4 conuersio, quia pōt cito finiri: sed si est perpetua, secus. † Et qa plures sunt cāę propter quas id quod debet actione particulari conuertitur in actione vniuersali negotiorū gest. vel tutelæ ex diuersis causis. gl. hīc notabiliter ponit quatuor causas, ppter
5 quas potest hoc fieri, qđ dic, vt in ea. & signa ipsam. † Sed vna particularis in aliam particularē non transfundiť. ad qđ. ĵ. in l. si remunerādi. §. apud Iulia. cętera dic, vt in gl. quę nō tendunt ad aliud, nisi ad declarationē literę quæ remanet declarata per
6 prædicta. † Et vltimo no. glo. l. j. in fi. quæ semper allegatur, q de iure canonico, vel diuino, nō habet locum diuortiū, quod est separatio matrimonij validi: vt eo facto, tam vir quā vxor possunt transire ad alia vota, vel matrimoniū. Nam hoc hodie nō pōt fieri: quia si matrimoniū est validū, non pōt separari, vt qui libet eorū possit transire ad alia vota: licet possit separari totus vel propter religionē, vel propter crimen adulterij: tñ quilibet
7 remanebit sine alio cōiuge. † Si vero matrimoniū nō tenuisset vt quia factum inter cōiunctos vsq; ad quartū gradum, tūc possit declarari nullū, & non diceret diuortiū, sed separatio facti, & quilibet posset transire ad aliud matrimoniū: & ista propter diuinam scripturā. Quod Deus cōiunxit, homo nō separet. Et sic etiā authoritate Papę nō posset fieri diuortiū, si matrimoniū esset cōsummatum copula carnali: sed si per verba tantū de pręsenti, posset propter ingressum religionis duntaxat: imo etiā si ne Papæ authoritate ingrediēdo religionē, soluereť, vt probat in l. Deo nobis. C. de epis. & cle. & quæ sit ratio diuersitatis inter vnum casum, & alterum, quantum ad potestatem Papæ, habetur in cap. ex publico. extra de conuer. coniung. per gloss.

LEX XXXVIII.

1 Si liber homo. † Gerens susp icione necessitatis, quæ non suberat, habet hāc actionē. Item soluens creditori, liberatur ipso iure à suo creditore, si etiam ipse soluens tenebatur eidem, cui soluit. h. d. Et idem si res sua erat illi obligata pro eo quod soluit. l. solutū §. solutam. ĵ. de pign. act. aliās liberaretur tamen ope excep. l. si opera. ĵ. de doli except. In tex. ibi mutuam pecuniam. sup. fit ex quo mutuo, ipse obligatur mutuanti, & ego: quia ipse exposuit in rem meā obligor sibi. ſ. hac actione, licet non gesserim sponte, sed ex suspicione necessitatis, quæ tamen non suberat: ideo non facit hanc actionem cessare. Ergo etiam obligor mutuāti actione, de in rem verso. vt in gl. & sic ex cā, ex qua liber homo tenebatur mutuāti, ergo etiā teneor, licet diuersis rōnibus: & ista est rō, quare si soluo mutuāti, tollitur actio negotiorū gestorum, quæ illi libero homini cōpetebat contra me ipso iure. Sed si nullo modo teneť creditori eius. qa tñ erat suus creditor liberaret ope excę. vt in d. l. si opera. nisi esset obligata res mea.

2 ☞ si quis gerat negotia ecclesiæ sine authoritate prælati, tenetur ecclesia in quantū est locupletior: si cum authoritate prælati, tenetur in solidū, & quid si res desinat esse?

LEX XXXIX.

1 Litis contesta. † Quandocunque esse illum locupletem est causa actionis dandæ sufficit, quòd sit locuples tempore lit. contest. vt agi posit. licet priusvel postea non fuerit. h. d. & ad hoc allegatur. & pone casum, quando fuerunt gesta negatia pupilli, qui ex priuilegio pupillari non tenetur vltra quam sit effectus locupletior. vt ca. l. si pupilli. in princi. & C. eo. l. ij. Sed oppo. quòd imo inspiciatur tempus sententiæ. vt ĵ. solu. matri. l. rei iudica. & ĵ. de peti. hære. l. si à domino. §. quo tempore. glo. respondet, quòd si est locuples tempore contestationis, licet prius non fuerit, vel postea desinat, habeat locum, quòd hīc dicitur: sed si tūc non fuit, sed postea incipit esse, tunc sufficit, quòd reperiatur tempore sententiæ vt in ll. contrarijs. Bart. dicit, quòd hīc quē esse soluendo, erat causa actionis dandæ: sed in ll. contrarijs, erat causa condemnationis moderandę. Sed qualiter cognoscitur? respondeo, inspicitur modus loquendi: quia si lex, vel statutum dicat quem teneri vel obligari si est locupletior, tunc est causa actionis dandæ: & ita est hīc: sed si dicat quem non condemnari, nisi quatenus est locupletior: tunc erit causa conditionis moderandę. Istud potest transire, quòd tunc inspicitur tempus rei iudicatæ. tamen in præcedenti casu, videtur tenenda opi. glo. quæ satis videtur probabilis. In tex. ibi: sine tutoris authoritate: si enim cum authoritate tutoris gestor gessisset: obligaretur pupillus insolidum: vt C. si tut. vel cura. interue. l. etiam. † Idem in ecclesia dicēdum est q si quis gerat negotia eius sine authoritate prælati, tenetur ecclesia inquantū est locupletior: si cum authoritate prælati, tenetur in solidum. Bald.

Item opp. q licet desinat res esse, nō desinit esse locupletior: vt ĵ. quod met. cau. l. si ipsa. sol. ibi erat conuersa in aliam rem: vnde nō videtur desijsse, nec locupletior esse. Tertio oppon. q pupillus teneatur insolidum, quatenus est locupletior, vt ĵ. de sol. l. in pupillo. §. j. Sol. vt no. in l. si pupilli. in prin. in iij. gl. ſ. eo. quia ibi in negotio necessario gesto vt ſ. eo. l. siue hæredi
2 taria. l. autem si pupilli. & ista loquuntur in negotio nō necessario gesto. Quid autē si lex vel statutum dicat quē condēnari, vel teneri si res ad eum peruenenerit. nō autem dicit quem teneri vel actionem dari: nec dicit quē condemnari quatenus est locupletior: sed solùm teneri si ad eum peruenerat, & res peruenit: sed non durauit, an sufficiet peruenisse? de hoc dic vt ĵ. quod met. cau. l. videamus. cum l. seq.

1 §. Si pecuniæ. † In hac actione veniunt vsuræ, & habetur in ea ratio culpę, nō aurem casus fortuiti. h. d. In tex. ibi, si pecuniæ, ſ. dominicæ secūdum Bal. In tex. ibi, negotia gessit, ſ. fœnerādo: quia dñs cōsueuit fœnerari: aliās esset in culpa, aggrediēdo negotia insolita, vt ſ. e. l. si negotia. & sic teneť de casu. In tex. ibi, vsuras, ſ. quas pcepit ex suis cōtractib⁹. In tex. ibi, & piculū eorū nominū, subaudi, ppter culpā eius, qui mutuauit illis quia nō erant soluendo: vel de quibus dubitabatur q efficerentur non soluendo.

2 ☞ Filius in potestate uel emācipatus si habeat beneficium ecclesiasticum, & pater gerat eius negotia: tenebitur sibi, & ipse patri actione neg. gest.

1 §. Pater si. † Etiam inter patrē et filium dari potest hęc
2 actio. h. d. † & no. q si filius in potestate, vel emācipatus habeat beneficium ecclesiasticum: & pater gerat eius negotia, tenebitur sibi, & ipsi patri hac actione.

2 ☞ Maius delictum est in faciendo, quàm in non faciendo.
3 Tutor uel alius administrator publicus, si pecuniam pupilli uel reipub. conuertat in suam utilitatē, tenetur ad cētesimas usuras. & nu. 1. & quid in gestore uoluntario?
4 Vsura dicitur pœna quando debetur, uel exigitur propter moram, & potest pluries committi, sed stipulatio pœnalis semel tantum committitur.

LEX XL.

1 Qui sine † In hac actione veniunt vsuræ non centesimę, sed cōmunes. h. d. tota lex. Vel sic gestor si à se nō exegit quod exigere debuit, & potuit, tenetur ad vsuras illius pecuniæ, quā exigere debuit, ſ. quæ in regione frequētantur, nō aūt ad cētesimas ad quas bene teneť tutor, vel alius administrator publicus, si pecuniā pupilli, vel reipub. in suam vtilitatē cōuertat, quia plus delinquit faciēdo quod nō debet, quàm nō faciendo quod debet. h. d. in effectu.
2 † Et sic not. q maius delictū est in faciendo, quā in nō faciēdo. vt no ĵ. ad Silleia. l. ij. In prin. l. ibi, creditoris sui negotia gessit, sub. nec à se exegit Rayne. In tex. ibi, debiturū vsuras. sup. si dñs negotiorū consueuerat fœnerari, vel ipse gestor fuerit in mora: aliās secus. vt no. ſ. e. l. si autem. & ĵ. de viur. l. qui semisse. hodie cùm omnis vsura sit prohibita, cessat quod hic dicitur. In tex. ibi, q si dies soluēdæ pecunię. Isto ergo casu debitum erat in diem, & lapso die esset in mora quia interpellat l. magnam. C. de contrahen. & commit. stipu. & sic indistincte teneretur gestor: sed si debitū erat purum, non esset gestor in mora, nisi foret interpellatus iuxta no. in l. mora. ĵ. de vsuris.
3 † In tex. ibi, cuius tutelam negotia've administrat. Videtur ergo velle iste tex. quòd non solum tutor, sed etiam gestor voluntarius, si pecuniam pupilli vel domini cōuertat in suam vtilitatem teneatur ad centesimas vsuras. Sed contra in gestore: quia imò non tenetur nisi ad illas quæ frequentantur in regione: licet tutor bene teneat, & etiā magistratus publicus. Vnde opponit glo. de l. idemq. §. ij. ĵ. manda. qui incipit, si procurator. versi. si pecuniam. & ver. quòd si non exercuit: sed ad suos vsus conuertit. Et soluit finaliter, quòd hic non loquitur de voluntario gestore, sed solùm de tutore: & dum text. dicit, cuius tutelam negotia've, exponit, id est tutelaria negotia. Breuiter ista solutio videtur contra mentem literæ. Vnde potest dici q aut gestor reperit pecuniam in negotijs domini, & ipsam in suam vtilitatem conuertit, & tunc loquitur l. contraria; quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

non tantū videt deliquisse,cū in exigendo interuenit eius industria:vnde mitius agitur cū eo,quā cum illo qui nullā industriam exercuit in exigēdo:& idē posset dici in tutore, & alio administratore publico:& isto casu loquit ille §. si bene inspiciatur. In tex.ibi:maximas vsuras, id est centesimas. † In tex. ibi:vice cuiusdam pœnæ.no.q vsura dicitur pœna: hoc verū, qñ debet vel exigit ꝓpter morā:sed aliqñ exigit etiā sine mora,qa deductę fuerūt in stipulationē.l.lecta.in fi.ff.si cer. pet.& tunc nō dicitur pœna,quia illa nō debetur sine delicto,vel mora. Item stipulatio pœnalis semel tantū cōmittitur.vt ff. de arb. l.si duo,cum ibi notatis,sed vsura pluries committi potest.

☞ Soluēs pro alio inuito,an & qualiter possit hac actione recuperare, quod soluit?

Potest quis alteri inuito prodesse,non autem nocere:nec eius conditionem deteriorem facere.

Casus in quibus potest quis exigere pecuniam,quæ alij debetur.

LEX XLI.

OLuendo. †Potest quis soluere pro inuito vel ignorante & ipsum liberare,sed non potest actionē alteri auferre,exigēdo, quod alteri debetur,quia soluens non liberat.h.d. & cum ista l. coniunge l. cum pecuniā.ff.e.quia quod hic deficit per illā suppleť: hic ēm dicitur,ꝙ potest soluere pro inuito,& ipsum liberare:sed non dicitur hic,an quod soluit pro reo,possit repetere: & ibi dicit ꝙ potest. †Sed intellige,qñ soluit pro ignorāte: si autē pro inuito contradicēte,licet illū liberauerit, actionē tñ cōtra illum non habet,vt est casus in l.si pro te.ff.manda.licet alij contradicentes dicant,ꝙ interdum quis gerit pro inuito aliquid, quod gerendo delinquit & tunc non habet actionē.l.fi.C.eo. interdum gerendo nō delinquit:quia non tangit res alienas,sed soluit pro vetante vel cōtradicente:& tūc non obstāte prohibitione,habet actionē.Breuiter ista distinctio tollitur per illam l. si pro te.quæ loquit in promittente & soluēte pro alio inuito, & contradicente:& sic nō delinquit, & nihilominus nō repetit, & sibi imputat.Sed an possit petere à creditore cui soluit,vt cedat sibi actionē cōtra istū debitorē contradicentē:dic vt no:C. de sol.l. nulla. In tex.ibi:nō potest iure exigere: vt sī exigit, nō liberat soluentē:& sic nō tollit actionē creditori inuito.facit l.Stichum.ff.de noua.in fi. In tex.ibi naturalis ēm.† Nota regulā,ꝙ potest quis alteri inuito prodesse', nō autem nocere, nec eius conditionē deteriorē facere:& semper allegatur ista l. In gl.j.ibi.sed contra.ff.de reg.iur.l.inuito.dic secundū Dy. & alios reiectis solu.gl.ꝙ si aliquid gerendo te inuito,nulli alteri cōfero vtilitatem,quām tibi, nō possum illud facere te inuito,vt in contrario:sed quando affero alteri vtilitatem quām tibi,vt in casu isto,qa sicut interest sua liberari,ita interest creditori recipere,quod sibi debetur:tunc illud bene possum facere te inuito,& in vtrunque confero beneficium:in alio contrario gl.dic vt in ea.† Not.glo.sequentē in qua enumerant casus,in quibus quis potest exigere pecuniam, quæ alij debet. hoc intellige,pro ignorante non pro inuito. Regulariter secus:quia quis non potest tollere obligationem, vel actionem alteri competentē.vt l.Stichum.§.fi.de noua.fallit in istis.

LEX XLII.

SI communes ædes. †Quod in re cō muni quis facit, non ex necessitate communionis, venit in hanc actionem,nō in actione communi diuidundo. hoc dicit.& semper allegatur ad hoc.

LEX XLIII.

QVi seruum. †Qui defendit seruum alienū in actione noxali, habet hanc actionē, nō actionē de peculio h.d.nā nō contrahit vel quasi cōtrahit cū seruo,quo casu dat actio de peculio cōtra dñm,sed potius videt cōtrahere,vel quasi cōtrahere cum dño,defendendo rem suā,ne alteri adiudicet. In tex. ibi defenderit,subaudi,& cū probata esset noxa, soluit agēti damnum, quod fortè erat in x.ne aduersarius agens faceret sibi adiudicare seruum pro noxa,qui valebat multò plus illa,ergo x.repetam per hāc actionem,non per actionem de peculio:sed si maius erat damnū, quā seruus,videlicet nō bene fecisset soluere: sed potius habuisset pati,quòd seruus daretur pro noxa: & sic non repeteret,& hoc vult gloss.

LEX XLIIII.

SI serui. †Qui gerit negotia dñi persuasu serui, habet hanc actionē contra dñm,si mandato serui habet actionē de peculio.h.d. primo casu videtur gessisse contēplatione domini,non serui:in secundo verò contēplatione serui: & sic potius gerit negotiū serui,quā dñi. In tex.ibi:si verò mandato serui,subaudi,& eius contēplatione nō mea,& propter eius mandatum: nā tunc contraxisti cum seruo. Ideo habes actionem de peculio contra me,& de in rem verso:sed in præcedenti casu,nō cū seruo, sed mecū videris cōtraxisse:licet motus fuerit rogatu serui. Est autem lōga differentia inter hanc actionē,& de peculio:quia ista datur in solidum,sed de peculio nō:sed quatenus est in peculio. In fine primæ gl.ibi sed consilij dandi,ad quod vide quod not.ff.de infami.l.ob hæc verba.in vltima gloss.

LEX XLVI.

SI qui. †No.hic secundū Bal.ꝙ pupillis non habentibus tutorē quilibet amicus potest facere sibi dari:& si habet,quilibet potest ipsum accusare de suspecto,& facere ipsum remoueri, qa est opus pium. Itē,ꝙ expēsam quam in hoc fecit,non recuperat,sed censet fecisse animo donādi,si habuit amicitiā cū patre: quod intelligo si sint paruæ:nā in magnis,nō ita præsumit animo donandi,nec etiā præsumeret in alia impēsa nō pia, quæ nō esset circa personam pupilli:datio enim tutoris est circa personam, quia tutor dat principaliter personæ.& ad hoc l.alimēta.C.eo. glo.opponit ꝙ licet amicitia paternali videtur hoc fecisse, posset tamen repetere,vt ff.eodem l.si pupilli.§.si ego. glo. soluit: sed clarius ibi, super verbo amicitia. Tu dic melius:quia aut propter amicitiam quam habui cum patre tuo gero negotiū tuum pium.& circa personam tuam modicum non impendo: & tunc loquitur hic,quòd videor fecisse animo donandi. Aut propter amicitiam patris tui gero negotium ipsius patris, & etiam alio respectu est tuū: & tunc loquitur contrarium: quia videor contemplatione patris gerere, vt repetam, non vt donem. Est ergo hic pietas paternalis, & charitatiua erga filium contemplatione patris.vt no.gloss.in dicto §.sed ſi ego.

☞ Ad honores perueniendum est per gradus.

Negotium si pertinet ad aliquem ratihabitione, ea ratihabitione secuta parit hanc actionem.secus si non habeat ratum.Si verò pertinet ad eum reipsa licet non ratificet,dabitur gestori hæc actio neg.gest.

Pro honore habendo inhoneste datur pecunia.

LEX XLVII.

VÆ vtiliter. †Impensa quam gestor facit in acquirendo honorem domino, dicit vtilis,& potest repeti per hanc actionem, si honestè & per gradus acquiuit.h.d.† semper allegatur,ꝙ ad honores perueniendum est per gradus.i.de minori ad ad maiorem, nō autem postpositis gradibus: quia tunc habet locū authoritas gl. ꝙ casum sibi quærit,ꝙ post ruptis positis gradibus, ꝑ abrupta quærit ascensum:& ponit hic exemplum, si gestor impetrauit à superiore aliquod officiū pro dño,qui merebat, & erat aptus ad illud exercendū,& soluat cancellario pro litera, & alias impensas consuetas facit,si dñs ratū habeat,repetet à domino ex pensas,aliàs secus:† quia erat negotium quod pertinet ad dominum ratihabitione:quia nili ratum habeat,nec damnū nec vtilitatem sentit ipse,vel res suæ:qñ autem sentiret,vt si expenderē in rem tuā, tunc dicit reipsa:vel si te liberarē soluendo,vt ff.e.l.soluēdo.licet ēm postea nō ratifices, tñ habeo actionem. vt l.cum pecuniam.ff.eod.licet antequam solueres inhibuerim. secus vt dixi in l.soluendo. † Opp.quòd non posset honestè dare pecuniam pro honore acquirendo,cū talis incidat in l.Iuliam ambitus. Quidam dixerūt, quòd olim dabatur honestè, hodie ista non placet. Alij dicunt quòd palam datur honestè, clam non. Tu dic,quòd si do pecuniam pro honore habendo, inhoneste do, & tunc habet locum ille titulus:sed si pro honore dato gratis,do pecuniam pro literis habendis, vel pro alijs expensis,tūc licitè do,& de istis loquitur iste tex.

☞ Seruus cui relicta est libertas purè & simpliciter,licet non teneatur reddere rationem de antè gestis,tenetur tamen reddere quicquid habet de bonis defuncti.

§.Qui

§.Qui purè † Seruus cui relicta est libertas purè & simpliciter,non tenet reddere rationē de antè gestis.h.d. sed si sub cōditione rationes reddiderit, secus, vt in gio.& etiā aliquando posito,ꝙ purè sit relicta.vt l.ſi.§.pe. ff.de pet.hære.& rationē specialitatis ponit hic gl. quia ibi vnū inducebatur pro ipso,cōtra ius cōe: ideo aliud inducit contra ipsum,iuxta illud qui in vno grauatur,in alio releuat,& econuerso.l.eum qui.ff.de iureiur. † In tex.ibi libertatem accepe-
rit:& sic adita hereditate statim sunt liberi:& si hæres petat,vt reddat rationem de prius administratis, non tenet reddere:qa videtur hoc per testatorem remissum. Si tñ aliquid haberent de bonis defuncti,reddere tenentur: quia in dubio reliqua nō videntur remissa.l.si quis rationem.ff.de libe.lega.

☞ Vbicunque quis remanenet in damno, si quid indebite soluit,non posset repetere, non tamen semper dabitur ei actio nego.gesto.

Quo cognoscitur,an quis soluerit nōie proprio,uel hæreditario,& qñ solutū repetat.

§. Titius pecuniam. † In negotio quod pertinet ad aliquē ipso gestu, ille tenetur ad quē inveritate pertinet,licet alterius contēplatione sit gestum.h.d.vel sic.Qui soluit debita hæreditaria contēplatione illius quē putat hæredē,cum nō sit,repetit à vero hærede,licet eius contēplatione non soluerit.h.d. facit.ff.eo.l.item.§.fin. In tex.ibi hæredem ex testamēto extitisse,& sic contēplatione sororis,aliās non facturus:& hoc faciebat dubitationē, scdm Bal.† Sed quia si nō posset repetere à verò hærede,à nullo alio posset repetere,& sic perderet quod soluit,& hoc non est iustū, cum soluerit bona fide. Ideo si conceditur,vt contra eum agat: & hoc retento gl.opponit:quia si ista ratio est bona,sequitur,ꝙ vbicunꝙquis remanet in damno indebitè,si qđ soluit non posset repetere,dabitur sibi hæc actio: & tñ hoc non est verū,vt in gl.propter hoc gl.supplet ad tex.quod dic vt in ea. Opp.in gl. ꝙ iste soluens non repetat à vero hærede, sed ab eo cui soluit: quia licet illi deberetur, non tñ debebatur à soluente,sed à vero hærede: ergo soluens videtur soluisse indebitū respectu sui, & hoc videtur sufficere,vt habeat condictionē indeb.vt l.si pœnæ.§.j.ff.de condic.indeb.sed iste tex.vult ꝙ non repetat ab eo, cui soluit, sed à vero hærede.gloss.soluit, ꝙ contrarium loquitur,quando soluisset proprio nomine:hic loquitur,quādo soluit hæreditario nomine. † Sed quomodo cognoscit hoc, an soluerit proprio nomine,vel hæreditario? dic vt ibi dixi. Nam si credo me hæredem indubitāter:quia nullus mihi mouet litem de hereditate,videor soluisse nomine proprio:quia postquam adiui desinit esse hæreditas:vnde non potest dici,ꝙ soluam nomine hæreditario,& tunc repeterem ab eo, cui soluissem,si nō indubitanter credebam me hæredem:imo cum dubito,ꝙ fortè mihi mota erat lis,vel controuersia:tunc videor soluisse nomine meo,si sum verus hæres: & si apparebit contrarium,videor soluisse nomine hæreditario, seu nomine veri hæredis. Ideo tunc,si apparet me non esse,repeto à vero hęrede,cuius contēplatione videor soluisse:& ista videt mihi veritas.licet per glo. & doc.non tangatur.videtur in casu istius §.si credebat indubitanter sororem esse hæredem quia nulla lis vel controuersia erat mota,quòd tunc posit repetere ab eo cui soluit: sed si erat mota,repetit à vero hærede per hanc actionem.

☞ Vna species nego.gest.quæ pertinet ad dominum,quia uoluit, uel mandauit quòd gereretur: nec ad eum pertinet reipsa, nec ipso gestu, nec cura & solicitudine, nec etiam ratihabitione.

Si tale negotium geratur per patrem mandatarij,& sic contemplatione filij ad quem pertinebat cura, & solicitudine, quare non dabitur inter patrem & dominum actio negotio.gestorum.sed detur filio mandatario actio mandati?

Procurator ad negotia statim quòd acceptat mandatum,censetur esse negotium suum cura,& solicitudine:& potest tunc alium substituere.

Si iudicium agitur nomine domini, non dicitur negotium procuratoris constitui ad iudicia,nisi post licem contest.ideo prius non potest alium substituere suo nomine.

LEX XLVIII.

MAndasti filio. † Si gessi negotium,quod alteri mandasti gerendum, tui tantùm contemplatione,non mandatarij: datur inter te & me hæc actio, sicut si nulli alteri mandasses gerendum: sed si hoc feci contemplatione mandatarij,ne ipse tibi teneatur mādati, tunc non datur inter te & me hæc actio. sed si mādatarius erat in potestate mea,datur mihi ex persona sua actio mādati quæ fuit mihi per ipsum acquisita.& tibi datur contra me, de peculio:sed si nō erat in potestate mea,nulla actio datur mihi contra te:sed datur hęc actio cōtra mandatarium, & mādatario contra te datur mādati.h.d.& est vna noua lex † Africani qui fecit leges subtiles & speculatiuas. Et dicit Bart.ꝙ hic ponitur vnū genus seu vna species negotij gesti, vltra alias quas posuit glos.in l.si pupilli.§.item quæritur.ff.eod.quod dicitur tuum.quia voluisti vel mandasti ꝙ gereretur nō alia ratione, vel respectu. Mandasti enim ꝙ tibi emeretur fundus. Istud negotium nō pertinet ad te re ipsa, quia nihil geritur circa rem tuam,si fundus ematur:nec ipso gestu,quia emens non soluit aliquid ad quod teneris, nec te liberat. nec cura & solicitudine,sed potius ad ipsum mandatarium isto modo pertinet:nec ratihabitione,quia ratihabitio sequitur actum:hic verò mandatum præcesit:pertinet ergo ad te,ideo quia voluisti geri:et in hoc differt ab eo quod est tuū ratihabitione: quia hic præcesit mandatum,ibi verò sequitur ratihabitio, in quo genere seruandum est quod hic dicitur. In tex.ibi,ego ipse cùm tibi emi:supple, cùm pretium de pecunia mea soluī. Vnde volo ipsum à te repetere,quæritur an possim & qua actione? distingue,vt sequitur. In tex.ibi,nam si propterea ꝙ tibi necessariū esse,supple,& sic tui cōtemplatione, nō autem contēplatione filij mandatarij:quia nō emi,ne filius tuus tibi teneatur mādati,si negligeret implere mandatū:quia bene sciebam ꝙ nō negligeret:sed emi vt tibi seruirem,postquam ista erat voluntas tua,ꝙ emeretur. Vnde perinde habeo contra te hanc actionē, acsi nulli mādasses ꝙ emeret,& ego sciens ꝙ hoc volebas emi.

In text.ibi,si verò propterea emerim,ne filius meus mandati iudicio teneatur,subaudi,& sic contēplatione filij mei non cōtemplatione filij tui:in isto casu non habeo cōtra te actionem neg.gestorū:licet istud negotiū ad te pertineret. Quia voluisti ꝙ emeretur nō alia ratione,sed gessi negotium filij mei: qa ad ipsum pertinebat cura,& solicitudine postquā mandatum susceperat.Et ideo sicut filio emēti & soluenti de suo, daretur actio mādati si non esset in potestate mea:ita & mihi ementi, & soluenti de meo,datur mādati ex persona filij: quia ex contractu suo tecum celebrato ea mihi acquisiuit.l. cùm seruus.ff. mand.& C.si seruus exte.l.j.tibi verò datur cōtra me actio de peculio ex cōtractu celebrato cum seruo meo nō tātùm iussu meo. †Sed oppo.ꝙ imò detur mihi contra te hæc actio:quia istud negotiū censetur pertinere vno respectu ad te,alio respectu.ff.cura vel solicitudine ad filium meū,sicut negotium pupilli dicit ptinere ad tutorē cura,& solicitudine.sed si negotiū gerat cōtēplatione tutoris,nō solū ipse tutor teneť,sed & pupillus:ita & hic debes tu teneri.vt ff.e.l.si pupilli.ī prin.& insolidum:quia nō es pupillus.Sol.& tene menti:quia subtile cōtrarium loquitur:& haberet locū in negotio quod ad te posset pertinere re ipsa vel ipso gestu: hic verò neutro istorum: imò solùm ex hoc,quòd geri mandasti: quo casu si gerat contēplatione eius cui mandasti,non datur actio ista cōtra te in aliquo mihi gerenti,sed datur ei cui mandasti actio mādati,vt est casus hic:& nunc intelligis subtātiam huius legis: & differentiam inter casum,& casum. Sed contra, ꝙ idem si pertinebat ad te ipso gestu:vt in casu qui ponitur circa finē, quando mandasti vt fideiuberet pro te:nam idem dicitur quod ff. & tamen istud ad te pertinet ipso gestu:quia fideiussor si soluat, te liberat:sed quòd pro te fideiubeat, non pertinet ipso gestu ad te, sed si solueretur,fateor contrarium:& super hoc contrario, vi de hic Bar. †In tex.ibi,quia & si Titius id mandatum fuscepisset:dum dicit Titius intellige scilicet qui non erat in potestate mea.& not.hic secundùm Barto. quod statim quòd procurator ad negotia mandatum acceptat,censetur esse negotiū suum cura & solicitudine:& hæc est ratio: quia potest saltem alium substituere,vt ff.manda.l.si procuratorem.§.j.† sed si iudicium agitatur nomine domini,actio non dicitur negotium procuratoris cōstitui ad iudicia,nisi post lit.cōtest. ideo prius nō potest alium substituere suo nomine secūdùm Bar. Vltimò pro declaratione gl.opp.inquantū hic dicitur patrē teneri de peculio si cōtemplatione filij emit:imò videt teneri insolidū,quia agnouisse videt officiū,quod filius assumpsit emendo,vt videmus in patre agnoscēte tutelam delatam filio: vt ff. de tut.l.si filius.gl.soluit pluribus modis. Cōuniter tenetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 ¶ Calumniatoribus. Adde quis dicat calūniator: & vide tex. in l. j. ff. ad Turpil. & in l. athletas. §. calūniator. j. de infa. & ꝙ ibi Bar. & in §. notan dū. iij. q. iij. & intelligę, ꝙ quis nō solū dicitur calūniator agēdo, sed etiā excipiēdo, vt l. j. C. de aduoca. diuer. iu. & dicit Old. in suo consil. iiij. Ioā. an. in tit. de accus. ad fin. Cur. adde tu in hoc d. Bart. sozi. in cōsi. cxlvj. colum. v. ver. nec obstat.

secūda sol. ꝙ speciale sit in tutela datiua, quæ datio fit per iudicem, vt pater agnoscens teneatur insolidū: secus in testamētaria. vt l. Lucius. j. de admi. tut. & idē in alio officio priuato, vt hic: sed ad quid teneī de peculio, vel ꝓpter qđ dic vt in gl.

2 ☞ *Actio negotiorum gestorum directa quæ sit, & quæ utilis, & an sit differentia inter eas in effectu. & n. 3.*

3 *Actio utilis, uel utile interdictum, tunc datur quando non adsunt uerba nec etiam mens: sed adest interpretatio legalis extendens legem, de casu ad casum,*

LEX XLIX.

Actio negotiorum.

†Præmitte ad euidentiā, ꝙ olim actiones proponebanī cū certis solēnitatibus verborū, quæ dicebanī formulæ quæ hodie sunt sublatæ quæ erāt occupationes verborū. vt. C. de formulis. per totū. & tunc iudicia dicebanī solennia, & actio directa dicebaī: hodie sublatis formulis actio magis dici pōt vtilis, & iudicia extraordinaria. Vnde quæriī hic an sit differentia inter actionē, quæ olim proponebaī cum formulis, & illā quæ hodie proponitur sine formulis: & dicīt ꝙ non secundū primam lect. gl. secundū quam non habet contrariū, nec dubitationem: quia illa eadem actio, quæ olim proponebaī, hodie proponiī, licet nō eodē modo. †Sol. præmitte, ꝙ actio directa negotiorū gestorum datur voluntario gestori, & contra eum: sed necessario, vt curatori, nō datur directa, sed vtilis: quia edictum prætoris, & eius verba loquunī de voluntario. Vnde quæriī an sit directa, quæ datur ex verbis legis, & vtilis quæ secundū gl. datur ex mēte? & dicīt hic ꝙ non: & sic sunt eiusdem vtilitatis: & tantū quis consequitur per vnā, quantū per alterā. In hoc ꝙ gl. dicit, vtilē dari ex mente legis, licet nō ex verbis. Vltramōtani reprehendūt dicentes ꝙ ex mente legis: & ita datur directa, sicut ex verbis & mente. vt l. j. vti poss. C. & ff. nā edictum prætoris loquiī ibi de ædibus, & tamē quia est eadē ratio in aliis prædīs, & sic

3 adest mens, licet nō verba: datur directū interdictū. † tūc ergo datur vtilis actio, vel vtile interdictū, qñ nō adsunt verba, nec etiam mens: sed adest interpretatio legalis, extēdēs legē de casu ad casum: quia præsumit legislatorē sic voluisse, si de hoc cogitasset: sicut videmus in tacita pupillari, cōprehensa in expressa vulgari, & ecōuerso. l. iam hoc iure. j. de vulg. & pup. nā est verè interpretatiua: quia nec venit ex verbis, nec ex mēte, sed ex interpretatione iurisconsultorū: & illa est quæ non excludit matrē. l. hoc iure. j. de vulg. & pup. & C. de instit. & substit. l. fi. sed si haberet mentē, licet nō verba, quę possent colligi ex aliquib cōiecturis, nō esset merè interpretatiua, & matrē excluderet, sicut si esset expressa: in actione quę non ꝓuenit ex verbis, sed bene prouenit ex mente, vt dicaī directa potius quā vtilis. Itē op. ꝙ imò sit differentia inter directā, & vtilem: quia in directa eo modo teneī hæres, quo defunctus, scilicet dolo, lata culpa, & leui: sed in vtili in plus tenetur defunctus quā teneaī hæres. vt eo. tit. C. l. tutoris. & not. §. eod. l. iij. §. hac actione, & §. interdum. Solu. fateor, ꝙ in hoc differunt, quando datur cōtra hæredē, sed quando cōtra principalem gestorem, non differunt in effectu. Cætera circa istum articulum de directa, & vtili, dic vt l. j. C. de act. & oblig. per Cyn. & eod. tit. j. per Bart. in prin.

2 ☞ *Si acquisiui actionem pro te, & tu non uis quòd tibi cedam, potes me cōpellere, ut liberem debitorem, uel quòd eam alteri cedam: & ante cessionem possis debitorem liberare.*

LEX L.

1 AGnorante. † Qui acquirit actionē pro alio, tenet de illa facere, quod illi placet. h. d. & tene menti. si ergo procuratorio nomine tuo stipulor, vel vendo, vel emo: quia mihi acquiriī tur actio, non tibi: quia nō potest quis alteri stipulari vel pacisci, vt illi acquiraī, tñ teneor cedere actionē mandati. l. possessio quo ꝙ. §. & si possessio. j. de acqui. possī. si tu non vis, † ꝙ cedā, sed ꝙ liberē debitorē, potes me ad hoc cōpellere, vt est casus hic: & idem si velles, ꝙ cederem alteri, quā tibi. facit l. idē ꝙ. §. si cuius. j. mandati. quinimò tunc etiā ante cessionē pōt liberare debitorē, per pretiū: vt tetigi s. de pact. l. si cū ptore. & probaī j. de iure dotiū. l. mulier bona. §. fi. qui incipit mulier. aliàs est l. & j. de doli exceptio. l. si cum exceptio. §. mandauit.

2 ☞ *Si in re mea quam credebas tuam, impensam facis: non habes actionem cōtra me.*

3 *Si uendis rem meam nomine tuo sine meo consensu, quòd habeam actionem in factū de qua hic, uel negotiorum gestorum, si ratifico, & res sit perempta seu præscripta.*

LEX LI.

Si rem. †Si vendis rem meā nomine tuo sine cōsensu meo, ea pempta vel ꝑscripta cū agere nō posim ad eā possum cōtra te agere ad pretium vtili negotiorum gestorū, habendo venditionē ratā in subsidiū, licet nō fuerit facta nomine meo: ad hoc semper allegaī tex. cum gl. de cuius materia vide plenē per gl. & Cy. in l. mater. C. de rei ven. & per Bar. in l. si cum seruū. j. si cer. pe. vbi subtiliter declarat. Et legiī duobus modis, in gl. vno modo: vt ponantur hic tres casus. Primus vsque ibi: vt dare debere. Secundus vsque ibi, sicut ex cōtrario. Tertius vsque in fin. Alia l. est, ponat duos tantū. Primus vsque ibi, sicut ex cōtrario. Secūdus vsque in fi. pro cuius declaratione, vt intelligas opp. cōtra ver. dari deberet. nam luriscī videī adducere prabationē primi casus, per alium casum simlem: quia si egeris negotiū meū, credens esse tuum, datur tibi actio cōtra me: tñ si rem meā credēs esse tuā, vendis, datur mihi cōtra te actio ad pretiū: quia videris gessisse negotium meū in veritate, credēs esse tuū. † Sed cōtra, quia si in re mea quā credebas tuam impensam facis, nō habes actionem cōtra me. vt l. si in area. j. de condi. inde. in fi. sed solū exceptionem: propter hoc dicit Azo, ꝙ nō est intētio texdicere ꝙ si gessisti negotium meum, credens esse tuum, detur mihi actio contra te, vel tibi contra me: sed vult dicere, ꝙ sicut quando vendidisti rem meam nomine tuo, ea perempta daī mihi actio contra te ad pretiū: ita si non est perempta, vel præscripta, ga eadē est ratio, cū desinat mihi esse consultū ad rem: æquitas dictat, ꝙ agā ad ptium cōtra te. Oppo. in gl. quæ incipit insolidū, ꝙ nō posim habere hanc actionē cōtra te, ad pretium, nisi ratam habeā venditionem: nam istud est negotium quod ad me non pertinet reipsa, nihil enim impendisti in ea re ex quo res sit effecta melior, pertinet ergo solū ratihabitione: sed hic de ratihabitione nihil dicīt. Propter hoc gl. subaudit, ꝙ ego ratum habui aliàs hanc actionē nō possem habere: quia negotium non esset meum, nec ratihabitione. † Sed contra secundò, ꝙ imò habeam actionem, etiam si non ratificē per l. si & me & Titium. j. si cert. pet. Sol. actionem negotiorū gestorū non habeo, si non ratifico: quia negotiū nō est meum: sed actionem in factū ex æquitate illius legis, ne locupleteris cum mea iactura, bene habeo, vt ibi. Contra tertiò, ꝙ illam nō habeam: quia non est vērū, ꝙ locupleteris cum mea iactura, cum titulum onerosum habueris à me, quia emisti seruū cum peculio, & illa lect. loquiī quando nullum titulum habebas: vel habebas lucratiuū. Sol. in seruo, & in peculio, & rebus peculiaribus bene habebas titulū onerosum: sed in ista re subtracta, & perte vendita, nullum tit. habebas: quia non erat peculiaris, & sic locupleteris, si non redderes mihi pretium.

De calumniatoribus.[a] *Rubrica.*

2 ☞ *Licitum est mihi dare, ne detur iniqua sententia contra me: nō est licitum dare, ut detur æqua pro me: & si dedi sed non repeto.*

3 *Differt iste titulus à titulo de condi. ob turpem causam: quia iste prouidet ei in cuius præiudicium datum est, quod non est in titu. de condict. ob turpem causam.*

4 *Hoc edictum non extenditur, quando datur in negotio extraordinario: sed tunc talia lucra auferuntur à fisco.*

1 †Suprà tit. præcedenti loquitur quādo quis gerit negotia nostra nostro nomine, & ad nostram vtilitatem. iste ti. tractat de eo qui gerit non nostra, sed sua negotia, non nomine, sed suo, & ad nostrū damnum: vt litigabamus tu & ego, & tu cum nō foueres iustitiam, dedisti pecuniam iudici, vt daret contra me sententiam pro te, vel procuratori meo ipsum corrumpendo, vt permitteret dari contra me: nam super hoc emanauit edictū prætoris, quo cauetur vt mihi detur actio in factum, contra iudicem, vel procuratorē ad pecuniam receptam cum triplo: & sic ad quadruplum. Et iste est vnus casus, quando datum fuit negotiū vt fieret per calumniam in iudicio contra alium: alter casus est, quando darem eidem, ne daretur contra me iniqua sententia:

sententia: quo casu vertitur turpitudo solū ex parte recipiētis, nō ex parte mei dantis. Sed in præcedēti ex parte vtriusq; certe etiā hoc casu datur hæc actio in factū ad repetendū pecuniā datā cū triplo: & sic sicut dedisti vt fiat, et ego vt nō fiat: habeo

2 actionē ad repetendū data per te, & etiā ad repetendū data per me, et ad quadruplicata, vt j. eo. l. & generaliter. §. illud. † & sic licitū est mihi dare, ne detur iniqua sententia cōtra me: sed nō est licitū dare, vt detur æqua sentētia pro me, & si dedi nō repeto: quia turpiter videor dedisse iudicem corrūpendo, vt j. de

3 condi. ob tur. cau. l. ij. in fi imò perdo litē. vt ibi dicītur. † Sed ad quid emanauit hoc edictū prætoris? nonne satis erat titulus ille de cōdic. ob tur. cau. Sol. nō ibi eī tractatur, an repetere possit ille qui dedit: quo casu distinguitur, an versetur turpitudo ex parte recipientis tantū, & datur an ex parte dantis, vel ex parte vtriusq;, & nō datur: hic vero edictū prætoris prouidet ei, in cuius præiudicium datum est, vt licet dans nō possit repetere, tamen repetat ille in cuius præiudicium, & damnū dedit & etiam ille qui dedit, sed nō turpiter habet hanc actionē, quę est famosa, & datur ad quadruplum cōputato simplo. Item habemus in ista materia titulū. C. de pœna iudi. qui ma. iudi. vbi sunt cōstit. principis punientes dantē, vt perdat causam, de qui-

4 bus fit mentio hic in versi. sed hæc constitutio. † Item aduerte quia hoc edictū loquitur qñ datur vt aliquid fiat ꝑ calumniā in negotio iudiciario, nō ergo extenditur quando in negotio extraiudiciario: ideo si dares pecuniā Titio vt me offenderet, vel aliā iniuriā faceret, nō datur mihi hæc actio cōtra Titium ad repetendum data: sed auferētur ab eo, & fisco: quia illicita lucra sunt auferenda. vt j. eo. l. in hæredem.

2 ☞ *Actio ex hoc edicto cum sit famosa, non datur contra pareutē uel patronum: sed datur actio in factum generalis, quæ datur in subsidium aliarum actionum, nec agens consequitur hic quadruplum.*

3 *Qui aliquid dedit alteri, ut negotium iudiciarium fiat per calumniam, tenetur etiā ipse ad quadruplum sicut ille qui recepit.*

4 *Actio ex hoc edicto quòd sit famosa.*

5 *Si quis accepit, uel dedit alteri, ut negotium alteri fiat, quando puniatur pœna appli canda parti, & quando fisco.*

6 *Non potest quis de uno delicto criminaliter puniri diuersis legibus, & sic diuersis pœnis.*

7 *Si tu dedisti ut fiat mihi negotium calumnioſe, et ego dedi, ut non fiat: habeo actionē in factum ad repetendum quod ego dedi quadruplicatum: & si decedo antequam agam, hæres aget solum ad simplum per hanc actionem.*

8 *Quare non detur hæredi ad pœnam?*

9 *Quòd pro eo quod tu dedisti, cōpetat etiam mihi actio, & non tibi, & an eam transmittam ad hæredem.*

LEX I.

1

IN eum qui. †Diuide istum titulū in quatuor partes. Nam primo ponit verba edicti prætoris, quæ continēt duos casus. Primus est de illo qui dedit, vt alteri negotiū fiat per calumniā: & sic versatur turpitudo ex parte dantis, & accipiētis. Secundus de illo, qui dat vt sibi per calumniam non fiat: & sic nō versatur turpitudo ex parte dantis, sed ex parte recipientis & vtroque casu dicit, dari actionē in factum ei, ob cuius damnum datum fuit ad recipiendum in quadruplum, & sic contra recipientem: & hoc vsq; ibi, hoc iudicium. Secundo prosequitur primum casum declarādo. v. vel. vj. dubia circa ipsum vsq; ad l. & generaliter. ver. fin. qui incipit, quæritur si quis à te pecuniā &c. Tertio prosequitur casum secundū, declarādo simi liter. iij. vel. v. dubia vsq; ad l. annus. Quarto mixtim prosequitur vtrunque casum vsque in fin. titu. Similiter in prima parte

2 sunt duæ glo. vel tres. † Prima limitat tex. quòd hæc actio, cū sit famosa, non datur contra parentem, vel patronum, vt infra de obse. l. parens. scilicet, vt detur contra eos actio in factum ex hoc edicto, sed dicitur dari actionem in factum generalem quæ datur in subsidium aliarum actionum: & in hoc bene dicit. Item dicit, quòd per illam actionem in factum generalem, consequitur agens quadruplum, sicut per istam. Hoc non placet: quia illa non fuit introducta ad pœnam petendam, aliàs non esset differentia inter vnam, & alterā. Vnde nō esset ratio quare illa generalis daretur contra parentem & patronū, cum ista nō detur postquā actor tantū prosequitur ex ista, quātum

3 ex illa. Itē ñ gl. dicit † ꝙ nō solū ille qui recipit, tenetur in quadruplum: sed etiā ille qui dedit. Allegat aliquas leges, quę non probant, licet dicāt dantem in alio puniri: scilicet quia perdit

4 causam, et si bonā causam habeat. † Tertiò gl. super verbo, cōpetit, dicit hanc actionē esse famosam: quia oritur ex turpitu-

5 dine recipiētis. Super secunda parte sunt duæ gl. magnę. † Prima, quæ incipit criminale, enumerat alias leges, per quas punitur, qui accipit, vel dat alteri, vt negotiū alteri fiat: nā quædā puniūt recipientem ciuiliter pœna applicanda parti, vt est hoc edictum: quædā vero criminaliter pœna applicanda fisco. vt l. Iulia repetundarū. & l. Cornelia de falsis. & illæ nō requirunt ꝙ detur, vt calumnioſe fiat: sufficit enim dari, vt fiat. Illud aūt edictum, bene hoc requirit. Item si fuerit vna, & punitus fuerit quis ciuiliter, non tolluntur aliæ per quas punitur crimina liter: quia licet ciuilis, vel criminalis simul intentari vel agitari non possint: vna tamen finita, potest altera inchoari. vt l. interdum. de publi. & C. quando ciuilis actio l. vnica & j. vi bo.

6 rap. l. prętor §. j. & ibi per † Bar. sed si punitus est vna pœna criminaliter, tollitur altera similiter criminalis, quia nō pōt quis de vno delicto criminaliter puniri diuersis legibus: et sic diuersis pœnis. Imò si punitus est vna inducta per vnā legem, tollitur altera inducta per vnā legē: quod dic: vt l. senatus. infrà, de accusat. Altera glossa magna, quæ incipit nisi ille, primò limitat istum tex. dum dicit dātem puniri, quia perdit causam, per auth. sed nouo C. de pœ. iudi. qui malè iudi. quando ꝙpōte hoc confiteretur, postea vero cōtinuat verbū: nam tractari pōt cū tex. præcedenti. vsque ibi. & dic casum. Tertiò ponit casum in isto versicu. nam tractari. Quartò determinat vnum dubium. Quintò & vltimò ponit vnam distinctionē pro intellectu titu li: & dic vt in ea, quia nō habet puncta multum vtilia vel sub-

7 stantialia. † In tertia parte, quæ incipit in ver. quare dubitatur. primò in l. hæc actio. si tu dedisti, vt mihi negotiū fiat calūnioſè, & ego dedi, vt non fiat, certum est ꝙ habeo actionem in factum, ad repetendum, quod ego dedi quadruplicatum. Quid, si decedo antequam agam: an transmittam ad hæredem? & respondetur ꝙ non: quia sufficere debet hæredi, ꝙ possit repete re quantitatem, quam dedi: nō aūt debet agere posse ad pœnā. & h. d. dubitatur in gl. primò, qua actione poterit hæres repete re, quod dedit: an hac actiōe quę oritur ex hoc edicto? quidam dixerunt, ꝙ non: sed ꝙ repetet cōdict. ob turp. cau. vt j. l. proxi. §. sed etiam. Alij dicunt, ꝙ imò etiam hac actione, & hęc vera: quia tex. in prin. loquitur de hac actione, & dicit nō dari eā hæredi, scilicet ad pœnam. Ergo dum subijcit ꝙ debet sufficere, vt possit repetere quod dedit, debet intelligi scilicet per hāc

8 actionē de qua loquitur prin. † Sed quæro secundo, quę sit ratio, ꝙ hæredi nō datur ad pœnam? quidā dicūt ꝙ cōtinet meā vindictam, sicut actio iniuriarum. gl. hoc reprehēdit in fi. quia actio iniuriarū, ideo dicitur dari ad vindictā, quia ei qui recipit iniuriam, nihil abest nisi iniquitas animi, & ei qui fecit nihil adest: sed nō est ita in casu isto: quia danti abest, & recipienti adest. Est ergo ratio, quia sic legislatori placuit, cum sit ma-

9 gna pœna. † Sed tertiò quæritur, mihi cōpetit actio etiam pro eo quod tu dedisti, non autem tibi: quia versatur turpitudo ex parte tua. Sed an istam quæ mihi competit transmitto ad hæredem? gl. tenet, ꝙ sic, etiam ad pœnam. Hoc non placet: nam si illa quæ mihi datur pro eo, quod ego dedi, non transmitto ad hæredē quo ad pœnā petendā: multominus illā quæ mihi datur pro eo, ꝙ tu dedisti: quia illa non datur nisi danti, qui videī cōtrahere, vel quasi cōtrahere cū recipiēte: sed ego nō dedi: & sic mihi nō cōpetit: ergo ipsam nō trāsmitto. Sed nec tibi cōpetit propter tuā turpitudinē: datur ergo ad quadruplū: sed cum nō transmitto: nisi quo ad simplum: & per hoc est expedita gl.

2 ☞ *Turpia lucra sunt auferēda non solum ei qui turpiter lucratus est: sed etiam eius hæredibus quatenus ad eos peruenit, licet sint bonæ fidei possessores.*

LEX V.

1 IN hæredem. †Secundum dubiū est, an hæc actio ad pœnā, detur contra hęredem recipiētis, licet nō detur hæredi dantis? & respō detur ꝙ sic, per rationē quæ ponitur in tex. & l. semper allegatur †, ꝙ turpia lucra sunt auferenda nō solum ei qui turpiter lucratus est, sed etiam eius hæredibus, licet sint bonæ fidei possessores: & hoc quatenus ad eos peruenit. Sed in quo differt

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Ablatorum. Adde Bar. l. defuncto. j. de publ. iu. Ange. in l. si vacatia. C. de ho. vac, & Bal. in l. quitandum. C. de condict. ob tur. cau. & in l. ea qui dē. C. de accus. & Ro. in cōsi. clxij. Ang. in l. j. C. qñ ciuil. act. præiu. cri. & Gādi. in tractat. malefi. in forma libelli accu. Cur.

ista lex, à lege præcedenti: nā etiā ad hęredem transit quatenus defuncti⁹ dedit, & sic quatenus sibi adest. Si dicamus ergo, ꝙ contra hæredem datur, quatenus sibi abest: non erit differentia inter hæredem agentis, & hæredem conuenti. & tamen ista lex. ll. videntur facere differentiā, vt colligitur. Ex alternatiua aūt pōt dici, ꝙ si occasione eius quod datū fuerit, aliquod lucrū defuncto vel hæredi peruenit, ꝙ fortè æquiualeat: pone, ꝙ etiā ad illud lucrū agi possit, si es penes hæredem: & in hoc erit differentia, ꝙ ad hæredem dantis non transit, vt pœnam petere possit: sed contra hæredem recipientis agi potest etiam ad pœnam, non solū ad quod datum fuit, si ex eo aliquod lucrum ad eum vel hæredem eius peruenit: aliàs non videtur bona aduersatio.

1 §. Sed etiam. †Tertiū dubium est, si dedi, vt mihi nō fiat: detur mihi alia actio, ꝙ ista: et respō detur ꝙ sic. s. condict. ob turp. caus. quia non fuit turpitudo ex parte mea, sed nō sic datur ei qui dedit, vt fiat: quia ibi turpitudo versatur ex parte sua: ista tñ cōditio nō est pœnalis. Sed op. ꝙ licet dederim, vt mihi nō fiat, nō debebā habere condict. ob turp. cau. j. de cōdict. ob turp. caus. l. ij. Sol. ibi nō dedi vt mihi non fiat negotiū per calū. sed dedi, vt detur pro me sentētia iusta, quia sperabā fouere iustā causam: & tūc nō datur: quia videtur voluisse iudicē corrumpere. Sed aliud, quando non do vt pro me feratur, sed non, vt contra me iniusta sententia.

2 ☞ *Si ego condictione ob turp. cau. ad simplum, quod consecutus fui, an tollatur actio ex hoc edicto in totū, an autem tollatur in simplum solum, & detur ad triplum?*

1 §. Quare. Quartū & vltimum dubium est †, quādo dedi, vt mihi nō fiat negotiū per calū. habeo cō-
2 dict. ob tur. cau. quæ non est pœnalis, sed datur ad simplā. †Itē habeo actionē ad quadruplū. Pone ꝙ egi condictiōe & fui cōsecutus simplū, quid erit de hac actione? an tollatur in totū, vt sic nec ad simplū detur, nec ad pœnā? an tollatur solū in simplo, & sic detur ad triplū: & dicamus ꝙ in illo quadruplo cōtineatur simplū, vt regulariter cōtingit, qñ lex imponit pœnam per hæc verba multiplicatiua. vt l. fi. C. de spō. an verò in nullo tollatur? & sic totum quadruplū fit pœn. & possit peti simplū, & etiā quadruplū: Iuriscō. nō respōdet clarè, sed dicit alternatiuè actionē sufficere: per hoc videt primā partē verā, ꝙ actio tollatur in totum. gl. super hoc laborat. & finaliter gl. tenet hic contrariū, quod tollitur in simplo, & durat in triplo: & secūdū hoc istud quadruplum totū, nō est pœna: imò continet rei prosecutionē: & hoc tenet gl. & est verū. quia mitior pars est tenēda. Sed dubiū facit, ꝙ totū sit pœna per l. si quis ab alio j. e. breuiter, dic, vt in fi. gl. quia interdū cōpetit vni: et tūc in quadruplo ineſt simplū: interdū duobus, puta, dedisti vt mihi non fiat negotiū calumniosè, ego nō ratifico: vnde nō possum repetere simplū, & tu repetes: ego aūt licet nō ratificaui, cū petā quadruplum, propter delictū recipiētis: & ꝙ regulariter in triplo, vel quadruplo insit simplum, habetur j. de pub. l. hoc edicto. in fi. & C. de pe. l. fi. l. j. & de spō. l. fi. & est declarata gl. quæ est hic.

2 ☞ *Tempus datum à lege, ꝙ à principio sit utile: sed postquā incepit, sit continuum.*

LEX VI.

1 ANnus. †Annus qui datur ex hoc edicto, est vtilis quo ad prin. ideo non incipit currere ignorantibus, nec etiam scienti & non valenti agere: & scire dicitur quis, cum tractatur de facto suo, in quo non potest prætendere ignorantiam: sed si de facto alieno, dicitur ignorare,
2 quouscp apparet de sciētia. h. d. †Item videtur in quolibet tempore dato à lege, nisi exprimatur contrarium, ꝙ sit vtile à princip. sed postcp incepit, fit continuum: vel dic vt not. j. de diuer. & temp. præscrip. super rub.

LEX VII.

1 SI quis. †Datum ne mihi negotium per calumniā fiat per alium, de voluntate mea repetitur per me: & non per dantem cum pœna huius edicti, sed si sine mea voluntate simplum repetitur per dantem, sed quadruplum repetitur per me: & est noua lex. in primo ergo casu solus repeto quadruplum, in quo ineſt simplum: & sic nōn est totum pœnale: sed in secundo casu totum quadruplum, ꝙ ego repeto, est pœnale: & ita intellígit gl. istum tex. s. eo. l. in hęredem. §. fin. & ad idem tendit sequens §. in fi. In tex. ibi, ne mihi negotium, subaudi, iudiciale, & per calumniam: & sic non fuit turpitudo ex parte dantis, sed recipientis. In text. ibi mandato meo, subaudi, expresso vt differat à seq. in quo fuit tacitū sub generalitate verborum, qñ erat procurator ad negotia. In tex. ibi: ego dedisse intellígor, supple, & sic ego solus repeto. Ray. vt differat à sequēti, in quo vter ꝙ repetit. In tex. ibi, licet materiæ causa. dic istā materiam habuit respectu mei, non respectu illius, cui dabat: ideo datum repetitur: secus si respectu illius, cui dabat, materiā habuisset vt in glo. quæ incipit, quod dedit.

2 ☞ *Filius potest facere conditionem patris meliorem: sed non deteriorem.*

1 §. Si vt. †Actio in factū ex hoc edicto ex persona filij com petit patri, sed non cōtra patrem. Item datio meo nomine, ne mihi negotium fiat, me non ratificante, repetitur à dante quo ad simplū: sed à me quo ad quadruplum. h. d. & sic continet tria dicta, seu tres casus: vt patet ex litera. In text. ibi etiam patri. q. d. non solū filio: nā vt dicit gl. j. actio in factū est ipsius filij quo ad dñm, etiā iure isto. vt j. de act. & obli. l. in factum. sed quo ad exercitium, est patris: & facta exactione per vnū, tollitur quo ad alterum. Videtur ergo, ꝙ quilibet eorum
2 agat ad quadruplum: sed vno soluēte, alter liberatur. †In text. ibi, in ipsum, subaudi, filiū q. d. nō in patrē: nā filius pōt facere cōditionē patris meliorē, vt in præcedēti casu, sed nō deteriorē, vt hic: vt faciat patri ē teneri ad pœnā. In tex. ibi & si alius ei, scilicet, filio supple, vel cuicunq; alteri. vt in prin. legis. In tex. ibi meo noīe dedit, supple, & ego nō ratificaui, vt procedat ꝙ infrà subijcit. scilicet, vt tā ipse ēp ego agere possumus. In text. ibi tūc etiā, ipsum repetere, & me quadruplū: sed si ego ratificassem, ego solus repe, erē quadruplū, et ita etiā intelligunt gl.

1 §. Cum pub. †Cum datur officiali pub. etiam ob negotium extraiudiciale, locū habet actio pœnalis ex hoc edicto. h. d. gl. tamen videtur sentire, ꝙ sit speciale in publicano: & non sic esset in aliis. In text. ibi mancipia retinet, dicens, esse deperdita: quia non erat soluta gabella, cū tamen esset soluta. In tex. ibi datacp ei pecunia esset subaudi, vt restituerentur mancipia: & sic datum fuit negotium per calumniam, vt non retineat mancipia tancp publicata: quia dās nō poterat probare, ꝙ tunc soluisset gabellā: nūc verò pōt. Vnde dubitatur, an possit repetere simplum cū pœna quadrupli, nā sine pœna, non est dubium: & videbatur, ꝙ non: quia non fuit datū, vt non fiat in iudicio, sed extra iudicium. Contrarium tamen est hoc casu: vel quia datū publicano, contra quē speciali ter prouidetur per edictum de publi. & etiā per istud: vel quia erat officialis publi. & sic esset idem in alio officiali publico.

2 ☞ *Accusator accipiens pecuniam, ut desistat ab accusatione calumniosa, crimine nō probato non solum punitur ciuiliter (unde restituit datum cum pœna tripli) sed etiam extra ordinem per iudicem, criminaliter pro modo delicti.*

3 *Iudex qui cognouit de pœna ciuili potest incidēter punire criminaliter sicut si cognouit principaliter de criminali, potest incidenter condemnare reum ad restitutionem ablatorum.*

LEX VIII.

1 SIab. †Accipiens pecuniam vt desistat ab accusatione calūniosa, crimine nō probato, tenetur hac
2 actione, & ad pœnam huius edicti. †In fi. l. ibi & ei qui commisit. No. quia non solum punitur ciuiliter iste accusator qui non probauit crimen, & sic accusatio pręsumitur calūniosa, vnde restituit datū cum pœna tripli: sed etiam extra ordinē per iudicem criminaliter punitur, pro modo delicti. facit l. lici
3 tatio. §. quod illicitè. de publi. Itē †iudex qui cognouit de pœna ciuili, incidenter potest punire criminaliter, vt hic patet: sicut econuerso iudex qui cognoscit principaliter de criminali, potest incidenter condemnare reum ad restitutionem ablato
2 rum[a] vt l. interdum. §. qui furem ff. de fur. facit j. finiū regun. l. iiij §. si dicatur. & quod no. Bart. in d. §. si furem. & Cyn. in l. si quis à se fundum C. ad l. Iul. de vi. & de condict. ob turp. cau. l. quod euitandi. & per Innoc. de accu. c. cum oportet. in fi. magnæ glo.

2 ☞ *Separatorum, separatu debet esse ratio: & ꝙ non sit bona argumentatio de uno ad aliud.*

3 *Liberi homines non debent poni ad torturam non præcedentibus indicijs, & quid in seruo? & si calumniosè accusatus sit: et ad torturam positus, mortuus est, uel aliàs factus inutilis, qualiter prouideatur dominoꝰ*

Lex

LEX IX.

1 DE seruo. †Calumnioſus accusator tenetur ad pœnam ciuilem, & etiam criminalem. h. d.
2 †& allegatur communiter ista lex ad id quod dicitur in fine: ꝙ separatorū separata debet esse ratio, & ꝙ non est bona argumentatio de vno ad aliud: facit j. de mino. l. Papinianus exūli. ibi, dum dicit, quid enim commune habet &c. C. de dona. inter vi. l. maritus. & j. de Carb. edict. l. de bonis. in prin. cum ibi no. in gl. & de acqui. pos. l. naturaliter §. nihil commu
3 ne. In tex. ibi postuletur quæstio. i. tortura. †In text. ibi habetur, subaudi, indistinctè etiam nō precedentibus indicijs probente vtilitatem serui, non sic in liberis hominibus, qui non debent poni ad torturam, non præcedentibus indicijs. vt l. pe. & fi. j. de quæstionibus. Quid ergo si nō fuit confessus, & tamen
a in tortura mortuus est[a], vel effectus inutilis, et sic dominus damnificatus, quomodo sibi prouidetur? respondetur, vt sequitur: quia recuperat pretium serui duplicatum: & vltra hoc propter calumniam accusatoris imponitur pœna criminalis: sunt enim pœnæ separatæ, & vna per alteram non tollitur: nā vna respicit damnum priuatum, altera respicit iniuriā factam rei-pub. & no. gl. hic quæ distinguit quando seruus accusatur, vel petitur vt ponatur ad torturam pro accusatione facta de alio, de quibus leges loquuntur diuersimodè: quas glos. reducit ad concordiam cum distinctione.

Incipit Liber Quintus.

De iudicijs. *Rubrica.*

a ☞ *Potestas Paduanus, licet acquirat iurisdictionem supra illos qui in eum consenserunt, puta Vicentinos, ac si essent sibi, quo ad ius, subditi: non tamen poterit cogere alios Vicentinos ad testificandum, si inducerentur in testes, uel patrem alterius ex litigantibus ad consentiendum filio.*

9 *Si Potestas iste finiat officium, antequam causa terminetur, successor eius poterit eam terminare.*

4 *Si iste Potestas ex forma statuti Paduæ poterat procedere summariè & deplano, & non poterat ab eius sententia appellari: idem erit in hac causa prorogata, & ꝙ interdum sit fortioris naturæ, quàm prima.*

3 *Licet ab episcopo possit appellari, tamen si laici prorogent eius iurisdictionem, quòd tunc non possit appellari.*

6 *Potestas Paduæ si delegauit causam inter duos Vicentinos, & sic non ualuit delegatio, & tamen partes scientes non ualere, litigèt coram delegato: an per hoc uideantur prorogare iurisdictionem Potestatis? remis.*

7 *Iudex si est præsens, & partes se expreßè submittunt iurisdictioni illius, tunc statim ille acquirit iurisdictionem, absque eo, ꝙ sit processum ad lit. contest. uel ad alium actum litis.*

8 *Si non submiserunt se expreßè, sed tacitè litigando coram illo, scientes illum esse incompetentem, nisi exceptio incompetentiæ ab initio opponatur, ꝙ uideatur iurisdictio prorogata, & an possit opponi usque ad litem contesta.*

9 *Si iudex non est præsens tempore quo in ipsum consentiunt, non habeat locum pœnitentia ante litem contest. ex parte unius partis, quin teneatur ad interesse uel ad pœnam promißam: & quid quo ad iudicem?*

10 *An tā clerici quā laici possint prorogare iurisdictionē, in iudicem non suum. & nu. 11.*

11 *Cōpromißum fit inter aliquos in iudicē nō suū, tanquā in arbitrū, talis arbiter non habet inter eos iurisdictionē: sed acquirit notionē sed si in propriū iudicem ordinarium, non ualeret. & quid si compromitterent tanquàm in arbitratorem?*

12 *Compromißum quando fit in aliquem tanquam in arbitrum, & arbitratorem: an pronuntiauerit ut arbiter, an ut arbitrator, cognoscetur ex modo procedendi. & essē eius est, quia si pronunciauit ut arbiter, standum est sententiæ metu pœnæ: sed si ut arbitrator, peti potest reduci ad arbitrium boni uiri de iure ciuili.*

13 *Compromißum solet fieri ꝙ in procedēdo possit ut arbitrator cognoscere, sine iudiciario ordine: & in sententiando de iure tantū, & tūc censetur sua lata ab arbitro.*

14 *Licet de iure ciuili non possit compromitti in proprium iudicem ordinarium, tanquā in arbitrum, tamen secus est de iure canonico.*

15 *Clericus exēptus à iurisdictiōe sui episcopi, ut Abbas, qui immediatè subest Papæ, an possit prorogare iurisdictionē episcopi, à qua exēptus est sine licētia Papæ? remis.*

16 *Iurisdictio delegata potest prorogari sicut ordinaria, de tempore ad tempus, et de re ad rem: & de loco ad locum, non de persona ad personam: & quare. & nume. 17.*

17 *Iurisdictio ordinaria dicitur fauorabilis, sed delegata dicitur odiosa.*

18 *Iurisdictio iudicis chartularij, & sic notarij qui eam habet habitu, nō actu, potest prorogari de habitu ad actum.*

19 *Potest prorogari iurisdictio non solùm illius qui habet eam plenam, cum imperio mero & mixto: sed etiam illius qui habet semiplenam, ut simplicem iurisdictionem.*

20 *In causa criminali, an possit iurisdictio prorogari in non suum iudicem?*

21 *Prorogatio iurisdictionis non habet locum in spiritualibus, quantū ad potestatem absoluendi uel excommunicandi.*

a a *An ista lex procedat etiam quādo alter ex litigatoribus tantum sciebat iudicem incompetentem.*

LEX I.

1 SI se subiiciat alicui. † Iurisdictio ordinaria potest prorogari de persona ad personā, id est per nō subditos, si consentiunt, & se subijciunt iurisdictioni iudicis incompetentis, siue talis iudex habeat tribunal, siue nō. h. d. de habente tribunal pone exemplū in potestate: de non habente, pone exēplum in rectore scholarium, qui habet iurisdictionē ordinariā, sicut cæteri rectores vniuersitatum, vt l. fi. C. de iurisd. om. iud. nam potest iurisdictio prorogari ad alios, qui non sint scholares, si subijciāt se suæ iurisdictioni, & cōsentiant ꝙ habeat cognoscere de eorum lite: possunt etiā poni plura alia exempla, sed ista sufficiant. In tex. ibi, iurisdictioni. scilicet non sui iudicis: vt si duo Vicentini se subijciant iurisdictioni potestatis Paduæ secundū Odofre. In tex. ibi, consentiant. scilicet vt ille cognoscat de eorum lite, differentia, tanquā potestas, non tanquam potestas, non tanquā arbi-
2 arbiter vel arbitrator. † In tex. ibi, inter cōsentientes. no. hoc verbum secundum Ang. q. d. non inter alias personas, etiam si sint ad istam causam necessariæ: & ideo potestas Paduæ licet acquirat iurisdictionem supra illos, qui in ipsum consenserunt, & si possit eos arctare ad cōparendum, ac si essent sibi quo ad ius subditi, & eos mulctare si non comparent, vt supra si quis iusdi. non obtem. Non sic acquirit iurisdictionem supra alios Vicentinos, qui inducerentur in testes istius causæ, vt possit eos compellere ad testificādum, vel supra partem alicuius ex litigantibus, vt possit ipsum cogere ad consentiendum filio, in præiudicium prorogati: quoniam illorum duorum factum, non potest alios onerare. In text. ibi, cuiusuis iudicis. id est cuiuslibet iudicis ordinarij habentis tri
3 bunal, vel non habētis, vt sequitur. † Sed quæritur hic, quid si potestas iste vel rector finiat officium, antequam causa terminetur: vtrum successor eorum poterit terminare? puto quòd sic indistincte: quia censetur habitus respectus ad ipsam iurisdictionem, non ad personam, postquam tanquam in iudicem ordinarium consenserunt, & iurisdictio non mutatur: imò est eadem cum persona successoris, vt in c. nouit. extra de elect. licet Spec. in titu. de competen. iudi. adi. §. j. versi. quid si duo Pisani. videtur distinguere an habuerit respectum ad iurisdictionem, vel ad personam. sed non video, quòd ad personam poterit habere respectū: qa persona est de se priuata: ergo nō potest sibi dari iurisdictio cōsensu priuatorum, vt l. priuatorum. C. de iurisdict. omn. iudic. sed illam quam habent, possunt pro
4 rogare. † Item, quid si potestas iste ex forma statuti Paduæ poterat procedere summarie, & de plano, & non poterat appellari ab eius sententia, vtrum erit idem in hac causa prorob rogata? dic quòd sic: quia est eiusdem naturæ [b] cum prima, quā habet inter suos subditos. arg. in l. etiam. C. de iure do. infra de pact. do. inter socerum. §. cum inter. in fi. vbi idem iuris est de
5 augmento, quod de principali. & hoc tenet † Pet. in l. si qui ex consensu. C. de episco. audiē. Interdum tamen contingit, vt sit fortioris naturæ iurisdictio prorogata, quàm prima: vt si laici prorogant iurisdictionem episcopi: nam licet ab ipso possit appellari, cum procedit inter subditos ex sua originali iurisdictione: vt in authē. si quis litigantium. C. de epi. audien. quādo procedit ex iurisdictione prorogata, non pōt appellari. vt d. l.
6 si quis ex consensu. & l. episcopale. eo. titu. † Item pone, quòd potestas Paduæ delegauit causam inter duos Vicentinos: & sic nō valuit delegatio. quia declinauit causam ad suam iurisdictionē nō pertinētē. vt l. j. C. qui per sua iurisdi. partes scien-

¶ Mortuꝰ est. adde tu & vide qua pœna, & qñ puniat iudex, qñ tortus moriꝰ in tortura, per Bar. in l. quæstionis. j. de quæstio. Cy. & Bal. in l. Gracchus. C. de adul. Bal. i l. j. C. de emēd. ser. vbi distinguunt, ꝙ aut excessit modū in tortura, aut aut nō: & refert etiā Ang. de are. in tracta. malefic. in versi. fama publ. col. antepe. versi. octauo quærit, & late ponit do. Amad. de anch. in suo syndi. in versi. ꝙ dictus ptās, et officiales plures carcerari &c. & vide in ꝓposito Bal. in cōsi. cccc xxxvj. in. iiij. lib. & Franc. de aret. in suo consi. lxxx. Cur.

¶ Iuste naturę. Ad de ꝙ hoc pro singulari ponit Ro. sing. suis fol. j. sed quid si iudex incōpetens ex tacita ꝓgata iurisdictione: quia ꝓcessus erat nullus, me absoluit ab instantia iudicij? si cōueniatur iterū, possit ne reus opponere declinatoriā, Gul. de cu. in l. eum qui. de cō sti. pecu. tenet ꝙ nō excep. in l. si quis repetere. j. ad turpil. ita refert & sequit Ro. sing. suis fol. iiij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Ad interesse. intelligе siue sit dãni emergentis siue lucri cessantis: cũ vtrunq; veniat ſ obligatiõibus facti l. stipulationes nõ diuiduntur §. celsus. j. de ver. oblig. Cur. 7

b ¶ Archidiaconi. De hoc in speciе vide per Abb. cõſ. xxv. ñ. libr.

c ¶ Ex modo procedẽdi. adde tucp in dubio censẽt vt arbitrator. ita Bald. Ange. & ibi do. Alex. de imol. in l. ſi seruus pluriũ. § fin. j. de leg. j. Et dicit hoc ſingulare do. Ioan. de imo. in l. nemo potest col. ix. j. e. ti. f. de leg. j. & Pet. de anch. tenet in cle. fæpe. de verbo. ſig. & Ang. in ſua diſpu. inci. duo ad iudicẽ litigãtes. col. pe. dicẽs, cp ita ſeruatur in practica: & hoc idem tenet prædicta etiam referendo d. Alexã. de imol. in cõſil. ſuo xiij. col. iiij. ver. vel poſito in j. vol. duplicatiõ eo. vol. & conſil. xcvj. & idẽ etiã tenet in conſil. xix. col. ñ. verſ. terea fortius. ĩ iiij. vo. Cur. 8

tes nõ valere, litigãt corã delegato, an per hoc prorogare videatur iuriſdictionẽ Poteſtatis vt ſic recõualeſcat delegatio: vide gl. & Cy. C. qui, p ſua iuriſdi. in l. vnica. in j. q. & in Spe. de app. §. nũc trãſeamus. qd ſi de facto. † In prima gl. mag. in prin. ibi. & litẽ contestando. Tu dic, cp ſi iudex eſt præſens, & partes expreſsè ſe ſubmittunt iuriſdictioni illius: tũc ſtatim ille acquirit iuriſdictionẽ abſcp eo, cp ſit proceſſum ad conteſtationẽ, vel ad aliũ actũ litis, & ita debet intelligi iſta lex, ſecundũ verũ ſenſum. & l. eſt receptũ. de iur. om. iud. & c. j. extrà eo & ita intelligit Gul. de cug. vide tur tñ Gul. requirere, cp etiã ipſe iudex acceptet: ſed ſatis videt acceptare, ſi nõ contradicit: ga non tractaᷓ de ipſius præiudicio, ſed fauore: & ſic præſentia cũ tacitumnitate habetur pro cõſenſu, iuxta materiã, de qua in l. filiusfa. §. inuitus ſ. de procu. † Si verò partes nõ ſubmiſerunt ſe expreſsè ſed tacitè litigãdo corã ipſo, ſcientes ipſum eſſe incõpetentẽ: tunc procedit id quod dicit gl. de cõteſtatione. Nã ſecũdũ gl. per actus factos ante cõteſt. nõ induciť prorogatio: & ſic ſemper põt opponi exceptio incõpetẽtiæ iudicis, quouſcp lis ſit cõteſtata, etiã ſi ſit proceſſum ad alios actus, ſecũdũ opi. gl. Aliį dicũt, cp intelligi

tur prorogata etiã per alios actus, quantũ ad hoc vt illi actus valeãt, tanƈ facti corã iudice cõpetẽti: aliàs non valeret: & ſic nõ põt ſequi cõteſtatio: tñ iſta prorogatio eſt reuocabilis, quouſcp lis ſit cõteſtata. vt l. ſi cõuenerit ſ. de iuriſ. om. iud. poſt litẽ vero cõteſt. efficiť irreuocabilis. & hãc ſequitur hic Ang. Alia eſt opi. cp etiã per aliũ actũ factũ ante conteſtat. litis inducatur prorogatio irreuocabilis, ſi apparet cp p illũ conſenſerũt tanƈ in iudicẽ: vt ſi reus oppoſuit exceptionẽ procuratoriã, vel excõicationis, vel bãni: & petit ſuper ea pronũtiari: nã nõ potuit poſteà opponere exceptionẽ incõpetẽtię per l. ſed ſi ſuſceperit in prin. ſ. e. ideo lex dicit, cp exceptio incõpetẽtię debet opponi initio ante oẽs alias: ga ſi aliæ prius opponerenť, iſta nõ poſſet poſteà opponi vt C. de excep. l. ſi. & iſtũ tenet Bar. j. de re iudi. l. quidã cõſulebat. vbi plenè examinat iſtũ articulũ, de quo

2 in loco proprij domicilij nuda cautione,sine fideiussore. † In tex.ibi,ipse prætor debet cā cognita.no.ergo q sup exceptione declinatoria fori debet adhiberi causę cognitio:& si iudex causę cognitione nō adhibita,procederet ad ulteriora, nō valeret processus,secūdū Ange.quod no.†Secundò no.q iudex debet super ea pronūtiare,vt patet inverbo,statuere,quod intelligit vel expresè vel etiam tacitè procedendo ad vlteriora postquā causæ cognitionē adhibuisset:quia cēsetur illā exceptionē repellere:vt in c.ex parte.extra de ap.& colligit ex hoc tex.dum dicit teneri cū gl.Sed si procederetur cōtra absentem & nō allegantē exceptionē fori,tūc si nō erat exēptus ipso iure,sed ex priuilegio:valeret processus per l.si qs ex aliena ff.e. & per c.cū personæ.de priui.lib.vj.sed si ipso iure non suberat iurisdictioni illius,nō valet,etiā si pronūtiet se iudicē cōpetentē:quia nō censeť ille abnīs cōsentire,nisi fortè sibi notificeť ,pnūtiatio:quia tūc imputet sibi,quare nō appellauit:de hoc articulo tetigi in l.ij.s.fi qs in ius vo.nō ierit. In tex.ibi statuen-
4 te prętore in quē dicit &c.†Not.q qñ iudex remittit partē ad aliū iudicē cōpetentē,pōt aßignare sibi terminū,intra quē cōpareat corā illo:sic videmus in iudice à quo,qui pōt aßignare
2 terminū appellāti,intra quē cōpareat[a] corā iudice appellationis:& si nō cōpareat,appellatio habeť pro deserta.vt in c.pßonas.& c.ex ratione.extra de ap.† & qñ iudex secularis remit-
5 tit ad curiā ecclesiasticā propter aliquē articulū spūalē.vt in c. tua.extra de ordi.cogi.similiter pōt aßignare terminū prædictū,nō intra quē ille iudex ecclesiasticus habeat terminare cām, vel articulū, qa hoc ad ipsum secularē nō ptinet:sed intra quē pars cōpareat:quod dic vt no. Bar.ff.l.prßes.C.de ap.vbi oīno
6 vide.& in c.ex rōe.extra de ap. †No.ēt q qñ quis declinat forū vnius iudicis,& petit se remitti ad aliū iudicē, debet cauere de cōparēdo corā illo iudice.Quod glo.limitat duob⁹ modis, scilicet qñ declinat ex priuilegio, nō ipso iure:quia mero iure erat cōpetēs.Secus si erat oīno incōpetēs.Itē qñ petit se remitti ad alium iudicē alterius territorij,secus si eiusdē,vt in seculari cōuēto corā potestate,q ex priuilegio petit se remitti ad rectorē,nā nō debet tūc cauere ℔m gl.& no.istas duas limitationes,
7 & adde qđ no.Io.an.ff.c.fi.extra de fo.cōpe. †Vltimò no.ff.q forēsis nō debet astringi ad dādū fideiussores,qñ eēt sibi difficile:qm̄ p hoc,sine iusta cā pderet priuilegiū:qđ esse nō debet, vt hic.facit infra,si cui pluśq̄ per leg.fal.cū nō facile.et l.nisi.§. quāuis.& quod ibi no.in gl.quæ cōcordat cum glo.hic posita, quod tūc saltem tenetur promittere pœnam, postquā releuatur à datione fideiussorum:aliàs non cōpelleretur promittere pœnam,& ita intelligitur gloss.l.fina.ff.de præto.stipu.quæ videtur contrariari:& supra, qui satisda.cogan.l.ij.§.fina.quæ incipit,sed an compellatur.& ibi tetigi.

2 ☞ *Exceptio fori dum discutitur,tempus præscriptionis non labitur,si reus in exceptione succumbit.*

3 *Isti qui possunt petere se remitti ad domum, & actor hic fatetur, uel non dubitetur: tamen si actio erat tempore peritura consultè petat actor , quòd non remittatur nisi lite prius contestata.*

1 §. In omnibus autem causis. †Hic ponitur sexta & vltima limitatio. Nam ita demum possunt illi de quibus in §.legatis.petere se remitti ad domū,qñ actio non erat tēpore peritura:aliàs cōpelluntur ibi rñdere libello,& litē cōtestari:& sic actio perpetuaē.h.d.secundū vnū intellectū,qui probaē.ff.eod. l.sed & si restituaē.ver.sed & si dies.de quo §.glos.op.& soluit

Universidad de Sevilla
Biblioteca

a ¶ Obtineret. adde vt per eundem Pau. cōsil. xxij. vbi vide qd in simili voluit.

b ¶ Iudicium. adde ad hoc glos. xxiij. q. iij. si ecclesia. Dicit tamen Roma. ꝙ aliquo tex. non probantur dicte gl. saluo per c. non est nobis. de sponsa. qui tex. non facit regulā.

multis modis. tu dic secūdùm istum intel. ꝙ non contradicit, imò concordat: & iste tex. dum dicit, sine tẽporali dãno creditoris, exponitur & intelligitur, s. vt teneat respondere libello: & sic creditor nō erit in damno. Curreret ergo tẽpus non facta reſpōſione: & remitteretur ad domū. Legitur alio modo, ꝙ imò ipso iure nō curat: & ita sonat litera prima facie: & tunc ille §. contrariaꝛ. Sed solue melius, quam glo. ꝙ interdum reuocat in dubiū exceptio fori allegata: quia reus alleget se ibi esse ex causa necessaria, & petit se remitti: actor verò negat: & super hoc discutitur, & transit tempus in discussione, & tũc ista discussione durãte tẽpus non currit: & ita loquitur iste tex. vnde Bal. summabat hoc modo, dū† exceptio fori discutitur, tempus prescriptionis nō labitur: facit ad hoc l. intra vtile. §. de mino. & ℣. de excu. tu. l. si cū ipse. & l. fi. in fi. & quod ibi no, Cy. C. de adult. Tñ aduertẽdum est: qa istud videtur debere intelligi, si reus in exceptione succumbit, quia tũc apparet per eius frustrationes, actorẽ fuisse impeditū: sec⁹ si obtineret[a], per ea quæ no. per Cy. de inof. test. l. cū maiores. & per Bar. l. ij. ℣. ad Ter. vt §. nō solū. l. si finita. §. Iulianus. ℣. de dã. infec. † Interdū aũt de exceptione opposita nō dubitatur, quia actor fatetur eam verã, & reus obtinet remissionẽ, & tũc tempus actionis bene currit ipso iure: vt colligitur ex l. cōtraria. & ideo consultè facíat actor repellere, & petere ꝙ non remittatur, nisi lite prius contestata: & iste est verus intellectus.

2 ☞ *Qui iudices, & qualiter posint mulctare.*

3 *Iudex quando aliquem condemnat, an posit apponere tempus intra quod si non soluat, loco pœnæ condemnat in quarto pluri.*

4 *Mulcta propriè dicitur, quando uenit applicanda fisco, non parti.*

1 **§. His dantur mulctæ di.** † Potestas mulctādi nō competit nisi iudicib⁹ ordinarijs: delegatis autẽ nō, nisi fuerit eis expresè cō missum. h. d. secundùm verum intel. qui cōmuniter tenetur de iure ciuile: & ideo in rescripto delegationis apponitur vt delegatus posit coercere, mulctare authoritate delegãtis. † De iure autẽ canonico delegatus principis potest mulctare: vt in c. pastoralis. extra de offi. deleg. & not. in Spe. de sen. §. ij. vers. est & quartus. de iure etiam ciuili in casu C. de sport. l. ij. Ordinarij verò iudices indistinctè possent, diuersimodè: tum quia magni iudices possunt mulctare magnis mulctis: paruí verò paruis mulctis, vt no. in l. j. in prin. ℣. si quis ius dicẽ. non obtẽ. & l. eos. C. de modo mul. & C. de defen. ciuit. l. defensores. & l. magistratus. ℣. de iu. om. iudi. & in aut. de defen. ciui. §. audiẽt. col. iij. † Et ex prædictis videtur determinari q. qua quæritur an iudex aliquẽ cõdemnat, an posit opponere tẽpus intra qd, si non soluat loco pœnæ cõdemnat in quarto pluri: hanc q. tenet Spe. in tit. de defen. §. ij. ver. sed nunquid. & Bar. C. vbi causæ fisc. l. eius summæ. nam videtur distinguẽdum, an sit talis iudex qui posit mulctare. & tunc valeat, aut non, & tunc secus: & ita videtur determinare Ang. C. de re. iur. lib. iij. vbi videtur tex. ꝙ posit talem pœnã adijcere: licet in cõtrarium faciat totus tit. C. cõminationes, vel epistolas. sed ille loquitur, qñ non cognito de causa aliquid præcipit, quod requirit causæ cognitionem: quia non est à præceptis, & ab executione inchoãdū. vnde nec tũc incidit in pœnã cõminatam. Nos loquimur quãdo causa cognita condemnauit diffinitiuè, cui cõdemnationi est obtemperãdum: & meritò non obtemperans mulctari potest. † Non tamẽ est propriè mulcta, si venit applicanda parti, sed cùm applicatur fisco, vt C. de modo mul. per totum. & l. j.

2 ☞ *Contra absentem citatum non comparentem, nec allegantem declinationem fori ad quos actus posit procedi?*

LEX III.

1 **NOn videtur frustrandæ.** † Cõtra eum qui habet declinationem fori, licet non cõpareat, nec eam opponat non potest procedi tanquã contra latitãtem. h. d. notabiliter. & sic nō poterit procedi ad secundum decretū in quo requirit latitatio, vt l si Fulcinius. §. ij. ℣. quib. ex cau. in pos. ea. quia latitatio requirit dolum: vt in §. quid sit latitare. ea. l. & iste non potest dici in dolo, postquã si esset præsens, non cõpelleretur iudicium suscipere: modica enim causa, & multo magis, iusta excusat à dolo, vt no. §. si quis ius di. nõ obtem. l. j. in fi. magnæ

2 gl. † ad alios autẽ actus, in quibus non requiritur tanta exquisitio, & qui possunt exerceri contra cõtumacem, poterit bene procedi, postquam non cõparet, nec allegat. vt ℣. eod. l. si quis. quæ per istam l. declaratur. & tene eam mtẽi. & vide quod no. Iac. de Bel. per istam l. in aut. de liti. §. ad excludendas. col. viij. qui videtur eam generalius intelligere, ꝙ quacunq; exceptione sit tutus, nõ solùm fori, excludatur à pœna cõtumaciæ. Ad id quod ℣. de pecu. l. eo tẽpore. sed doc. aliter sentiunt ꝙ solùm excusatur à processu, qui requirit lationem, sed mulcta & pœna contumaciæ potest indici etiam nõ latitante, ergo &c. In gl. j. ibi, quem cõstat. Tu dic secũdùm Bar. etiam si non cõstaret, sed etiam dubium esset, & ex post facto apparet ꝙ habeat declinatoriam fori: vnde reuocabitur quicquid factũ est contra eum, tanquam cõtra latitantem: quãtum verò ad hoc, vtrũ teneatur comparere, si citatur: & si compareat, sit contumax, non dico latitans: bene distinguitur, an tunc constaret vel non torium esset, ipsum non esse de iurisdictione citantis, & nõ est contumax: aut non constat, & tunc secus, vt no. in l. ij. vbi plenè ℣. si quis in ius voc. non ierit.

1 ☞ *Lis, seu iudicium quando posit esse inter patrem, & filium?*

LEX IIII.

1 **LIs nulla nobis.** Lex ista nõ habet locũ de iure canonico. † Inter patrem,

b & filium in potestate, potest esse iudicium[b] vt no. glos. notabilis in c. fi. extra eo. in glo. fi. & not. ij. q. vij. quæritur. nec etiam videtur habere locũ hodie etiam de iure ciuili, in aduentitijs, in quibus patri nõ quæritur vsusfru. nam inter ipsum, & filium cadit obligatio ciuilis: vt no. in l. frater â fratre. ℣. de cõdi. indebi. & per Bar. & in aut. vnde si parens. C. de inof. testa. ergo iudicium aliàs ciuilis obligatio esset frustratoria, quia ordinatur ad actionẽ, & actio ordinatur au iudicium. Tene menti. Si autem patri quæritur vsusfructus, tũc pater bene potest obligari filio ciuiliter, sed filius patri, non: quia potest in eum exercere patriam potestatẽ, cùm sit legitimus administrator: ideo nõ est necessaria. Ita tenet Bar. in d. l. frater â fratre. ideo videtur tũc ꝙ iudicium nõ posset esse, si pater moueret ipsum filio: secus ecõuerso. Item adde ꝙ etiam hodie locũ habet ista l. si pater vellet agere contra filium, vel ecõuersò iure sibi cessa ab alio: quia alter contra alterum non potest recipere cessionem. gl. est ordinaria & sing. in l. si pater. §. j. ℣. de iur. dot. & in l. actiones. ℣. de act. & obli. quod perpetuò tene mẽti. Quod ergo dicit hic gl. ꝙ nomine alieno alter contra alterum posset agere, intellige, & ad commodum alienum, non proprium, vt cum ageret iure cessо: licet etiam tunc agat alieno nomine si intentet exercitium directè, vt l. qui stipendia, C. de procur. & signa gl. quæ ponit casus fallentiæ.

2 ☞ *Citatus coram iudice non suo, si non ult comparere: qualiter poterit iudex cõtra eum procederet & quid si talis sit citatus extra territorium.*

LEX V.

1 **SI quis ex aliena.** † Citatus à iudice ordinario, licet non sit de iurisdictione illius, ipso iure vel ex priuilegio, tenetur in dubio comparere, & exceptionẽ fori, seu priuilegium opponere. h. d. & semper allegatur, & primò loquitur de illo, qui ipso iure non subest, sed ex priuilegio potest declinare. † In primo tamen casu est differentia inter istos: quia contra ipsum potest procedere ad mulctam, tanquam contra contumacem, & ad excommunicationem, si erat iudex ecclesiasticus: si super negotio principali, non potest: & si contra facit nonvaleret processus, etiam si esset talis, in quo posset procedi contra absentẽ lite non contestata: & quandocũque apparebit de non iurisdictione, irritabitur processus: quia non videtur consensisse, nec iurisdictionem prorogasse: per l. si quí ex consensu. C. de episco. audien. & dixi in l. j. ℣. eo. In secundo verò casu valeret processus, etiam super negotio principali, quia iudex nõ erat omnino incompetens: & sic, si est agitatus coram iudice competente. Idem si per errorem, exceptionem & priuilegium nõ opposuit, vt not. gl. ℣. e. l. j. §. j. & ita videtur declinari l. ista per Io. and. in q. disputata. quam ponit in regula, scienti, in mercurialibus

rialibus: vbi vide multa bona sine quibus materia istius l. nõ potest bene intelligi, de quo etiã per Inno. in. c. ij. extra de dila. vbi dicit vnũ verbũ notabile, ꝙ primũ dictũ istius legis quod loquitur in eo, qui nullo modo erat subdit⁹, debet intelligi qñ citatio ipsum apprehendit intra territorium citãtis: quia tunc potest esse dubium, an sit subditus, vel nõ: secus si extra territorium: quod no. De materia autẽ istius legis plene per glo. & legistas in l. j. §. si quis in ius vo. nõ ierit. vbi vide per Cy. & Bar. & ibi tetigi. & adde gl. no. in c. j. in gl. fi. de inuesti. in maritum facta in vlib. feud. & Inn. in c. j. extra de iudi. & Cy. in l. generaliter. C. de epiſ. & cle. & in addi. Spe. in tit. de expen.

2 ☞ *Iurisdictio non perpetuatur per solam obligationem libelli, nec litispendentia inducitur, & quid aliud requirantur. & nu. 3. & 5.*

3 *Nuncij quòd non possunt citare aliquem, sine cõmissione, nisi ex statuto seu consuetudine contrarium inducatur.*

4 *Relatio nuncij requiritur, ut iudex posit procedere contra aliquẽ tanquã citatum.*

5 *Quòd talis relatio fieri possit etiam utraque parte absente.*

6 *Citatus coram iudice ordinario, si postea efficiatur alterius fori, & deinde impetret iudicem delegatum, uel cõtra eam impetretur, an poterit declinare fori: & quid si conueniatur coram nouo iudice. & quid si fuit cõtumax coram primo. & nu. 7.*

7 *In crimine hæresis, nullus iudex præoccupat uiam alteri.*

8 *Qui post delictum commissum, & citationem secularis iudicis factus est clericus: an possit declinare forum iudicis secularis.*

LEX VII.

1 **SI quis posteaquam.** † Si citatus post citationẽ efficiatur alterius fori, non potest propterea in causa illa declinare forũ primi iudicis citantis. h. d. & semper allegatur. & concordat c. proposuisti. extra de fo. cõpe. & sic additur forus foro: nõ autẽ mutatur, quãtum ad illam causam: sicut in

2 simili not. in c. de excep. lib. vj. per doc. † In tex. ibi, in ius vocatus est. nõ ergo sufficit fuisse simpliciter libellum cõtra eum porrectũ in authen. nisi secuta sit citatio: quantũ ad hoc, vt videatur præuentus: quia per hoc non inducitur litis pendentia. vt no glo. in l. j. de in ius vo. nec sufficit, ꝙ facta fuerit cõmissio nuncio, nisi etiã sit executioni mandata per eum arg. ℣. de acq.

3 poss. l. qui absenti. §. si quis secũdũ Bal. † nec etiã sufficit ꝙ nuncius ipsum sine cõmissione citauerit. arg. ℣. de reg. re. l. nemínem. nisi ex forma statuti vel consuetudinis cõtrarium inducatur, ꝙ nuncij curiarũ possint citare sine cõmissione, vt no. in

4 c. quoniã contra falsam. extra de proba. † nõ tamẽ requiritur relatio nuncij quantũ ad perpetuandũ iurisdictionẽ. arg. ℣. de dona. inter vi. l. si sponsus. in prin. licet requiratur quo ad hoc

a vt iudex procedere[a] posit cõtra eũ, tanquã citatum. iuxta no.

5 p. Bar. ℣. de cõdi. & demõ. in l. multũ, ſm eundẽ Bal. † Talis autem relatio fieri põt vtra ꝙ parte absente, cũ sit quædã executio, vt no. Bar. in l. Theopom. ℣. de dote prælег. et adde ꝙ idem no. C. de col. fun. patrim. l. Palatinos. & l. si finita. §. Iulian. ℣. de dam. infe. per Bar. in. vj. col. bene tamẽ requiritur, ꝙ citatio sit valida: aliàs nõ perpetuaret iurisdictionẽ: vt no. in l. si pater. C. ne de statu defun. & in c. cũ plures. do offi. deleg. lib. vj. in glo. & ꝙ Archi. ij. q. v. c. nõ ita. vt si fuisset facta tẽpore feriato, qđ Bal. intelligit, si in honorẽ dei: si autẽ ob necessitatẽ hominum tenet citatio: dato ꝙ non sit iusta cõparitio, vt l. j. §. de feriis, ꝙ paret, quia si cõpararet, & de feriis non opponeret, valeret processus ad perpetuandũ iurisdictionẽ: sufficit ꝙ sit actus aliquis potentialiter. argu. de iniusto testa. l. cũ in secundo. ſm Bal. & Oldr. si ergo ,pnunciaretur processus nullus, posset iste de quo hic, opponere declinatoriã fori, post primã citationẽ nouiter acquisitã, quia nõ obstat citatio nulla per l. hos accusare. §. hoc beneficio. ℣. de accu. licet nõ sic in eo, qui scienter litigando coram incõpetenti iudice, iurisdictionem eius prorogasset: quia etiã per processum prorogatur, cũ etiã ibi sit voluntas partis quæ prorogat. vt l. j. &. ij. §. eo. & ideo licet ,pnuncietur processus nullus, si postea corã eo conuenitur, nõ potest allegare iudicis incõpetentiã. arg. in l. si quis repetere. ℣. ad Turpil. ita eleganter glo. hanc Gul. de cu. in l. eũ qui. in prin. §. j. ℣. de cõstitu.

6 pecu. † An autẽ habeat locũ hæc l. si quis primo citatus est ab ordinario, & postea impetret, vel contra eũ impetretur iudex delegatus: vide quod not. Bart. in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. & l. ij. C. vt lit. pen. In tex. ibi, ius reuocãdi forũ nõ habebit: nocet ergo sibi hæc præuentio in hoc: sed certè etiã prodest, vt si cõueniatur corã nouo iudice, posit illius forũ declinare, & petere se remitti ad primũ iudicẽ, vbi lis inchoata videtur, per l. vbi cœptũ. ℣. eo. & idẽ si à principio erant duo iudices ordinarij, quorũ quilibet habebat iurisdictionẽ insolidũ, vt sit locus

b ¶ Procedere posit. an relatio nuncij requiratur ad perpetuandam iurisdictionem?

¶ Secularis. vide Oldra. consi. iiij.

preuentioni, vt ℣. de offi. cõsul. l. j. & facta citatione ab vno verbali, vel etiã personali per capturã psonæ, alter se impedire nõ posit statim. & ℣. de procu. l. pluribus. & si cõtra faciat, nõ valeat, tanquã sit iudex incõpetens. Vnde põt primus illi inhibere, vel intimare preuentionẽ. vt no. in c. tuã. extra de ordi. cog. & si nõ esset facta intimatio, forte propter iustã ignorantiã valeret, quod ageret secundus. arg. ℣. de offi. præsi. l. si forte. & c.

7 duobus. extra de ap. † Prædicta tñ vera sunt, qñ citatus cõparet corã primo citãte: secus autẽ si cõtumax est: quia sicut corã primo nõ auditur, nec gaudet illo, ,pcessu, nisi refundat expensas. C. eo. ita & corã alio iudice, nõ potest se iuuare de illo processu, allegãdo litis pendentiã, & petendo se ad illũ iudicẽ remitti, nisi forte purgaret contumaciã. & hoc no. Bar. elegãter & plene ℣. de sepul. viol. l. sepulchri. vbi oino vide. Eallit etiam in crimine hæresis, in quo si mille essent iudices, nullus præoccupat viam alteri. vt in c. vt officiũ. de hæret. lib. vj. Prodest & præoccupatio ista ad perpetuandã iurisdictionẽ iudicis delegati, vt c. gratum. & c. relatũ. de offic. deleg. † Et prædicta allegantur ad. q. de illo, qui post delictũ cõmissum, & citationem

8 secularis iudicis, effectus est clericus: an posit declinare forũ iudicis secularis[b]: quã plene vide per Bar. in l. j. ℣. de pœnis. & per Ioan. and. in nouella in c. j. de oblig. ad ratiocinia. & tetigi in l. fin. ℣. si ex noxali causa agatur.

b

LEX VIII.

1 **SI quis in legatione.** † Qui simpliciter constituit se soluturum, quod priùs nõ debebat, nõ potest conueniri nisi in loco in quo poterat ante constitutum: quia cõstitutum tanquã accessorium sequitur naturam principalis debiti. h. d. secundũ verũ intellectũ, & tunc nõ obstat contrariũ difficile formatũ in glo. de. l. eum qui. §. j. ℣. de consti. pecu. quia hic in legatione existens, cõstituit se soluturũ simpliciter, non dicendo in quo loco: ideo nõ fortitur ex hoc forũ, in loco legationis, nec perdit priuilegium reuocãdi domum: ibi vero expresse dicit se soluturũ Romæ vbi erat legatus: & tunc perdit priuilegium reuocandi domum. Hæc est vera solutio, quæ etiã ponitur in l. cõtraria. in. iij. solutione glo. reiectis omnibus aliis: & sic tam ista lex, quã ille §. loquuntur in debito prouinciali. i. in prouincia cõtracto: vel etiã Romæ, sed ante legationem: nam & in illo habet priuilegiũ, vt ℣. eo. l. ij. §. omnes. ver. exceptis. nisi iterum cõstituat se ibi soluturum, existens in legatione, quo casu perdit vt in illa l. eum qui. §. j. In text. ibi, si quis in legatione, supple existens. nõ intelligas, ꝙ constituerit ibi se soluturũ, imò cõstituit simpliciter se soluturum: vnde regulatur secundum naturam primi debiti, & sic sicut pro illo, non poterat ibi conueniri cum effectu, ita nec pro isto. facit ℣. qui pot. in pig. hab. l. iij. in princ.

2 ☞ *Insulæ Italiæ dicuntur quæ ultra centum miliaria non distant ab Italia: et etiã ultra, si non sit propinquior alteri prouinciæ uel alteri insulæ alterius prouinciæ, & dicuntur pars Italiæ.*

3 *Domini Veneti, & Genuenses, & alij habentes portum, dicuntur habere iurisdictionem, & imperium in toto mari sibi propinquo per centum miliaria.*

4 *Portus insulæ dicitur pars insulæ.*

LEX IX.

1 **INsulæ Italiæ pars.** † Prẽmitte hic, ꝙ ,puincijs præerãt præsides: sed Italiæ præerant quidam, qui dicebantur correctores, qui habebãt eandẽ iurisdictionẽ in tota Italia, quã præsides in ,puincijs, & quã prætores habebãt Romę. vt ℣. de offi. præsi. l. ex oibus causis. expediebat ergo scire, an talis corrector haberet iurisdictionẽ in insulis ,pp Italiã, vt i insula Siliciæ, Corsicæ, & Sardiniæ: & dicit hic ꝙ sic: quia sunt pars Italiæ. Et eodẽ modo insulæ ,ppinquæ aliis prouincijs, dicunt pars illarũ prouinciarũ, & præsides earũ habebãt

2 iurisdictionẽ in eis, sicut i terra firma. † Dicunt aũt insulę Italiæ, ꝙ vltra centũ miliaria nõ distãt ab Italia, & quæ nõ faciũt vltra duas dietas per mare. ar. de rescrip. cũ nonnulli. ita deter

Universidad de Deusto

2 ¶ Piratas. De domi-nio Venetorũ quod habent in mari, vide per eundem Ange. cõ silio cclxxxix.

b ¶ Adepta. vide Bart. Soc. cõs. mihi lxxvij. vbi latè de hac mate ria nondum tamen impressa sunt, sed bre ui imprimentur.

minat Bar. in tract. de insula: & etiã si dis stat vltra centũ miliaria ab Italia, si tamẽ nõ plus distat ab insula Italiæ quàm pro trahatur insula ab Italia, vt insula Sardi niæ, quæ est propinqua insulæ Corsicæ quæ insula nõ distat vltra centũ miliaria, licet insula Sardiniæ magno fretu distet, sed nõ ab insula Corsicæ. ar. ſ. de acquirẽ. re. do. l. pe. §. Paulus respõdit. & l. insula. secũdùm Bar. in eodem tract. Sed Ange. dicit q si distat vltra etiam centũ miliaria, si tñ nõ est propinquior alteri prouinciæ quàm Italiæ, dicitur pars Italiæ: & accedit per l. vnicam. C. de classi. lib. xj. quã Barto. ibi dicit nõ esse alibi. Et per hãc l. dicunt doc. † q dñi Veneti & Genuenses, & alij habẽtes portũ, dicunt habere iurisdictionẽ & imperiũ, in toto mari sibi propinquo per centũ miliaria, secũdùm Bart. vel etiã vltra secũdũ Ang. si nõ propinquãt alteri prouinciæ: & sic possunt dñi Veneti animaduertere in piratas ibi deprehẽsos, ſ. ita dicit Bar. fuisse seruatũ Pisis tẽpore suo, de consilio suo, & do. Francisci Tigrini: & adde pro eodẽ modo, & multo fortius † q portus insulæ dicit pars insulæ, & deprehẽsi in portu cõmittẽtis maleficia, licet stent in aqua, & nõ in terra subiciunt iurisdictioni præsidẽtis insulæ: vt l. Cæsar. ſ. de pub. & d. l. vnica. C. de clas.

2 ☞ Statutum si imponat pœnã desistenti à lite, duo debent probari, ut pœna locum habeat.

3 Aliud est differre, aliud verò desistere, vel deserere.

4 Habens iustam causam litigandi, si postquam superuenit scientia quòd non fouet iustiam ut per ostensionem instrumentorum, vel per testes, & statim cedat liti: non condemnatur in expensis, & si hoc non faceret, condemnabitur in expensis, quæ postea fierent.

5 Actor quare nunquam excusatur ab expensis?

6 Actor vel accusator non potest renunciare liti inuito aduersario, si aduersarius prætendit interesse.

LEX X.

1 DEstitisse is videtur, † Desistere à lite nõ dicitur propriè nisi ille qui ex toto renũciat, & nisi lis sit improba, & calũniosa: si autẽ non ex toto, dicitur potius differre: & si non erat improba, nõ dicitur desistere, sed differre. h. d. in effectu, & ratio est, quia verbũ desistere, sonat in malã partẽ: quia regulariter desistẽs punit, sed differẽs nõ. Nam primus incidit in Turpillianũ, vt ſ. ad Turpil. l. qui desistit. licet largo modo, qui litẽ
2 deserit, dicatur desistere. † Et hoc no. & tene mẽti, si statutum imponat pœnã desistẽti à lite: quia necesse est probare duo, vt pœna locũ habeat, ſ. q renũciauerit ex toto, liti, supple, expẽsè vel tacitè, quia fuit sibi assignatus terminus ad prosequendũ: & nõ fuit prosecutus, de quo vide in l. si ea. C. qui ac. nõ pos. & in l. Titia. ſ. de accus. q illa lis erat improba, & calũniosa: aliàs
3 verba statuti nõ verificarẽtur in eo, per hanc l. sing. † In text. ibi, qui distulit: aliud est ergo differre, aliud desistere, vel deferre. & ideo l. edita. C. de eden. quæ loquit in desistẽte vel deserente, in tantũ loquitur de mutatione: quia mutat libellum trãseundo de vna actione ad alterã: desistit à primo ex toto. & inhæret secũdo, non corrigitur per tex. vt in auẽ qui semel. C. quo. & qñ iud. ibi loquitur in differẽte secũdùm Ang. & bene. & sic adhuc hodie habet locũ l. edita. vt possit actor mutare: et corrigere libellũ prout edicti perpetui monet authoritas &c. nõ obst. illa auẽ. quæ prouidet cõtra differẽtẽ. In tex. ibi, planè. intellige istũ ver. in reo. præcedentẽ verò tex. in actore. Nã si reus cõuenitur ex cõtractu paterno, de quo iustã ignorãtiã prætẽdere põt, vt in c. qui in ius alterius. de reg. iur. lib. vj. si ne gat debitũ, & litem prosequit, nõ videtur improbã litem instituisse, quo ad se, si postea ostẽdatur instrumẽtũ debiti, ex quo apparet q re ipsa est improba: & sic nolens in ea perseuerare, si liti cedit, nõ dicitur desistere: sed differre: ideo non punitur
4 in expẽsis propter iniustã causam litigandi. Vnde † Bart. per istam legẽ: & l. si quis inficiatus. ſ. deposi. dicit esse assumendã notabilem practicã, vt ille qui habuit iustã causam litigãdi, nõ cõdemnetur in expensis si postea superueniat scientia, q non fouet iustitiam, per ostẽsionẽ instrumẽtorũ, vel testium depositiones, q statim cedat liti: & si hoc nõ faceret condemnaretur in expensis quæ fierẽt post: non in his quę fuissent factæ ante.

5 † Actor verò nunquã excusat ab expensis, etiam si videbatur habuisse iustã ignorãtiam: quia debuit perquirere, aliàs puniretur tãquã temerè litigãs, nõ tanquã calumniator, vt l. quem temerè. ſ. eo. sed vt incidat in pœnã Turpillianã, requiritur q fuerit calumniator, vel q destiterit sine abolitione: vt in legi-
6 bus hic alleg. in gl. † Sed an possit actor vel accusator renũcia re liti, inuito aduersario? dic q nõ si aduersarius prætendit interesse, vt in casu l. vtiq. cum ibi no. ſ. de rei ven. & l. fallaciter. C. de abo. & quod no. in si quis libellos. C. de appel.

2 ☞ Litigãs cũ monasterio, si lite pẽdente efficiatur monachus, illius soluitur iudicio.

LEX XI.

1 SI ame fuerit arro. † Iudicium soluit, si antequam finiatur peruenit ad casum, à quo nõ potuit incipere. h. d. sed de hoc brocardo vide Bar. post Dyn. in l. pluribus. §. & si placet. ſ. de
2 ver. obl. † & per istã l. patet q si litigãs cum monasterio lite pẽdente efficiatur monachus, illius soluitur iudicium, facit l. si mulier. ſ. sol. mat. & l. si constante. §. fi. eo. tit.

2 ☞ In officio publico cõmisso pluribus, quod quibusdam prohibetur, cæteris uidetur esse permissum, & quando debeat unus subrogari loco alterius?

3 In priuatis officijs ut in pluribus procuratoribus uel executoribus ultimæ uoluntatis non habet locum subrogatio, si unus remoueatur, uel decedat.

4 Concessum uni quòd uideatur alijs inhibitum.

5 Si super damnis datis constituatur nouus officialis, utrum censetur adempta iurisdictio potestati. super illis qui habet generalem in omnibus.

6 Coniuncta persona non potest agere pro coniuncta absente, si reperitur quòd dimisit procuratorem, & ille procurator agat.

LEX XII.

1 VM prætor vnum. † Cùm prætor sup. q delegauit causã pluribus, & postea vetat vni, q se nõ impediat: nã videt q nec alij possent se amodo ipedire, sicut si ille esset mortuus: quo casu expiraret officiũ oĩm, & sine noua delegatione non possent se alij impedire, vt in c. vno delegatorũ. extra de offi. dele. sed aliud est, qñ vnus moritur, aliud qñ superior qui delegauit iubet delegatũ: quia tũc cẽsetur velle q alij sine illo expediãt: nec est necessaria noua delegatio. vt est hic casus singul. quod
2 perpetuò tene mẽti. † & idẽ videt in quolibet officio publ. cõmisso pluribus, ita q oẽs simul habeant interesse: & vnus sine alio nõ possit, vt si cõmittẽs vel cõmittentes postea vnũ illorũ priuẽt officio, vel ipsum remoueãt, vel sibi inhibeãt, q se non impediat, poterũt alij soli expedire, & sic accrescit eis totũ officiũ, quod diligẽter no. licet secus si vnus ipsorũ mortuus esset: vt dictũ est. Sed cõtra q imò alius debeat subrogari loco illi[o] & q ante subrogationẽ alij nõ possunt se impedire: vt l. si quis sub cõdi. ſ. de testa. tu. sed ibi in pluribus tutorib[o] quorũ quilibet habet officiũ insolidũ: & ideo licet vnus remoueat, nihilominus possunt alij exercere officiũ, ex natura officij: & nihilo
3 min[o] alius subrogat loco remoti: & sic nõ differt, ppterea propter subrogationẽ fiendã. Nos loquimur qñ oĩbus simul fuit cõmissum officiũ, vt alter sine altero nõ poterat, & si expectaret subrogatio, impediret interim officiũ: vñ fateor q potest alius subrogari: vt ſ. e. l. si lõgius. tñ nihilominus ante subroga
3 tionẽ, alij poterũt, pcedere per hãc l. & hoc in officijs pub. † In priuatis verò nõ habet locũ subrogatio, vt si moueat vnus ex pluribus, pcuratoribus, nã iudex aliũ nõ subrogat: & idẽ si vn[o] ex pluribus executoribus vltimæ vol. decedat, ad quod vide Bal. in auẽ. hoe amplius. C. de fideicõ. & in l. cũ magistratus. C.
4 qñ prouo. nõ est ne. † Et glo. dicit hic idẽ ecõtrario, vt id quod
5 cõcedit vni cẽseat alijs inhibitũ: quod facit ad q. † si sup dãnis
b datis cõstituat nouus officialis, vtrũ cẽsẽt adẽpta [b] iurisdictio super illis, potestati qui habet iurisdi. generalẽ in oĩbus: & facit hęc gl. q sic. sed cõtrariũ videt in tex. in l. j. C. de offi. ꝑfe. vr. Ang. hic tenet primã partẽ, & dicit illã l. facere potius, p ea: ga nisi illa l. hoc diceret expresse q nõ cẽseat adẽpta, censeret adẽpta. Cõiter doc. videtur aliter sentire fauore publico, propter quem datur iurisdictio pluribus, licet pro ista parte faciat. c. vt officium. de hæret. li. vj. per locũ à speciali: tetigi de hoc in l. si
6 qs cũ pcuratorio. §. fi. de pcu. ſ. † Et per istã gl. etiã dicit Spec. q coniuncta persona nõ potest agere pro cõiuncta absente. si reperitur q qñ se absentauit, dimisit pcuratorẽ: per hoc enim videtur alijs inhibuisse: & coniuncta persona nõ potest agere contra

cõtra voluntatẽ, licet præter voluntatẽ possit, vt ſ. de procu. l. Pomponius. in fi. ad quod facit l. maritus. C. eo. tit. de procu. vt ipse no. in tit. de cõiuncta persona. Tu dic hoc verũ, si ille, pcuagat vel agere intẽdit: aliàs perinde est, ac si nõ esset datus, vt ſ. eo. l. si lõgius. §. si filius. vbi hoc probat. Debet ergo requiri, si opponat cõtra cõiunctã personã, q agere non põt, ppter hanc causam: tene menti. facit l. filius. §. sed & filia. de procur.

2 ☞ Sicut per consuetudinem datur iurisdictio non habenti, ita & potestas delegandi non habenti.

1 §. Iudices dare possunt. † Iudices ordinarij et etiã delegat[i], pconsulis, & multo fortius principis, itẽ illi quibus ex cõsuet. cõpetit, possunt delegare causas ad eorũ iurisdict. pertinẽtes. h. d. vsq; ad ver. nõ aũt. In tex. ibi, vel senatusco. cõceditur. supple iurisdictio: & ista est ordinaria, quia datur à lege, vt ſ. de iurisd. iud. l. more. maiorũ. cũ l. seq. In tex. ibi, cui mãdata est iurisdi. restringe hoc ad mandatũ, pcõsulis: et quod dicit hic in legato procõsu., pcedit in delegatis legatorũ à latere, vt sunt cardinales, qui æquiparãtur procõsulib[o], vt in c. ij. ſ. de off. deleg. & no. gl. in l. j. in fin. ſ. de offi. præfe. præto. Ang. de quo statim subijcit: quia regulariter delegat[a] nõ subdelegat, nisi sit delegatus à principe, vt l. à iudice. C. eo. In tex. ibi, sicut præfectus vrbis, cęteriq; Romę magistr. sed nõne isti sunt ordinarij? ergo poterant delegare absq; cõsuet. põt dici q præfec. vrb. erat ordinarius in criminalib[o], nõ in ciuilib[o]: & in criminalibus nõ habet
2 locũ delegatio, nisi cõcedatur ex cõsuet. † Per istũ autẽ text. dicit Ang. ꝑbari q sicut ꝑ cõsuet. datur iurisdictio nõ habẽti, vt l. j. C. de emã. li. ita & prãs delegãdi nõ habẽti, q dicit notandum esse, & sic limitat l. à iudice. C. eo. vt delegati ab inferiore à principe possunt subdelegare, si hoc est de consuet.

2 ☞ Personæ quibus delegari iurisdictio non potest, nec possunt iurisdictionem exercere: & quid in cæco, si cæcitas post iurisdictionẽ acquisitam superuenit, & quando debeat talis exceptio opponi & nu. 5.

3 Delegatus si non est infamis, ut quia non esset de crimine condemnatus, licet esset criminosus, ut homicida, uel fur, non posset cõtra eum opponi hæc exceptio criminis.

4 Iudex an possit se excusare à suscipienda delegatione ex eo quòd ipse esset infamis.

5 Exceptio infamiæ non potest opponi contra iudicem ordinarium, quousque in officio toleratur.

6 Iurisdictio quando confertur iure proprietatis, ut est illa quam habent reges & principes in eorũ regno, tunc in illa succedit furiosus, & impubes, & datur coadiutor.

7 Fœmina quòd tunc possit per seipsam exercere iurisdictionem.

1 §. Non autem omnes. † No. q regula est affirmatiua, vt cuilibet possint causæ delegari per habentẽ ptãtẽ delegãdi: nisi prohibeat aliquo de modis hic cõtentis: nõ tñ poterit agi ad suscipiendũ delegationẽ, nisi sit subdit[o] delegãtis: vt l. j. C. qui, p sua iurisd.
2 † Itẽ no. quoscdã ꝑhiberi ꝑpter mẽtis exiliũ, vt furiosus perpetuò, in quo nõ põt iurisdictio fundari, cũ ad eius exercitiũ requiratur iudicij, quod in eo nõ est. Quidã propter mẽtis defectum, vt impubes, in quo nõ est mentis exiliũ, sed imperfectio & speratur perfici, nõ sic vt in furioso. Tñ idẽ est q in furioso hoc casu, vt in eo nõ possit iurisd. fundari: et ideo ista exceptio q iudex sit furiosus vel impubes, poterit qñcunq; opponi etiã ante litẽ cõtest. & post sentẽtiã, quia reddit iudiciũ retro nullũ fm Inn. in c. scisscitatus. extra de rescrip. Quidã prohibẽtur ratione sensualitatis, vt mutus & surdus, in quibus non deficit mens, sed qui differunt à mente: & in istis idẽ videtur, quia est defectus naturæ per Inn. ibidẽ. & not. quia de cęco nihil dicit: vnde videtur q cæco possit delegari per l. cæcus. ſ. eo. licet gl.
2 ibi sentiat cõtrariũ, q habeat locũ, qñ cæcitas [a] supuenit post iurisdictionẽ acquisitã: secus qñ suberat ante ipsam acquisitã. Contrariũ videt q hunc tex. qui ita fecisset mentionẽ de illo, si cut de istis. Quidã vero prohibẽnt rõne pœnalitatis, vt infamis: de hoc loquitur ver. l. impedit. quia remotus à senatu, est infamis, & propter infamiã prohibet ei delegari, & idẽ in quo libet infami. Tamẽ aduertendũ q ipse non est incapax iurisdictionis, cũ habeat iudiciũ naturale, licet prohibeatur sibi delegare: & etiã prohibetur vti iurisdictione, si opponatur: vñ dicit Inn. q ista exceptio debet opponi ante litẽ cõtest. & q post opponi nõ potest, vt d. c. scisscitatus. nec potest opponi ad delegationẽ, seu rescriptũ, q ex hoc reddatur subrectitiũ, si de hoc nõ facit mentionẽ, cũ nõ concernat ius partis, nec reddit subreptitium ex hoc: sed debet opponi ad personã fm Inno. in c. cũ

3 super. extra offi. deleg. † Qui etiã dicit, q a si nõ est infamis, vt quia nõ esset de crimine condemnatus licet esset criminosus, vt b homicida vel fur, nõ posset cõtra eum opponi hæc exceptio criminis: quod perpetuò tene mẽti: licet cõtra testẽ bene posset
b opponi [b], vt in c. testimoniũ de testi. † Dicit etiã Inno. ibidẽ q licet cõtra eum pos, c
4 sit opponi hęc exceptio infamię ad ipsum remouendũ: ipse tñ iudex nõ posset se excusare à suscipienda delegatione ex eo q ipse esset infamis: quia sic allegaret turpitudinẽ suã, & infamia esset sibi proficua. d Sed Bart. tenet cõtrarium per l. præses. C. si ser. aut liber ad dec. aspi. Ang. cõcordat vt si eligatur iudex ordinarius, locum habeat dictũ Bar. quia illa iuridictio est honor, & dignitas, ad quã infames aspirare non possunt, vt l. infames. C. de digni. lib. xij. vñ debet defectũ suũ procedere. Si autem datur iudex delegatus, locũ habet di
c ctum Inno. quia illa iurisdictio non est honor, sed onus [c], cum posit cõpelli, vt l. munerũ. §. iudicandi. ſ. de mune. & hono. & ideo ab onere non potest se excusare, ne sibi sit infamia profi-
d cua [d]. † Dicit etiam Inn. quòd exceptio infamiæ non potest
5 opponi contra iudicem ordinarium, quousq; in officio tolerat. argu. ſ. de offi. præto. l. Barbarius, melius in l. cassius. ſ. de sena. quæ oĩa dicta sunt notanda, & declarant istum tex. & vide q idẽ no. in c. super literis ante fin. extra de rescrip. Quidã autẽ prohibentur moribus, vt fœminę, quia turpe est, vt se ingerant publicis officijs. Item serui, & dicit Inn. & etiam Spec. in tit. de excep. §. nunc videndum. versi. sed quæro. quod ista exceptio debet opponi ante litẽ cõtest. & postea non. Tu dic in seruo contrarium: quia est incapax iurisdictionis, cum pro nihilo reputet de iure ciuili: & ideo nõ cadũt in eodẽ quę sunt iuris ciuilis, sicut ciuilis obligatio, & iurisdictio: & sic processus corã eo agitatus non potest valere, sicut nec cũ eo, quando interuenit in iudicio, vt pars, vt ſ. eo. l. non idcirco. §. h. cum iudicium constet ex tribus personis: scilicet ex iudice, actore, & reo, & vbi altera deficit, non potest esse: vt in c. forus. extra de ver. signi. & hic deficit persona iudicis. In fœmina non fit dubitatio, quia etiã illa prohibetur fungi ciuilibus officijs: ideo dicit Spe. quendã processum fuisse irritatum, quia factum coram fœmina tanquam iudice: licet exceptio non esset opposita ante litem contestatam. Ipse tamen determinat contrarium secundum Inn. in dicto ver. sed quæro. per not. in l. ita demũ. C. de procu. in glo. sed ibi loquitur quando interuenit, vt procurator: tunc enim non est omnino incapax, cum pro quibus-
dam possit esse procuratrix, vt l. fœminis. ſ. de procu. sed nõ reperitur, q possit esse iudex: vnde magis placet q non valeat,
6 sicut nec in seruo per l. ij. ſ. de reg. iur. † Et prædicta procedunt qñ iurisdictio confertur, vt officiũ pub. non iure proprietatis: sec[o] si ĩ iure ꝑprietatis, vt est illa quã habẽt reges, & principes in eorũ regno, & principatib[o]: nã in illa bñ succedit impubes, & fœmina, & furiosus: qa datur coadiutor: vt in c. grãdi. extra
7 de supꝑl. negli. præla. † Fœmina vero põt ꝑ seipsam exercere, iuxta no. ĩ l. fi. C. de arbi. vt etiã videm[o] ĩ regina Neap. & in comitissa Matilda: de qua no. in d. l. fi. nã & regina Ioanna legitur sedisse ꝑ tribunali, & dedisse sentẽtiã cõtra illos de balso.

2 ☞ In dubio debet ferri sententia absolutoria, & sic pro reo.

3 Iudicia diuisoria de quibus hic, quare dicuntur duplicia?

4 In ciuilibus actor & reus sunt pares in dilationibus dandis.

5 Clericus an possit petere diuisionem in curia seculari contra laicum?

6 In istis iudicijs diuisorijs, si ego te prouocaui dando libellum, & tu uis postea alium libellum dare, & petere diuisionem fieri sicut & ego petij, uel nõ fieri, & sic uis esse actor sicut & ego, an debeat libellus tuus admitti, & quid in rei uendi.

7 Negotium dubium potest dirimi sorte non reprobata, nisi sit ficti, uel nisi tendat in magnum præiudicium alterius.

LEX XIII.

1 IN his tribus iudi. † In iudicijs diuisorijs q dicuntur duplicia, ille dicit actor q ad iudiciũ ꝑuocauit, et ꝑuocat[o] dicit reus, & si simul ꝑuocauit, forte dirimunt. h. d.

Universidad de Deusto

a ¶ Contrarium. Vide per Barb. in d.c. cùm contingat. per Bald. consi. lx. v. lib.

b ¶ Arbitro. ꝙ arbi. facit litem suam, sicut iudex, tenet Ro. sing. fuis fo. xj.

c ¶ Secūdū Ange. adde eundem cōsi. lxxxiij.

cum l. seq. expedit autem hoc scire: quia rei fauoribiliores sunt, quàm actores in fi. iudicij: †quia in dubio debet ferri absolutoria: vt l. Arrianus. C. de act. & obli. & quia si sunt plures iudices, qui cognouerunt de causa, & tulerūt diuersas sententias, præferē absolutoria, vel illa quæ magis fauorabilis est: vt l. inter partes. ff. de reg. iur. & sic præferri illa, quæ lata est pro prouocato: & ita potest intelligi gl. dum dicit, nec sic erūt fauorabiles. †Sed quare dicūt duplicia hæc iudicia, postquā ille tm̄ dicit actor q̄ prouocauit: Rn̄. dicūtur duplicia ante aliquā prouocationē factā quia quilibet eorū potest prouocare, & prouocari: & sic esset actor & reus, qui in pari causa sunt, vt dicit text. nō sic in alijs: quia si est debitor meus, prouocatio non pertinet ad te, sed ad me: vt C. vt nemo inui. in rub. & nig. Vnde ego nō possum dici actor tā anteq̄ agā, quàm post: & tu solùm reus. Vnde ista sunt simplicia: & ista dant intelligere istā l. In glo. ibi, & paciores ei dabūtur dilationes. †In hoc gl. reprehēditur: quia in ciuilibus actor & reus sunt pares in dilationibus dandis: vt l. fi. ff. de fer. quæ facit cōtra gl. licet alleget eam pro se. †Et ista lex facit, an clericus possit petere diuisionem in curia seculari cōtra laicum: videtur q̄ nō: quia clericus corā seculari potest agere, nō cōueniri. Sed hoc iudiciū est duplex, & sic est actor, & reus. Cōtrarium dic: nā duplex est, antequā prouocet: postq̄ prouocauit est tm̄ actor, & nō reus. †Ex hoc sequitur q̄ si pro uocaui tūc dando libellum, si vis postea aliū libellū dare, & petere diuisionē fieri, sicut & ego petij, vel nō fieri, & sic vis esse actor sicut & ego: q̄ nō debeat admitti libellus tuus, quia potes consequi virtute libelli mei absque nouo libello. Nam ista lex vult q̄ tm̄ sim actor ego qui prouocaui: ergo nō potes facere te actorem. Et hoc etiam tenuit Inn. in simili. in c. cùm cōtingat. extra de offi. deleg. q̄ si dedi libellum cōtra te petens declarari sentētiam cōtra me latam esse nullam, & inualidam, nō admittit libellus tuus: in quo petas pronūciari cōtrarium[a]: quasi esset necesse ferre duas sentētias: vnā super libello meo, alteram super tuo. ar. ff. in l. de quare. ff. eo. & sic possent ferri sentētiæ cōtrariæ, quod no. Nam eodē modo in rei vēdi. videretur dicendum, si petij declarari rem meā esse, & tu das illum libellum petendo declarari q̄ sit tua: nā potes consequi hoc sine libello, videlicet per sentētiā absolutoriam adiecta causa, quia res est tua: & tm̄ valebit hęc adiectio, quātum si fuisset admissus libellus tuus. Sed in cōtrarium facit quod not. Host. cōtra eundem Inn. in c. ex conquestione. de resti. spol. Cogita super hoc, qa est pulcher passus. †Vltimò no. negotiū dubiū dirimi sorte. Hoc itellige. f. nō reprobata: secus si reprobata, vt qñ fit cū incātatione spirituū: & ita loquit̄ ti. de sor. Itē itellige qñ est quęstio iuris: secus si facti: quia tūc nunquā cōmittitur sortilegiū: vt no. gl. in l. vnica. C. vti pos. quæ inci. sed qualiter formabit iudex in fi. Item intellige qñ nō tendit in præiudicium alterius: vel est parui præiudicij: vt instit. de leg. §. optionis. & l. fi. C. cōmu. de le. post prin. secus si magni præiudicij, alterius tertij, quia tūc non cōmittitur sorti: sed discordantes se inuicē impediunt: ideo concordent: vt l. quoties. ff. de vsufru. & l. huiusmodi. §. fi. ff. de leg. j. insti. de satisd. tuto. §. quòd si nemo. & vide quod per hoc no. Io. an. in c. si duobus. de rescript. lib. vj.

2 ☞ Cautela pro iudice qui timet cōdemnari in syndicatu propter imperitiam, ut alleget se filiumfami. & probet: & tunc nisi aduersarius probet quòd habeat aliquid de peculio, remanebit delusus.

3 Sententia iudicis qui per imperitiam uel dolum malè iudicauit, an sit nulla: & an faciat litem suam?

4 Arbiter per imperitiam uel dolum malè iudicans, ita facit litem suam, sicut iudex: arbitrator uerò non nisi sit in dolo uel lata culpa, ad instar agrimensoris.

5 Idem in notario, si per imperitiam uel dolum facit malum instrumentum.

6 Iudex si nō stetit ad syndicatū, poterit pro extortis & ablatis in patria sua cōueniri.

7 Licet ab iniqua sententia pars appellauit & succubuit, uel appellationem deseruit, tamen iudex ei tenebitur.

8 Iudex non repetit à parte pro qua tulit iniquam sententiam illud quod propter hoc soluit in syndicatu.

9 Si appellatio pendebat tempore syndicatus condemnabitur iudex, ut caueat de indemnitate.

10 Iudex qui tulit iniquam sententiam secutus consilium sapientis, non excusatur.

11 Quòd tunc consultor non tenetur iudici.

12 Hæres iudicis non tenetur stare ad syndicatum pro defuncto.

Nec pater pro filio: & an conueniatur quatenus est in peculio: & quid in maleficio uel quasi?

13 Sententia lata contra filium, si non haberet peculium, an mittatur executioni contra patrem, saltem in eo quod tangeret filium pro legitima?

LEX XIIII.

1 SI filiusfa. iudex. †Iudex qui per imperitiā malè iudicauit, cōdemnat quatenus religioni iudicātis æquum videbitur, quod quātitatem peculij no excedit, si erat filiusfami. si verò per dolum cōdemnat, in vera æstimatione litis: & tūc actio nō trāsit contra hæredem eius. h. d. cum l. seq. & primò loquitur quādo per imperitiam, vsque ibi iudex. †Secundò qñ per dolum. Sit ergo cautus iudex, quādo videt se debere cōdemnari in syndicatu propter imperitiam, vt alleget se filiumfa. & probet: nam tunc si aduersarius probet q̄ habeat aliquid de peculio, remanebit delusus. †In tex. ibi, vel sordes. Sed opp. quia tūc sententia est nulla: vt C. quando prouoc. non est necel. l. vænales. ergo nō facit litē suam, quia pars nō lædit̄. gl. est in l. fi. ff. de var. & extraordi. cog. Sol. intellige hoc, quantū ad expensas, vel sumptus litis, in quibus potest lędi: vel dic q̄ sententia fuit executioni mādata de facto, aliàs procederet cōtrariū. †Sed quæro quid in arbitro[b] q̄ dic idem, quia facit litem suam, sicut iudex: vt l. si quis in conscribendo. in fin. C. de pact. arbitrator verò non dicitur facere litem suam, nisi sit in dolo vel lata culpa ad instar agrimensoris. gl. est in l. fi. C. de cōtrahen. emp. secundùm Ang. †Item in notario, vt in l. fi. de magi. conueni. si per dolum vel imperitiam fecit malū instrumentum. †Item quæro, quid si non stetit ad syndicatū, an in patria sua possit conueniri pro extortis & ablatis: dic q̄ sic per tex. cum gl. in l. ij. ff. ad leg. Iul. repet. †Item quæro quid si pars appellauit ab iniqua sententia, & succubuit, vel appellationem deseruit: videtur q̄ iudex non teneatur, quoniam sentētia habetur pro iusta, nec potest allegari amodo iniqua. iuxta not. in l. Iulianus. ff. de condi. indebit. sed hoc est verum respectu partis, in cuius fauorem est lata: sed contra iudicem adhuc potest allegari iniqua, & eius iniquitas detegi: vt no. Inn. in c. iæpe. extra de ap.

8 †& Bar. in q. disputata per eum, quæ incipit à sententia iudicis. Item quęro an iudex repetat à parte pro qua tulit iniquā sententiam, illud quod propter hoc soluit in syndicatu: dic q̄ non: quia soluit pœnam sui delicti, nec ista solutio aliquid prodest parti. arg. ff. de interrog. act. l. qui seruum. & l. j. §. nunc tractamus. ff. de tu. & ra. dis. & ita not. in l. mancipia. C. de ser. fu.

9 per Bald. & Ang. †Quid autem si appellatio pendebat tempore syndicatus: Respondeo, quia dubium est de euentu, condemnabitur, vt caueat de indemnitate. arg. in l. pen. ff. de, petit. hæred. si enim appellans obtineat, non damnificabitur: etiam de facto iudex non tenetur: secus, si succumbat. †An autem

10 iudex qui tulit iniquam sententiam, secutus consilium sapientis, excusetur: dic quòd non secundùm Ang.[c] hic: quia nō tenebitur sequi ipsum. l. ij. in princ. & §. si manda. Item, quia iudex asserit se peritum. l. ij. §. quod quisque iur. hoc tenet Iacob. But. †addens quòd consultor non tenetur iudici. de hoc per

11 Barto. in l. in bonorum. ff. de bon. possess. & de re iudi. l. si cōuenerit. Ang. †Vltimò no. in l. seq. quòd hæres iudicis non te-

12 netur stare ad syndicatum pro defuncto, sed nec pater pro filio, nisi quatenus esset in peculio: regulariter autem ex maleficio, vel quasi, non datur actio de peculio, contra patrem, nisi quatenus peculium esset locupletatum: vel nisi esset iam condemnatus, quia tunc daretur actio ex sententia quæ nō est ex maleficio, sed ex quasi contractu: vt l. ij. §. si filius. & §. ex causa. ff. de minori. nec etiam tenetur pater noxali pro filio, licet

13 pro seruo sic: quia non potest filius dari pro noxa. †Est tñ dubium an sentētia lata contra filium si non haberet peculium, mittatur executioni cōtra patrem, saltem in eo quod filium tā geret pro legitima: de quo vide per Gul. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in Spe. de sen. execu. §. sequetur. ver. quid si filius. & in c. ij. extra de delic. pu. per Io. an. & adde qđ no. ff. de noxa. l. quoties. & qđ no. Bar. in l. si finita. §. si de ve ctigalibus. ff. de dam. infec. in vlti. col. & l. si filius. ff. solu. matr.

2 ☞ Officium iudicis est indiuiduum: & ratione partis impeditur totum.

3 Si tres habeant rem communem, & inter duos istorum oriatur quæstio ratione dictæ rei, quòd tertius habens rem communem non poterit esse iudex in hac causa.

Lex

IVlianus ait. †Si iudex efficiatur pars per successionem, alius iudex est adeundus. h. d. Nec poterit talis iudex hoc casu causam delegare: secus tamen in aduocato facto iudice, quod declara vt per Ange. in l. prætor. ff. de iurisd. iud. & sic iudex succedens parti, est suspensus, quasi habens consimile:

2 & an sit consimilis, relinquitur arbitrio iudicis. † Item allegatur ista lex, q̄ officiū iudicis est indiuiduum: ideo ratione partis impedientis impeditur totū. Ang. & per istum tex. cū gl. di

3 cit Bar. † q̄ si tres habeant rem cōmunem, & inter duos istorum oriatur quæstio ratione dictæ rei, q̄ tertius habens rem cōmunem, non poterit esse iudex in hac causa. Bar.

2 ☞ Si dati sunt tres iudices cum clausula, quòd si non omnes poterunt interesse, duo ex eis possint iudicare: & alter ipsorum impediatur impedimento parum duraturo, non debebunt alij iudicare, sed expectare.

3 Idem in aduocato.

Idem in notario scribente acta unius causæ.

4 Quid in arbitris? & quid si alter ipsorum mortuus est.

5 Delegatus an subsistente iusta causa, possit lite contest. reuocari.

LEX XVII.

1 SI longius spatium. †Si iudex delegat impediatur lōgo impedimento, alius est subrogandus. h. d. si autem non est longo, expectandus, vt l. placet. §. finali. de vaca.

9 obstare. †Sed aduerte q ista mēbra recipiūt limitationē. Primum ēm qñ superuenerit ex causa noua, procedit fm Inn. in c.abbate sanè.de reg.iu.in vj.qñ egi specificādo causam: puta, egi ad centū quæ promisisti mihi tali die.& tali mēse ante litē cōte.cū nō promisisses,sed postea promisisti:vel ago rei vē.asserēs me dñm ex vēditione mihi facta per talē,cū adhuc nō vendidisset,sed vēdidit post. Si aūt egissem generaliter dicēdo, q mihi teneris in centū ex causa donationis,nec dixi qñ fuisset facta,vel egi reivē.dicendo me dñm,nec dixi ex qua causa.tūc tenet.Inn.de hoc fecit festū in d.c.abbate sanè.q nō habeat locum ista l.imò q si post lit.cōtesta.incipis debere ex causa donationis,vel incipis esse dns ex causa noua, q hoc sufficiat de æquitate vt possis cōdemnari, & q iudex salua cōscientia nō potest te absoluere:de qua decisione Pet.de Bel.per.truffatus est:& dicit eā nō esseverā de iure nostro,vt refert Cy.in l.vnica.C.de alie.iud.mut.cau.fa.credo in vj.q.quia imò tunc propriè loquitur ista l.aliās nō haberet dubiū, si specificasset causam contractū factū tali die vel mēse,cùm nō esset:nā quis dubitaret hoc casu:quia nō deduxit in iudiciū nō factū, nisi contractū factū tēpore præcedēti.Cōprobat etiā Pet.aliis subtilibus rationibus.Ideo illa decretalis esset seruāda in terris ecclesiæ non in terris imperij in curia seculari,iuxta no.in c.fin.de arb.li.vj.Secūdum membrū est qñ superuenit ius ex causa de præterito,q illud sufficiat.Ang.videt hoc limitare, si talis acquisitio iuris retrotrahitur ad tēpus causæ:pone exemplum,si debes mihi sub cōditione ex cōtractu,pēdēte cōditione, ago, & lite pendē.superuenit cōditio,nā trahitur retro.vt l.potior. & l.qui balneum.ff.qui pot.in pig.hab.& tūc ratio esset clara, quia attēta fictione,videor habuisse hoc iustēpore lit.contest. quia nec verè nec fictè habuissem ius tēpore cōte.vnde nō pōt dici iudiciū deductū. Mihi nō placet hæc distinctio:nec videt esse de mente gl.& doct.& videtur cōtra l.si rem.§.fi.ff.de pig. act.quia ibi solutio debiti nō trahitur retro, imò operat, vt ex nunc:nec ibi singitur pignoratitia nata à prin.sed nascitur hodie post solutionē:licet non ex ipsa solu.sed ex traditione pignorū prius facta:& hoc sufficit ad cōdemnationem: & idem dicerem in legato conditionali. Alia limitatio est, quia proceditquando petitur tanquam debitū de præsenti, cùm tamen non debebatur. Si autem tanquā debitum, quod sperat sequi tunc non debet actor admitti,nec debet obtinere sententiam, licet postea sequatur:quia ineptè egit fundando iudicium super futuro:& hoc casu loquitur.l.non quemadmodum.

2 ☞ Ecclesia non dicitur pati defectum in diuinis,si unus ex pluribus ministris subtrahatur uel deficiat,& alij sufficiant.

In literis Papæfrequēter ponit clausula,dūmodo in diuinis nō patiatur defectū debi-
3 In loco in quo quis adit hæreditatem, non fortitur fōrum sola ratione additionis, nec ibi potest conueniri,& in quo loco debeat conueniri?
4 Restitutio hæreditatis ex Trebelliano idem operatur quo ad iura utilia in fideicommissario: quòd operatur aditio quo ad iura directa in hærede.
5 Licet in fideicommissarium transeant actiones utiles:non tamen transit priuilegium quod habebat hæres restituens hæreditatem super eis directis, non tamen tanquā hæres:sed alio respectu concernente personam suam tantum.
6 Sicut post lapsum termini dati ad probandū,nō admittitur quis ad probandū per testes uel instrumēta:ita nō admittitur ad articulandum, & petēdum aduersariam compelli quòd respōdeat articulis,et positionibus,mediāte iuramēto de calūnia.
7 Illud quod fit causa necessitatis,eatenus fit,quatenus necessitas urget,& non ultra.
8 Remissio processus de uno iudice ad alium.

Restitu

9 Restitutio hæreditatis ex Trebelliano quòd petatur actione ex testamento:& an officio iudicis?
10 Agens officio iudicis nobili,an possit reconueniri?

LEX XXIIII.

1 NOn aliàs in eos. † Lex ista cum sequentibus vsq; ad l.sed si restituatur.in §.si pater.tractat de materia l.ij.§.legatis.ff.eod.& tria facit iurisc̄sul.in effectu: quia ponit quatuor casus,in quibus legatus potest conueniri tempore legationis:nec habet priuilegium reuocādi domū. Vnus est ratiōe cōtractus tūc ibi celebrati,per eū:vt in prin.istius l. Secūdus ratione delicti cōmissi per eū,vel auum suum,ibidē si conuenitur actione noxali.vt in prin. Alij duo casus ponuntur in l.sed & si restituatur.§.ædium.& §.sed si dies.quando periculum est in mora,vel ratione rei de qua agitur, vel quia actio erat tempore peritura:quia tunc compellitur quatenus necessitas exposcit,& non vltra. Secūdo principaliter ponit duos casus, in quibus videbatur indistinctè posse conueniri:& tamen non ita est. Primus,quando conueniretur rei ven. pro re mobili aliena,quam reperitur tunc possidere:nam rei vendi.datur ratione præsentis pos. cū ergo possessio cōsistat in facto, & ipse nunc exerceat illud factum,videbatur posse cōueniri & sic pro contractu vel delicto tunc ibi celebrato:& tamē nō ita est, sed cum distinctione.Nam quidam distinguebāt,si auocaretur ab eo illa res,ipse legatus pateretur defectum ministerij: vt quia habebat vnum tantum seruū alienū,vel duos: & ambo erāt necessarij:& vno sibi ablato necesse haberet alium subrogare: vt tunc,pro illo non possit cōueniri. Aut habebat multos, ita q ablato vno,posset trāsire cū alijs:& tūc possit cōueniri.Sed Iurisc̄sul.reprobat hanc distinctionē,& ponit aliā:q aut incœperat possidere aliū seruū ante legationē, & tūc indistinctè nō possit pro alio cōueniri ne auocet ab officio legationis. Alius casus est in quo videbatur posse cōueniri,& tñ non conuenit, scilicet,qñ tēpore legationis:& in illo loco adiuit aliquam hæreditatē,sibi delatam,vel fecit eam sibi restitui per fideic̄. nā per hoc censet quasi cōtrahere cū creditoribus,& legatarijs,vt l. hoc autē. §.fi.quibus ex causis.ff.ea. & sic videbitur posse conueniri,sicut pro contractu ibi celebrato,vt in princi.l.quia quantū ad hoc,cōtractus & quasi contractus æquiparantur ar.
2 ff.e.l.hæres.absens.in prin.& §.j.&l.omnē & nihilominus determinatur contrariū in d.l.de eo.cū l.seq.cū prin.se. & ratio est: 1
quia iste quasi contractus celebratur cū incerta persona,& sine consensu illorū,quibus obligat:vnde non remanēt decepti:licet ex hoc nō sortiant ibi forū. Secus quādo cū persona certa: quia remaneret decepta,si nō posset eū ibi cōuenire: & sic non ob.contrariū. Tertiò & vltimò circa prædictam materiā determinat duo dubia.vnde in l.sed & si restituat.in §.ex quibus.& ista sufficiant pro summario,& casum in terminis nō potuisse melius vobis recolligere,& nisi per istū modū recolligeremus isti tex.infrascarēt intellectū & doct.nō declarant. Not.in l.nō alle.in ver.sed si postulat.ibi.si verò ex multis &c.arg.optimū,
2 secundū Ang.† q ecclesia nō dicatur pati defectū in diuinis.si vnus ex pluribus ministris subtrahatur,vel deficiat: quia sufficiunt alij:secus si esset vnus,vel duo,& vnus sine altero nō sufficeret,& hoc no.quia frequēter Papa in suis literis imponit ii
3 lam clausulā,dūmodo in diuinis nō patiat defectū.† Itē no.in l.de eo.quia videtur ibi casus,q in loco in quo quis adit hæreditatem, nō sortif forū sola ratione aditionis, nec ibi pōt cōueniri:sed quo loco debeat cōueniri,dic vt ff.e.l. hæres absens.in prin.qñ cōueniē ex persona defuncti pro debitis hæreditarijs: quia in loco in quo poterat defunctus,vt ibi,subaudi etiā in loco in quo ipse adhuc sortif forū ratione suæ originis,vel paternæ vel domicilij.Pro legatis verò & fideicō.dic vt ff.eo.l.quod
4 legatur.& l.fideicōmissum.in prin.† Itē not.in l.sed & si restituat.circa prin.q restitutio hæreditatis ex Trebelliano, idem operat quo ad iura utilia in fideicōmissario, qđ operatur aditio,quo ad iura directa in hærede:quia sicut per additionem acquirit hæres dominiū directū,& directas actiones hæreditarias:ita & fideicōmissarius vtile dñiū,& vtiles actiones actiuē
5 & passiuē.† Itē no.§.j.q licet in fideicōmissariū transeāt actiones vtiles,nō tñ trāsit priuilegiū qđ habebat hæres restituens hæreditatē sup eis directis,nō tñ tanq hæres, sed alio respectu concernēte personā suā tm:facit l.si hęres a
6 pecuniā.ibi no.ff.ad Tre.† Itē no.in §.ex quibus ar.imò casum,q sicut post lapsum termini dati ad probandū,nō admittitur quis ad probandū per testes, vel instrumenta:ita non admittit ad articulandū, a & petendū aduersariū cōpelli,q respondeat articulis,& positionibus mediāte iuramēto de calūnia:ga ista est species probationis,& optimè facit l.in cōtractibus.
7 §.illo.C.de nō nu.pec.† Vltimò no.in ver.sed si dies. q illud, quod fit ppter cām necessitatis eatenus fit, quatenus necessitas vrget,& nō vltra facit l.senatus.ff.de offi.præs.† No.etiā de remissione,pcesus de vno iudice ad aliū: oēs gl. quę sunt hic tendūt ad declarationē literæ quæ satis est clara per prędicta. Vna tamē gl.in l.sed & si restituat in prin.videtur velle dicere
9 duo,in quibus reprobat. Vnum est † q restitutio hæredita.ex Trebel.petitur officio iudicis. Certè imò petit actione ex testamento,sed quòd hæres cōpellatur adire, bene poterit officio iudicis,ita no.hic & melius in l. & sine scriptura.C.ad Trebel.
10 & eo.tit.ff.ad Trebel.l.si legatis.in prin.† Aliud dicit gl. q ille qui agit officio iudicis nobili,nō pōt recōueniri, quod etiā reprobat per l.j.§.fin.ff.de varijs & extra.cog.qđ dic vt in auc. & consequenter.C.de senten. Ad contrariū autem formatum in gl.de l.ij.§.sed si agant.ff.eo. respōde, vt ibi not.in gl. super verbo compelluntur.in prin.& hoc in fi.illius glo.

2 ☞ Si aliquis decesserit relicto uno filio iam nato,& uxore prægnante: & filium iam natus egit contra debitores hæreditarios pro dimidia,cum debuisset solum admitti ad quartam partem,& succubuit.& postea unus tantum natus est, & sic fuit hæres in dimidia,an sententia sibi noceat solum in quarta?

3 Rerum natura dicitur esse certa de omni eo, quod est in substantia, licet nullus homo mundi hoc sciat.

Lex dicitur esse certa de omni eo quod est certum in rerum natura: & secundum illud operatur effectus suos legales.

4 Iudex nō debet nec potest præiudicare de occultis:sed de his quæ sunt uerisimilia, & esse possunt.

LEX XXVIII.

SEd & si restituatur.

§.Sed si pater fa. † In ventre præsumunt in dubio esse tres: ideo iam natus interim ad agendū tanquā hæres pro quarta tantū parte admittitur.hoc dicit. Et aduerte quia tres sunt casus, in quibus si aliquis decesit intestatus relicto filio iam nato,& vxore prægnante vel facto testamento,in quo instituit iam natum,& ventrem vxoris suæ. Primus est,q pro quota portione iam natus pendente natiuitate posthumi sit hæres suus, & necessarius per l.& iste articulus extendit in l.cum quidam.§. quod dicitur.& §.suum hæredem.ff.de acquirē.hære.quia pro illa parte,quæ ipsum verè tangit,est hæres,attento numero liberorū,qui sunt in vtero:vnde si erat vnus ipse est hęres in dimidia:si duo,in tertia:& sic de singulis:& hoc postq partus formatus est,quod per certos dies cōtingit,vt dicūt physici, quia tūc sicut est certū in rerū natura,quot sunt in vtero:ita & lex reputat esse certa,& pro illa parte facit ipsum hæredem:sed ante partū formatū,non est certū in rerū natura, quot debeant formari:& quia possunt formari plures ex eo,cōceptu vsq; ad vij, seruatur media via, vt efficiatur iam natus hæres pro quarta tantum parte,& postea crescat, & decrescat, secundū q casus postea eueniet. Secundus casus est,si iste iam natus iterū vult agere,tanquam hæres pro quota portione admittitur ad agendum:& in hoc indistincte dicendū est,q nō admittit, nisi pro quarta,etiam si esset hæres insolidum,quia nullus esset in vtero,vel pro dimidia,quia esset vnus tantum, & hoc expedit in l.antiqui.ff.si pars hæred.pe.quia licet lex sit certa, & rerum natura:non est certus iudex,nec aduersarius:vnde cum posset cōtingere contrarium,quòd plures sint in vtero,nō debet iudex admittere ipsum in plus, quod etiam probatur hic. Tertius casus, si fuit admissus in plus, puta insolidum, vel pro dimidia, & lata fuerit sententia contra eum absolutoria, & appareat postea quòd ipse erat hæres pro illa parte,pro qua egit, sci

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet insolidũ,vel pro dimidia,an in totail la parte noceat sibi snia, postquã fuit in to ta admissus,& tota sibi cõpetebat an antẽ noceat solũ in quarta parte,ad quã dantaxat debeat admitti:& in hoc habemus istum tex.qui videt velle,ꝙ solũ noceat in illa parte,in qua debuit admitti,& nõ vltra. Item habemus.l.si pater.ff.de solu.quę de directo sentit oppositum.gl.tenet sibi primã partem per istum tex.& sic sentit,ꝙ Iulianus ibi malè determinat.Bart.ibi distinguit, an ante latam sniam superuenerit certitudo,& tũc habeat locũ illa l.vt noceat in toto:aut.f.post sniam,& tũc habeat locũ iste ℣.& illa gl.posset dicere melius,ꝙ aut fuit opposita exceptio per aduersariũ, quod nõ debeat admitti in plus,& ea nõ obstãte,fuit admissus: & tunc factum iudicis nõ debet aduersario prodesse.præter sui voluntatẽ,qui nolebat eũ admitti in plus: & ita loquit iste tex. Aut nõ fuit opposita exceptio,& tũc sicut aduersario nocuisset condẽnatio in totum postquã nõ opposuit:ita & prosit sibi absolutio in totum in quo reperitur ille fuisse hęres:& ita intelligitur.l.cõtraria.& hęc magis placet:& rõnabilior est:licet doc. eam non tangant. † In tex.ibi relicto vno filio,& vxore prægnante subaudi,i.intestatus, vel facto testõ, in quo vnicũ filiũ instituit,& etiã ventrẽ vxoris,qui filius egit cõtra debitores hęreditarios ,p dimidia, & succubuit & postea vnus tantũ natus est:& sic apparet ꝙ erat hæres in dimidia,& ꝙ inspecta veritate potuit dimidiam petere,& inspecta ignorantia iudicis & aduersarij, non erat admittẽdus nisi ad quartã partẽ. Vnde quæritur,an in quarta tantũ parte noceat sibi snia,& sic ea non obstante posit aliam quartã partẽ petere an noceat in tota dimidia ? rndet,vt sequitur, ꝙ non rectè fuit admissus vltra quartã partem,quamuis ex postfacto appareat,ꝙ esset hæres in dimidia:quia vnus tantũ natus:& quãuis esset hoc datũ,tñ certũ est in rerũ natura:& sic exponit cum,ꝙ quãuis. Debuit ergo mitti solum pro quarta parte, ergo pro illa tantũ nocebit sentẽtia. potius em debemus inspicere inscientiã, id est ignorantiã quæ erat apud iudicẽ,& partẽ,quã incertitudinẽ, quæ erat in rerum natura. † No.ergo ꝙ rerum natura dicitur esse certa de omni qđ est in substantia: licet nullus homo mũdi hoc faciat. Item ꝙ de omni eo,qđ est certum in rerum natura,similiter lex dicitur esse certa:& secundũ illud operat effectus suos legales.† Item not.ꝙ iudex non debet,nec potest iudicare de occultis: sed de his quæ verisimilia sunt,& esse possiunt:& ita dicunt Canoñ.ꝙ ecclesia non iudicat de occultis. Vndeadmittit ad sepulturam vsurarium,& quemlibet morientẽ in peccato mortali,si de hoc non constat, quòd potius præsumitur contrarium: vt patet in istis qui occidunt,& suffocantur non confessi,& sine sacramẽtis:nam præsumit ecclesia quòd in illo puncto confessi fuerint Deo,& mortui fuerint in charitate:quod esse potuit: & si contrarium constaret,verum statueret.

a ¶ In.j.addevt per Abba. in c.j.de ordi.cog. & per Federi.consilt. clxxviij.

a ☞ Causa reconuentionis dicitur quando ante litem contestã. uel etiam post inconti nenti,datur libellus in ea: si ex interuallo , dicitur causa principalis conuentionis & quòd tunc dicatur mutua petitio.

§ Regula qui prior appellat,prior agat,quando procedat ? nume.2.

LEX XXIX.

1 QVi prior appellat. † Glo. ponit hîc casum in causa cõuentionis, & recõuentionis:sed cõtra in auf.de his qui conue.& recõ. posita.C.de sen.auf.& cõsequẽter.vbi patet, ꝙ in vtraq; cã proceditur simul.& iste tex.videt velle ꝙ prius expediat causa cõuentionis,quę primo fuit inchoata.So.scđm gl.fateor,ꝙ simul in vtraq; parte datur,tñ in singulis actibus expediẽdis, ille qui primo incœpit agere, debebit esse primus: & postea in eadem snia terminabitur vtraq; causa,incipiẽdo à causa conuẽtionis, & postea in cã recõuentionis:& hoc vult ista l. & sic dum dicit prior agat, nõ debet exponi.i.peragat:vt sic prius expediatur causa cõuentionis,quã aliquid fiat in causa recõuẽtionis:sed de
2 bet exponi.i.prosequat in singulis actibus.† Tũc aũt dicit causa recõuẽtionis,qñ ante lit. cõte.vel etiã post incõtinenti datur in ea libellus:si aũt ex interuallo.nõ dicit cã recõuentionis:sed principalis conuentionis: nec tũc habebit locũ ista.l. nec id qđ ℣.dixi:qa nullus ordo erit inter dictas causas:imo etiã super secũda,si natura causę hoc patit,poterit per prius procedi,& terminari:& de hac loquit tex.in c.dispendia.§.reus,de reseri.lib. vj.dicitur tñ mutua petitio:vt in tit.de mu.pet.& ℣.de iur.om. iud.l.si idem cũ eo. †Secũdò opp. ꝙ prius expediat secunda causa:& interim supersedeat in prima:vt in l.j.C.qui accus.nõ pos.Sol.ista l.loquitur qñ vtraq; causa est ciuilis: siverò ambæ sunt criminales,tũc adhuc potest habere locũ, quod hic dicit. ſ.ꝙ primò expediat causa prius inchoata, anteq; aliqd audiat in secũda:& sic exponetur prior agat,i.peragat. Primus casus est,qñ prima accusatio esset de maiori crimine, quàm secũda: vt ff.eo.l.per minorẽ.Secũdus casus est qñ essent æquales, vt l. negãda.C.qui accu.nõ pos.quia nõ relatione criminũ, sed innocẽtia reus purgat:vt l.is qui reus.ff.de pu.iudi. Tertius autẽ casus est,qñ secunda esset de maiori crimine,tñ proponeretur postq; nomẽ accusati esset receptũ inter eos,nec ille,pſequeret suam vel suorũ iniuriã:vt d.l.negãda.Si autẽ ante nomẽ receptum inter eos,tũc habet locũ l.cõtraria:quia debet supersederi in prima,& expediri secũda quæ est de maiori crimine,maximè si est præiudicialis ad primã: vt si te accuso ꝙ vulnerasti seruũ meum de mẽse Iunij:& tu me reaccusas ꝙ eũdem seruũ occidi de mẽse Maij:si enim hoc esset verũ,prima accusatio est falsa:quia nõ potuistivulnerare iã occisum:ideo supersedetur in prima,& procedet in secũda,vt in cõtrario. Idẽ videt,si non esset maior,tñ esset præiudicialis vt si te accusaui de aliquo crimine,& probaui per testes, tu reaccusas me ꝙ produxi falsos testes,nã si hoc est verũ,probatio mea nõ prodest,de hoc vide tu per Cy.in d.l.j.ante ff.Sed opp.de l.ff.C.de ord.iud.fol. dic hic vtraq; erat ciuilis in cõtraria,prima erat ciuilis, secunda
2 criminalis:vnde supersedet in prima[a],& procedet in secunda quia criminalis semper cẽsetur maior,& hoc no.fm Ange.qa si mouet tibi quæstio ciuilis magnæ quãtitatis, & ff vis facere accusatorẽ de aliquo crimine,caueas tñ ꝙ possis probare:alias cõdemnareris de calumnia,& interesse. Quartò opp. insti.de act.℣.præiudiciales so.intellige hanc l.qñ vna nõ erat prędiudicialis ad alterã,aliàs procederet in præiudiciali, & in alia supersederetur,vt si egi cõtra te ad centũ,tu recõuenis me super statu,dicẽs me esse seruũ tuum:nã proceditur in hac secunda. vt l.qñ Alexãdrum. C.de adul.interdũ tñ supersedet in præiudiciali:vt si prima erat vniuersalis,vt petitio hæreditatis, & secũda particularis,quæ facit præiudiciũ in prima:quia nõ est iustũ,ꝙ per particulare fiat præiudiciũ in vniuersali: & ita loquitur l.si quis libertatẽ,cũ sua materia.ff.de pet.hære.& C.eo. ti.l.ff. Quintò op.de l.si de vi.ff.eo.sol.ista loquit qñ vtraq; est petitoria:si autẽ in prima est petitoria,in secũda possessoria,loquitur l.cõtraria:quia supersedet in prima , & procedet in secũda:quod dic vt ibi. Vltimò op.de l.j.C.de ord.iud.Sol.ista quæ dicta sunt,procedũt qñ vtraq; causa est æquè principalis quia præponit per modũ agẽdi.Si autẽ j.est principalis,secũda verò incidẽs,vel emergẽs:qa ,pponitur per modũ excipiẽdi,tũc loquit l.cõtraria.quia fundata intẽtione actoris, anteq; super ea feratur sentẽtia,discutit de exceptione,nõ tñ super ea pronũciatur expresè,sed sufficit ,pnũciari super principali vt in l.cõtraria.& hoc qñ tãgebat negotiũ principale.Si aũt personam tm agẽtis,vel iudicis,vel procuratoris, tũc illa nõ dicit incidẽs,sed emergẽs,& sup ea est priùs cognoscẽdũ,& ,pnunciãdum,vt no.ff.e.l.de qua re.Et sic ex prædictis recollige tres casus.Interdũ vtraq; est ciuilis,interdum vtraq; est criminalis. Interdum altera ciuilis,altera criminalis. Primo casu,si secũda est præiudicialis ad primã,vel est possessoria,& prima petitoria, vel præiudicialis:tunc aut ex causa reconuentionis , aut principalis cõuẽtionis.quod dic vt ℣.dixi.In secũdo casu non est nostra materia,sed dic de ea plenè per Cy. in d.l.j.& l.negãda.& per Bar.in l.is qui reum.ff.de pub.iudi. Tertio casu, dic,vt l.ff.C.de or.iud.& ex hoc remanet tota gl.expedita.

2 ☞ Præuentio potest allegari per præuentum ad sui commodum:ne coram alio iudice trahatur inuitus,sed interdum nocet præuentio, ut coram alio trahatur inuitus,licet postea mutauerit forum.

3 Iudex delegatus uel arbiter si inceperunt cognoscere de causa in uno loco, possunt eum mutare,& eam terminare in alio loco: & tũc quando citatur pars ad sententiam,debet exprimi locus secundus,& quid in iudice subrogato: & mu.4.

4 Iudex ordinarius qui habet certum tribunal,ubi incepit cognoscere,ibi debet determinare,nec potest mutare locum sine consensu partium.

5 L.is inchoatã coram potestate contra mercatorẽ,ſt deinde uacet officiũ potestatis, potest trahi coram consulibus mercatorum si non speratur de proximo successore.

Lex

LEX XXX.

a a 1 VBi cœptum [a] est. †Pone hic casum si erãt duo iudices ordinarij, quorũ quilibet habebat iurisdictionẽ & exercitiũ insolidum in aliqua causa,puta,potestatis & consules mercatorũ in causa mercãtiæ. Incœpi agere coram potestate cõtra te mercatorẽ in causa mercantiæ,postea lite cœpta incipio te cõueniri coram cõsulibus mercatorũ, certè potes obijcere de litis pendẽtia,& petere te remitti ad potestatẽ qui pręuenit in iurisdi. Et no.ꝙ hoc casu quo vterq; iurisdictionẽ habet, dicetur quis pręuenisse per solã citationẽ,vt ff.eo.l.si quis postea. non sic,si primo te conuenissem coram iudice incõpetente, quia nõ videret pręuenta iurisdictio,nisi cõparuisses,& in illũ consensisses prorogando iurisdictionẽ tacitè vel expresè secundũ Bart.& bene:sed in primo casu etiã si adhuc nõ cõparuisti, nõ tñ eras cõtumax,adhuc posses:aliàs nõ posses te tueri de pendentia illius litis coram alio iudice, sicut nec coram primo , & hoc ponit Bart. plenè in l.sepulchri.ff.de sepul.viol.vbi oĩno vide. & in l.hoc amplius.infrà de dam.infect.& vide omnino quod
2 no.†Guliel.de cu. in 1.cum nemo. C.de iur. om.iudi. & sic in ista l.prędictio põt allegari per prędictũ,ad sui commodũ,nec coram alio trahat inuitus:sed interdũ nocet prędictio vt coram primo inuitus trahat,licet postea mutauerit forũ: & sic loquit l.si
3 quis postea.ff.eo. † In gl.nã etiã in alio loco apud eundẽ iudicẽ edictũ.intellige gl.in iudice,qnõ habebat certũ tribunal:vt est iudex delegatus,vel arbiter:nã si incœperũt cognoscere de causa in vno loco,possunt eũ mutare,& eã terminare in alio loco:& hoc vult ista gl.quã no. Aduertendũ tñ est,ꝙ si citat pars ad audiendã sententiã,debet exprimi locus secũdus:aliàs censeret citata ad locũ primũ,& sentẽtia lata in alio loco nõ vales
b ret,tanq; parte nõ citata.[b]vt l.si vt ,pponis.C.quo &qñ iu.†sed
4 iudex ordinarius,q habet certũ tribunal,vbi,incœpit cognoscere, ibi debet terminare: quia nõ põt mutare sine consensu partiũ. In gl.ibi primũ fallit.ff.eo.l.si lõgius. dic illa nõ est bona fallẽtia,qa loquit in iudice subrogato,q censet idẽ cum illo in cuius loco subrogatus est:sicut iudex delegatus idẽ cũ delegante:vt sequit in gl.& l.ista loquit, qñ esset penitus diuersus iudex:sed bene fallit ff.e.l.sed & si restituat ver. sed & si dies actionis.in fi.vbi lis inchoat coram iudice loci,vbi legatus erat quis missus,& facta statione remittitur processus ad iudicẽ domiciliũ,qui erat penitus diuersus.Sed dic,ꝙ ibi fuit ex necessitate lis inchoata coră primo,ne dies actionis periret:ideo non
5 põt vlterius illa progredi:& necessitas facit licitũ,quod aliàs non erat. †Et hoc sequit ꝙ si lis sit inchoata coram potestate cõtra mercatorem,deinde vacat officiũ potestatis , poterit trahi coram consulibus mercatorũ,secundum Bar.quod videtur verum,si non speratur de proximo successore,aliàs ille debet expectari per l.si longius.ff.e.in prin.

a ¶ Vbi cœptũ. Adde vt per Areti. consilio xxix.per Bar.Soz.cõsilio xxxvij.

b ¶ Non citata.adde ꝙ voluit Rota decisio. suis.clxxij. de tekta.in nouis.ꝙ si testes sunt, citati ad iurandũ, & pars ad videndũ iurare ad diẽ nõ iuridicã, & illa die iurãt in absentia partis,ꝙ nõ valet, nisi iudex de benignitate in diẽ crastinũ terminũ prorogasset partibus præsentibus:per ea.consuluit.de offi.dele.

a ☞ Actio sicut diuiditur inter hæredes,ita & instantia inchoata super ea quæ ita trãsit ad hæredem,sicut actio,& etiam in alium uniuersalem successorem: sed fallit in fisco qui habet proprios iudices.

LEX XXXI.

1 SI petitor plures. †Si vnus ex pluribus hęredibus litigatoribꝰ litẽ per defunctum inchoatã insolidum prosequatur sententia lata cõtra eũ,alijs qui nõ consenserint,nõ præiudicat.h.d.no.sicut em vnus ex hæredibꝰ nõ poterat inchoare,nisi pro parte sua,quantũ ad præiudiciũ aliorũ,vt l.sæpe. in prin.ff.de re iu.ita nec prosequi,vt hic, quod est not.Sed cõtra. C.de consor.eiusl.litis.l.ij.ſo.bene admittit tanquã cõsors:licet de mandato nõ appareat dummodo nõ appareat de contraria voluntate:nõ tñ præiudicat aliꝭ,nisi ratificent,vt hic:& ideo cum admittitur,tenet de rato cauere.vt in l.contraria.Sicut videmus in coniuncta persona,quæ licet admittat pro con
2 iuncta,cauet de rato,& sententia cõtra eũ non præiudicat,ni si ille ratam habeat.vt l.iij.§.j.ff.iu.sol.Sic ergo.† not.hic,ꝙ sicut actio diuiditur inter hæredes,ita & instantia inchoata super ea: & sic instantia transit ad hæredẽ, sicut actio vt l. si cum hominem.ff.de fideiuss.& etiam in alium vniuersalem successorem. vt ff.eo.l.tam ex cõtractibus. Fallit in fisco,qui habet proprios iudices:vt l.si constante.§.fin.ff.solu.matri.

LEX XXXII.

1 SI iudex cui. † In secunda delegatione censet repetitũ totum tempus,quod erat appositum in prima,nõ solũ illud quod restabat primo iudici.h.d.& loquit in secũdo delegato subrogato loco primi,qui causam non expederat,& sibi parũ restabat de tẽpore:nã iste secundus integrũ tẽpus habebit:& sic loquit de tẽpore præfixo instantiæ, vt est trienniũ:in illo em dic,vt in l. allegata in gl.pro cõtraria.C. de iudi.l.,pperandũ. & in illo ꝙ habebat solũ id,qđ restabat: dũmodo nõ restaret minus tertia parte tẽporis,puta,anno:aliàs debet suppleri, vsq; ad annũ:& si minus tẽpus prefigeret instãtię per statutũ,idẽ esset dicendũ pro rata.

In tex.ibi:tanta ex integro:patet ergo,ꝙ nõ datur solũ istud quod restabat,licet glo.videat aliter sentire,simile in l.& ideo hæsitatur.ff.de ver.obli.vbi propter impedimentum modici tẽporis,totum integrum tempus restituitur , vt habeat ędificator commoditatem totius temporis:& ita erat hic:quia nouus iudex noua deliberatione indiget,nec debet habere minus tẽpus ad deliberandum,quam habuit primus.In text. ibi legitima tempora.dic,scilicet præfixa instantiæ vt est triennium:illud enim non ita de facili prorogatur.

a ☞ Petens copiam libelli uidetur à iudice petere,quòd partem compellat, & si petit sibi dari terminum ad deliberandum,non uidetur in iudicem consentire.

3 Excipiens de incompetentia iudicis si protestatur,quòd in eum iudicem consentire nõ intendit cautus sit,ut addat, nisi quatenus teneor de iure: & quare?

4 In dubio non censetur quis eligere uiam, per quam actus suus impugnetur.

LEX XXXIII.

1 NOn videtur. † Qui petit copiam libelli, non censetur per hoc in iudicem consentire.hoc dicit.Et dicunt doct. ratio est, quia nihil petit à iudice:sed si aliquid ab eo peteret, vt si opponeret exceptionem contra personam agentis,quo casu videtur tacitè petere , quod super ea pronuntiet, videret in ipsum tanquam in iudicem consentire,& sic esset prorogata iurisdictio,licet lis adhuc non esset cõtestata per l.sed & si suscepit.in prin.ff.eodẽ.& not.in c.inter monasterium.extra de re
a iudi.& Bar. in l.quidam consulebat.ff.de reg.iur.†Sed certè etiam qui petit copiã libelli videtur à iudice petere, ꝙ partem compellat.Propterea ponamus quòd petit sibi dari terminum ad deliberandũ,certè adhuc non videt in iudicẽ consentire,vt colligit in auf.offerat.C.de lit.contest. Dic ergo ꝙ per illa quæ pertinent ad deliberationẽ non censetur quis in iudicẽ consen
3 tire,licet ab eo petat:secus in his quæ ad deliberationẽ nõ pertinent:vt si opponitur exceptio,†nisi opponat prędicta protestatione quòd in iudicem cõsentire non intendit. Sit tamen cautus,qđaddat nisi quatenus teneor de iure:sed si simpliciter hoc diceret,tunc iudex potest statim pronuntiare ipsum habere pro contumace:ita eleganter,& singulariter notat Innoc.in c.Romana.de elect.libro vj.dicẽs,quòd fatuus est aduocatus, qui ita simpliciter protestatur,quod per ea quæ facit non intẽdit in iudicẽ consentire,quia iudex potest dicere, & ego nunc authoritate qua fungor,te contumacem reputo, & procedere contra eum tãquam cõtra contumacẽ. Et dicit Angelus ꝙ semel allegauit contra quendam magnum aduocatum, qui cum vidit Innocentium,fuit valde turbatus: quia appellabat eum fatuum , quia sic simpliciter fuerat protestatus,& si non haberemus authoritatem Innocen.posset probabiliter dici,quòd talis protestatio prodesset,quia intentio protestantis fuit & fuisse præsumitur,nõ cõsentire in illũ si nõ erat iudex cõpetens:& in illum tñ casum censetur suã protestationẽ contulisse non autem in casum,quo esset cõpetens.Vnde superfluũ videtur addere,nisi quatenus de iure pertineat,cũ istud debeat subintelligi: tñ propter eius authoritatem caueas ab illa protestatione sic simpliciter facta:si tamen non pronũtiaret,eum haberi pro contumace,illa protestatio satis operaretur: quia si appareret postea,ꝙ iudex esset incõpetens,nõ censeretur prorogata iurisdictio:& sic non valerent acta coră eo facta : ad qđ facit l.mi

Universidad de Navarra
Biblioteca

a ¶ Sub cõditione. An valeat snia sub conditione lata, vide per eundem consi. cxxvj. per Ale. consi. clxxxvj.

les qui destinauerat. ff. de testa. mili. vbi in dubio non censetur quis eligere viam, per quam actus suus impugnetur.

LEX XXXIIII.

1 SIis qui Romæ. † Hæres tenetur prosequi litem in eo foro, in quo contra defunctum erat inchoata, licet alterius fori. hoc dicit. & nota. & ista est verum etiam si ibi non reperiatur, secus si non esset per defunctum inchoata: quia tunc non teneretur, nisi ibi reperiretur. vt supra eod. l. hæres absens. in princip. Item intellige etiam, si sit clericus: quia lis erat inchoata coram iudice seculari: secus si per defunctum non esset inchoata: quia tunc contra hæredem clericum deberet inchoari coram episcopo, vt ibi dixi. & not. xj. quæstio. j. clericum nullus.

2 ☞ Fideiussor potest recipi etiam antequam sit inchoata obligatio principalis, & ea postmodum contracta valeat fideiussio: secus in iudicio.
3 Libellus conceptus tanquã super debito puro, cum sit cõditionale, qualiter admittatur?
4 Iudicium non debet esse elusorium.
5 Libellus an admittatur in quo peto te condemnari ad rem uenditam, & si eam non tradas, te condemnari ad interesse?
Idem si peto te condemnari ad rem, & ad fructus percipiendos lite pendente.
6 Pro debito conditionali, qñ pendente cõditione posit agi: & qñ etiam executio fieri.
7 Sententia lata sub conditione extrinseca: licet ualeat mero iure propter hoc solum potest appellari, & rescindi, & quid sub conditione intrinseca.
8 Sententia potest ferri in omnibus, & per omnia secundum formam consilij uenturi.

LEX XXXV.

1 NOn quemadmodum. † Iudicium non potest fundari super futuro, sed contractus sic. h.d. circa quod aduerte, quia sicut obligatio fideiussoria requirit fundamentũ obligationis principalis, & sine illo esse nõ potest, ita & iudicium requirit fundamentũ iuris agentis, vt patet in l. j. circa prin. ff. si pars hære. pe. in hoc tñ est differẽtia: quia possum † recipere fideiussorem, etiam antequã sit inchoata obligatio principalis, & valet ea postmodũ contracta, sed interim est in pendenti: nõ sic in iudicio, quia super iure meo, quod adhuc nõ est in rerum natura, sed esse speratur, non possum fundare iudicium, agendo, & petendo, ꝙ feratur pro me sententia sub conditione, & in quo casu in quo illud ius in esse producatur, etiam si suberat causa de præsenti, vt quia promiseras mihi sub cõditione, & purè: ago petens te cõdemnari ad dandũ, si contingat conditionẽ existere, vel cum esset tibi delata hæreditas debitoris mei, & nondum eam aduertas, non possum agere contra te, petendo te cõdemnari, in quo casu adeas & hoc dicit ista l. Talis nanq; petitio est inepta, & debet repelli, & posito ꝙ fuerit repulsa, & contingat lite pendente conditionem existere, vel redire, nõ propterea debes mihi condemnari, & si conficeret, nõ valeret, tanquam lata super inepto libello, iuxta not. insti. de ob. in prin. & per Bal. in l. actori. C. de rebus cre. † nõ sic si egissem tanquã super debito puro, cũ esset cõditionale: quia tũc libellus nõ esset ineptus, & ideo si lite pendẽte cõditio existeret, deberes cõdemnari, qa superuenit mihi ius ex cã de præterito, qđ sufficit. vt l. si rem. ff. j. de pig. act. & dixi ff. eo. l. non põt videri. † In tex. ibi: ita iudicium in pendenti &c. & põt esse ratio, quia iudicium nõ debet esse elusorium. vt j. eo. l. si prætor. nec iudex debet hoc pati. vt ff. de arb. l. litigationes. ff. si. sed si deficeret conditio, oĩa gesta & fundata in iure conditionali remanerẽt elusoria: & hanc rationem ponit Inn. in c. quia nonnulli extra de rescri. † Sed opp. de no. in l. j. in prin. ff. de act. emp. per glo. quæ dicit, ꝙ possum petere rem venditã, & si eam non tradas, petere te condemnari ad interesse: & sic ista secunda petitio fundatur in futuro euentu, & de se est cõditionalis. so. scđm Ang. ꝙ hîc dicit. Fallit qñ conditio in qua fundat libellus necessario, vel impletur, vel deficit lite pendẽte: qa tunc bene admittit libellus cõditionalis, vt ibi: aliãs secus, vt hîc, vñ etiã super exceptionibus futuris, & ortũ habẽtibus lite pẽdente admittit, vt si peto te condẽnari ad rẽ, & ad fructus percipiẽdos lite pẽdente, iuxta no. in l. cum propria. C. si quis alte. vel sibi. † In gl. ff. ibi: sed sola differt executio: hoc ideo, quia ibi agebatur ex culpa: secus, si ex dolo: quia tũc nõ differt. vt l. locum. ff. condẽnatio. ff. de tab. exhiben. nõ ergo ob. illa. l. aquil. qa ibi agit ex delicto de pñti, per qđ sub lata fuit mihi spes conditionalis: vnde nõ ago, nec fundo me in illa spe cõditionali, sed in facto tuo, quod nõ est cõditionale, sed de præsenti, qa deleuisti instrumẽtũ meũ cõtinẽs debitum cõditionale. Aliud em̃ est agere ex debito, cõditionali: aliud p debitũ cõditionale, ex tua in dilatione. In glo. ff. ibi, rñdeo. ita idem no. in l. j. C. de sen. quæ sine cer. quan. sed cõtrariũ no. in l. j. C. e. ti. de iud. la. bu. tenet illã gl. cũ ff. qñ præstatio annua debetur rõne cõtractus: qa tũc est vna p oĩbus annis, & licet solutio differat in tẽpus: vt l. Srichũ. ff. liberatio. ff. de ver. ob. sec' si deberet pro libito volũtatis: quia tũc pro primo anno est pura, p sequẽtibus est cõditionalis: sed is vtroq; casu tenet hanc gl. in l. vbi aũt. ff. si sortẽ. ff. de ver. ob. niſi sit in potestate agẽtis, impedire cursum sequẽtiũ præstationũ: vt cũ debes mihi sortem & vsuras annuas nõ possum petere sortẽ, qua soluta, non currerẽt amplius vsuræ: tũc etiam nõ possum petere vsuras, p anno primo & sequẽtibus: vt l. j. ff. j. de vsur. secus qñ nõ est in potestate mea, vt qñ annua præstatio nõ est accessoria ad obligationem sortis: sed est principalis: quo casu rene hãc allegationem cum ff. m Bar. In fi. glo. ibi, de sentẽtia &c. dic sic. ergo fm istã gl. potius toleratur incertitudo in sentẽtia, quàm in libello: qa si fertur snia sub cõditione[a], valet mero iure, licet sic nõ debuerit ferri, sed si porrigit libellus cõditionalis, nõ valet nec debet admitti. vt in hac l. sed ĩ cõtrariũ facit: qa imò æqua debet esse, qa maior certitudo requirit in sentẽtia quàm in libello, vt patet ex no. p gl. in l. j. ff. si qs argentũ. ff. depos. & insti. de act. ff. curares. so. verũ est respectu rei quæ petit, vt in terminis illius gl. sed respectu iuris in quo fundat petitio: secus, vt in hac gl. qa nõ debet fundari super incerto iure, puta, cõditionali, licet snia possit ferri sub cõditiõe. vt in hac gl. † Notandum tñ est ꝙ si esset cõditio extrinseca, licet snia valeat mero iure, ꝑpter hoc solũ põt appellari, & rescindi, vt l. ij. ff. biduũ. ff. qñ ap. sit. si verò intrinseca, tũc si de præterito, vel de præsenti, valet, nec ꝑpter hoc rescindit, qa nõ suspẽdit: vt si iudex condẽnat reũ sub cõditione, si actor ꝑ hauit suã intẽtionẽ, qđ frequẽter faciũt assessores, qñ instat tẽpus instãtiæ & ipsi nõ potuerũt videre ꝓcessus maturè, ne cadãt in pœnã statuti, vt no. in l. cũ iudex. C. de sen. sed melius facerẽt fm Ang. iurare non liquere sibi de causa, & essent excusati: vt l. si de meis. in fi. ff. de arbi. Sed certè sermo esset sic summariè, aliàs periret instãtia, & oporteret inchoare de nouo, sed tũc solũ perquirerẽt, an sit probatum, & fit de hoc declaratio, & sic snia nõ erit inutilis: & ita practicat. Si verò cõditio est de futuro, tũc si depẽdet ex facto illius, p quo fertur snia, debet incõtinẽti impleri, aliàs snia sibi nõ prodest: vt l. si qs iusiurãdum. & l. gñaliter. in princi. de iureiur. C. cũ ibi no. secus si nõ defecisset ex facto illius, qa põt impleri ex interuallo: vt l. à diuo Pio. ff. in venditione. ff. de re iud. & no. in d. l. cũ iudex. † & hoc no. qa frequẽter cõmittunt causæ cõsilio sapientis, & quia instat tẽpus instantię & consilium nõdum venit, solẽt assessores, ꝓnũtiare in oĩbus, & per oĩa secũdùm formã consilij vẽturi, & valebit sententia: licet ex interuallo veniat. de hoc vide per Bal. in d. l. cũ iudex. seu in l. cùm eorum. C. de sen. & adde quod no. Bart. in l. iudex post ff. de re iud. & l. moris. ff. iste fere. ff. de pœnis.

a ☞ Iudex quando ex iusta causa prorogat dilationẽ, debet recipere iuramẽtum à parte, quòd non petit tantum dilationem per calumniam, & quid aliud requiratur?
b Iudex non substitente iusta causa non potest tempus instantiæ prorogare.
c Testes non debent recipi ante lit. contest.
d Tempus ex forma statuti præfixum etiam iudicatis potest à iudice prorogari.
e Mors dicitur casus fortuitus.
f Casus dicitur ille cui per humanum ingenium, uel industriam præuideri non potest.

LEX XXXVI.

1 INterdum ex iustis. † Ex causa iusta iudex potest dilationẽ prorogare. h. d. Bar. pone exẽplum prout vidi in quadam causa hic: nam statutum prefigit terminũ instantiæ quadraginta vel quinquaginta dierum: venit quidam forensis, & mouit litẽ cuidam, cui ille negauit intẽtum agẽtis, agens dicit se habere testes in ciuitate Genuæ, & in ciuitate Forliuij, & petit dari tres mẽses de termino ad faciendũ ipsos examinare, & literas iudicis, quæ dirigant iudicibus illorũ locorũ: opponebat ꝙ hæc dilatio nõ erat dãda, qa trãscendit tẽpus instãtiæ, & qa statutũ nõ dat pro dilatione, niſi x. dies. Certè per hãc l. probatur cõtrariũ, ꝙ subsistẽte iusta causa põt sustineri & differri in

a ri instantię[a] ex dispositione huius l. cũ statuta debeãt intelligi, & limitari secundum dispositionem iuris communis. vt not. in
b l. ff. §. in cõputatione. in fi. gl. mag. C. de iure deli. † debet tñ iudex recipere iuramentũ à parte, ꝙ nõ petit tantã dilationẽ calũniose: sed quia credebat posse ꝓbare, & etiã vltra hoc, ꝙ deponat salariũ pronũtio. vt no. gl. fing. in c. statutũ. §. ff. de resci. lib. vj. quã oĩno vide. & sic iudex debet pronũtiare interim nõ
3 currere tempus instantiæ, & valet: † licet aliàs nõ subsistẽte iusta causa in iure expressa, nõ posset iudex tẽpus instãtiæ prorogare, nec facere quominus currat: vt l. properandũ. §. j. C. eo. ti. Sed oppo. ꝙ actori nõ debeat cõcedi ista dilatio: qa debuit se
4 ꝓmunire antequã litẽ moueret. ar. in l. si qñ. C. de dila. † Rñ. de test. nõ potuit se prẽmunire, qui nõ debuit recipi ante lit. cõte. vt extra, vt lite nõ cõtest. per totũ. vnde necesse habuit litẽ inchoare: sed in instrumẽtis, põt distingui, aut põt sibi imputari culpa, qa fundabat se sup instrumẽtis, quę non habebat penes se: sed sciebat esse penes alios: & tũc imputeẽ sibi, qa debuit prius mò illa recuperare, antequã litẽ moueret: quia sciebat vel scire debebat hoc euenire posse: secus si nõ erat, quid sibi imputaret vt si fundabat intentionẽ suã in alio: & ꝑpter exceptiones rei, de quibus non potuit cogitare necesse habet habere instrumẽta quę nõ habet penes se: per ea quę no. in d. l. si qñ. & ar. in l. pe
5 tendæ. C. de tẽpo. in int. rest. pe. in fi. & not. † ꝙ si etiã ex forma statuti, præfigit certũ tẽpus iudicatis, nihilominus iudex põt illud prorogare ex iusta causa: vt plenè not. Bar. in l. ij. ff. de reg.
6 iur. † In tex. ibi: amiserũt parẽtes. est ergo hi: casus, ꝙ mors dicit casus fortuitus, vt patet. ff. dũ dicit fortuitos casus. Videbatur cõtrariũ: quia casus dicit ille, qui habet se ad esse & nõ esse: sed mors hominis nõ habet se nisi ad esse quia necesse est homi
7 nẽ semel mori: vnde nõ videbat posse dici casus, & tñ contrariũ patet hic & ꝓbat in l. Iulianus. ff. q & à qui. † Nam alibi,
b diffinitur casus, ꝙ est ille, cui per humanũ genus, vel industriã prouideri nõ põt. vt l. ij. §. si eo tẽpore. ff. de admi. re. ad ciui. pertinet. Tũc ergo quero, quid si homo fuit interfectus: certè, non videt, ꝙ iste posit dici casus, quia huic potuit prouideri per humanũ igeniũ, ne cõtingeret: contrariũ dic per notabilem quæ est insti. de capi. dimi. in prin. quæ dicit, quòd omnis mors hoc
c m inis est mala, ' de qua dixi, prouenit dei iudicio, quasi dicat quòd huic non posit prouideri humano ingenio: aliàs diuinum iudicium falleretur: tene menti.

a ☞ Etiam ratione quasi contractus perdit quis priuilegium reuocandi domum sicut ratione contractus.

1 §. Senator si negat. † Argu. est hic secundũ Bar. ꝙ si religiosus exemptus fuit executor testamẽti posit cõueniri corã ẽpo, vt reddat rationẽ administrationis, nõ obstãte exceptione. facit c. j. de pri. lib. vj. vbi si exemptus contrahit in loco nõ exẽpto, posit conueniri corã ordinario. Et erat autẽ hic dubitatio: quia senatus necessarius est in vrbe pro repu. gubernanda. vnde videbat, ꝙ non posset conueniri in prouincia, & impediri quominus Romam redeat: sed cõtrarium est si gesit negotia in prouincia. Sic er-
2 go not. † ꝙ ratione quasi cõtractus perdit quis priuilegiũ reuocandi domũ sicut ratione contractus. Nec ob. l. de eo. ff. eod. quia hic erat celebratus quasi cõtractus, cum persona incerta: quia hic cum persona certa, scilicet cum illo cuius erant negotia.

a ☞ Si intento contra te possessorium retinendæ, & tu postea contra me petitorium uel cõtra, an admittatur concursus? & quòd iudex pronuntiabit prius in possessorio meo, & inhibebit tibi ne me turbes, & postea procedet in petitorio tuo.
b Petitorium & possessorium uel ecõtra, an possint simul, & an etiam in eodem libello intentari.
c Agenti possessorio recuperandæ, quando obstet exceptio dominij seu proprietatis: & quid in interdicto retinendæ?

LEX XXXVII.

1 SI de vi & pos. † Lex ista legit tribus modis, in gl. primò secundũ intellectum Ioã. & Azo. secundũ quẽ h. d. Iudicium petitorium põt occasione eiusdẽ rei, eodẽ tẽpore & inter eosdẽ cõcurrere cũ possessorio, cuiuscũq; generis: sed altero tãtũ est agẽdũ, & cõsilium est, ꝙ inchoet à possessorio, quo finito disputabitur de petitorio. h. d. in effectu supplendo text. prout colligitur ex gl. secundũ hoc, ergo ista l. dat consiliũ, sed si actor nollet ipsum sequi. sed vellet inchoare à petitorio, & cũ eo cumulare possessoriũ, posset hoc facere, quod etiã tenet hic gl. post' prin. in ver. quid autẽ si volo agere. Secũdo modo legi
b tur secundũ intellectũ & opi. Mar. quã sequitur gl. vt totũ in hoc summariũ restringatur ad possessoriũ retinendæ possessionis, vt illud nõ possit cõcurrere cũ petitorio ratione contrarietatis: qa qui agit pos. c retinẽdę dicit se possidere, sed qui agit rei vẽdi. dicit aduersariũ possidere: ideo repellit ratione cõtrarietatis, siue eodẽ libello intentet vtrunq; siue vnũ in vno, post-
ea, alterũ in altero: & hoc casu serua quod dixi: scilicet in summario, in oĩbus & p oĩa. Nõ autẽ procedit in possessorio adipiscẽdæ vel recuperãdę, qa nulla est ibi cõtrarietas: q enim intẽtat illa possessoria, nõ dicit se possidere, sed aduersariũ. Et eodẽ modo si agat rei vendi. Possunt ergo simul cumulari tã eodẽ libello, quã diuersis: & ambo iudicio simul, & eodẽ tẽpore agitari: & hoc probat in l. cũ fundũ. §. fi. ff. de vi & vi ar. & in c. pastoralis. extra de cau. pos. & propri. non ergo habet locũ ista. l. quæ vult, q; prius discutiat de pos. & terminet possessoriũ, & postea peruenias ad petitoriũ: & ista lect. sequitur glo. & etiã doc. qa verisima est in se. Pet. vt refert Cy. C. de rei vẽdi. l. ordinarij. tenuit ꝙ omne possessorium etiã retinẽdæ posit cõcurrere cũ petitorio, dicẽs, ꝙ nõ est aliqua. l. si bene in spiciat, quæ probet cõtrariũ. Leges enim q in cõtrariũ allegantur, nõ dicũt ꝙ nõ possunt cumulari: sed bene dãt cõsiliũ actori, ꝙ inchoet à possessorio: quia si in illo obtineat, releuabit ab onere probandi in petitorio: & sic magnũ est cõmodũ post: qa de facili probat possessio, nõ sic' dñiũ: imò difficilimũ est ipsum probare: vt no. in l. cũ res. C. de proba. dicit etiã, ꝙ nulla est ratio, vel regula impediẽs cõcursum prædictũ: & ꝙ ista est veritas sicut euangeliũ: sed Bar. in §. nihil cõmune. dicit ꝙ imo ista opinio est falsa, sicut Iudas scarioth, & ꝙ imò plures regulę impedientes cõcursum actionũ possunt hic locũ habere: quod declara, & examina, vt ibi plenè per eũ nota. qui tenet opi. glo. & Mar. Tertio modo legitur secũdũ quosdã antiquos, quorũ lectura glo. post mediũ. in ver. vel loquit'. I. ista recitat, vt ista lex non ponat ordinẽ inter petitoriũ, & possessoriũ. sed inter causam criminalẽ, & ciuilẽ: vt primo cognoscatur, & terminet causa criminalis, & postea perueniat ad ciuilem, pro qua facit text. dum dicit de vi, exponẽdo id est de violẽtia, quæ est crimen, & ista lectu. nõ habet dubiũ in se: quia de hac est casus in l. ff. C. de ordi. iudi. vnde cõiter tenetur secũda lect. secundũ quã pone casum duobus modis. Primò ꝙ inter te & me erat cõtẽtio de possessione, & proprietate cuiusdã rei: quia quilibet nostrũ dicebat se possessorem, & dñm, & se ab alio turbari in possessione: vnde dedi libellũ cõtra te, in quo narraui me possessorẽ, & dominũ: & cõquestus sum ꝙ me turbas in possessione, quare petij me declarari esse dñm, & possessorẽ, & tibi inhiberi ne turbes me: & sic econuerso tu dedisti simile libellũ cõtra me. Dicitur hic, ꝙ nõ est cognoscendũ de proprietate seu dñio, antequã sit cognitũ & pronuntiatũ de pos. prius ergo ab illa est inchoandum, & declarãdũ qs nostrũ sit possessor: nã si declaro me esse possessorẽ, nõ habeo necesse probare me dñm: sed incumbit tibi probatio: & nisi probes te dñm, absoluar postea à petitorio per te intẽtato: & ita ecõuerso, quia exitus quæstionis de pos. dat aditũ ad quæstionẽ proprietatis, vt sciat quis in illa debeat esse actor & qs reus: vt j. de acqui. pos. l. exitus cõtrouersiæ. & C. de interdic. l. incerti. admittit' ergo vterq; libellus super possessione: quia interdictũ vti pos. quod videt nũc intẽtatũ, dicitur duplex: quia vterq; est actor, & reus, vel esse potest sup iudicio autẽ proprietatis pẽdẽte quæstione possessionis, nõ proceditur, tũ ratione prędicta, tum etiã, qa nõ potest cumulari ratione cõtrarietatis: quare ergo cumulauit: Respõ. quia me turbabas in eo, sicut turbas in possessorio. Potest etiã poni casus, ꝙ alter tantũ dedit libellũ: & ꝙ alter nõ asserebat se possessorẽ, sed dñm: & dicit hic ꝙ expeditur primo possessoriũ. In tex. ibi, si de vi & possessione, gl. exponit de vi id est de violẽta possessione, & dum subdit in possessione id est proprietate: qa interdũ verbũ possessio ponit pro proprietate. Tu potes dicere, ꝙ ambo ista verba ponuntur pro vno, & ꝙ illud verbum vi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Cū petitorio. De hoc per eundē Pau. conſi. cclix.

3 effectu, & semper allegatur q; idem populus censetur hodie, qui fuit iā centū annis, licet oēs qui tunc erant, mortui sint, & alij subrogati. Ex prima parte, q; nō est necesse iudici inchoare de nouo, licet aliqui ex iudicibus sint mutati, & aliqui loco illorū substituti, imo illi substituti reassument causam in eodem statu in quo erat ante dictā mutationē: quod nō esset si mutare tur iudiciū & instantia. Itē patet, q; nō extinguitur stipulatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Excõmunicationis. adde vt per Federi. de Sen. consil. clxxxvii.
b ¶ Iustã causam. An iusta causa litigandi excuset ab expensis? vide Io. de Im. in cle. iij. de dolo & contu. do. de ro. co. ti. in anti.

iudicatum solui, quod nõ esset, si diceret mutare iudiciũ vel instãtiam: vt ff. eo. l. nõ à iudice. §. fi. cũ sua gl. pronũciabũt ergo isti subrogati ex eisdem actis. †Sed hic quæro, quid si ex tribus iudicibus mutet vnus, an sit necesse ꝙ etiã alijs duob⁹ det potestas de nouo, seu iurisdictio? Rñd. si mutatur quia se excusat, vel quia remouetur per superiorem: nõ expedit renouare iurisdictionẽ in persona aliorũ, quia nõ fuit finita iurisdictio: & hoc patet ex ista l. sed si vnus eorũ moreretur, & tunc finiretur iurisdictio cũm aliorum, vt in c. vno deleg. extra de off. deleg. licet nõ finiatur iudicium vel instantia, vt in hac l. ista enim possunt simul stare, vt patet ff. ea. l. mortuo. & ideo tunc esset necesse renouare iurisdictionem in persona aliorũ, vt dixi ff. eo. l. si longius quic quid sentiat Bar. in l. duo ex tribus. ff. de re iud. vnde tunc videtur extinguí stipulatio iudic. sol. per l. ij. in prin. & l. cũ apud. ff. iudi. sol. quia essent non iudices, & ex noua commissione.

†Item no. hic arg. ꝙ si aliqua vniuersitas iurauit aliquid facere: deinde omnes mortui sunt, & alij subrogati, ꝙ nisi faciant, sunt periuri: contrarium dic, quia iuramẽtum nõ ligat illos iurantes, tanquã vniuersitatẽ, cùm hoc nõ cadat in vniuersitatẽ, quæ nõ habet animã rationabilem, cùm liget animam quo ad eum, cùm sit personale, & extinguitur cũ persona: vt not. per Inn. in c. veritatis. extra de iureiur. obligatio tamẽ resultãs respectu partis bene transit in successores, ga illa cadit in vniuersitate, tanquã in vniuersitate, & persona ficta: † & eodẽ modo compromissum factum ab vniuersitate, nõ extinguitur: licet omnes de vniuersitate mutẽtur, & alij loco ipsorũ subrogentur.

†Item interdictũ ecclesiasticũ positum in vniuersitate nõ extinguitur licet mutẽtur personæ, quia cadit in vniuersitatem: secus in sententia excõmunicationis[a], quę nõ cadens nisi in singulares personas, ligat animã, vt in c. si sententia. de sen. excõ. lib. vj. Vltimò no. ex eo quod dicitur in fi. patet secũdũ † Bal. quare in nobis est necessarius cibus, & potus: ga fit ad restaurationẽ deperditi. Nam cùm quotidie de corporibus nostris cadant partes inuisibiliter, loco illarum aliæ subrogãtur per cibum & potum, quia cõuertuntur in carnem, & sanguinem.

LEX LXXVII.

¶ IN priuatis negotiis. †Declara istas duas leges, vt plenè no. gl. §. de arbi. l. quinetiam. & dixi §. de iurisd. om. iud. l. qui iurisdictioni.

Fouens iustum causam contra aliquem, si fecit vocari in ius alium, qui eodem nomine vocatur, tenetur ei fundere omnes expensas, & omnia viatica.

Quid, si talis compariuit, & litigauit, & dixit se esse illum, qui fuit citatus: et quid si non compariuit, & lata esset sententia pro actore quid iuris?

Quid si frei te vocari ut compareres tali die, & illa dies erat feriata & non ualebat citatio, nec tenebaris comparere & compariuisti?

Si ista temeritas fuit commissa per procuratorem, ipse tenetur, non dominus, nisi habuisset ad hoc speciale mandatum.

LEX LXXVIII.

¶ EVm quem temere. †Qui alium temere vocat in iusteneť nõ solùm ad sumptum litis, sed etiam ad viatica, & omne aliud interesse. h. d. & potest intelligi duobus modis. Primò ꝙ ista temeritas fuit cõmissa in causa, propter quã feci te vocari; quia prętẽdebã te esse debitorẽ meum cùm nõ esses, et hoc apparet postea per sententiam diffinitiuã, à qua absolueris: & ita loquiť j. lect. gl. cõtra quã gl. op. quia videtur ꝙ etiã si nõ temerè quia tamẽ obtines sententiam, debeã tibi in expẽsis condẽnari: vt C. e. ti. l. properãdum. §. sinautẽ. gl. fateť quantũ ad expensas litis sed temeritas facit hoc plus: quia facit me teneri ad viatica, & hoc in prin. gl. vsq; ibi, vel pone casum, vel dic melius, vt habetur in eadem gl. in ver. vel dic, qui debet cõiungi cum prin. quia cõcernit hanc lec. quia si nõ temere, quia fortè habeham iustã causam, puta reperi instrumentũ in domo, in quo promiseras patri meo nec sciebã te soluisse: vnde habui iustã causam[b] faciendi te vocari: tunc nõ tenerer tibi ad expẽsas lit. nec ad viatica, quia iusta causa litigãdi ab his excusat: vt l. qui insolidum. §. etiam. ff. de leg. ij. & in auť. de iud. §. om. colla. vj. dicit hic, temerè: hic tamen limita & declara: vt dixi §. e. l. destitisse. Secũdo modo potest intelligi ꝙ temeritas fuit cõmissa in modo citandi, nõ in causa: † quia bene fouebã iustã causam cõtra quendã, qui vocabať puta Titius Io. ego feci vocari Titium Ioannis. & nũtius venit ad domũ tuã, tu cõparuisti: ego vidẽs te dixi ꝙ nõ intẽdebã te facere citari, sed aliũ. Certè imputetur mihi, quia debebã facere taliter exprimi: vt intelligeretur ꝙs esset vocatus: ideo deberẽ fundere tibi oĩa viatica, & oẽs expẽsas, quas in itinere feciſti: & ab hoc non excusat iusta causa petẽdi vel iuramentũ de calumnia excusat in expẽsis litis nõ à pœna temeritatis. † Quid autẽ si cõparuisti, & litigasti, & lata est sentẽtia, tu dicis te esse illum, qui fuit citatus, cùm citatio esset generalis, & dubiar Rñ. nõ potes hoc dicere, quia videtur declarata cõi cõsensu nostro, ex quo simul litigamus: si autẽ nõ cõparuisses, & lata est snia cõtra Titium Ioannis, & esset duo sic vocati, & nõ apparet de quo gd iuris sit: vide qđ no. Bar. in l. demõstratio. ff. de cõdi. & demõ. † Quid si feci te vocari, vt cõpareres tali die, & illa dies erat feriata, & sic nõ valebat citatio, nec tenebaris cõparere: vt §. si qs in ius vo. nõie. l. ij. in fi. tñ cõparuisti, & petebas me cõdẽnari in expẽsis & viaticis: ego dicebã ꝙ tibi erat imputandũ quare cõparuisti, cùm nõ teneris. gd iuris? Rñ. nõ possum sibi hæc imputare, cùm de rim causam tibi. & ita no. in Spe. de cita. §. j. ver. item excipit ꝙ citatio sit ad diem festiuã, ibi, sed citatus ad diẽ festũ &c.

†Item quid si ista temeritas fuit cõmissa per procuratorem? Rñd. ipse tenetur, non dñs, nisi habuisset ad hoc speciale mandatum: quia in generali mandato hoc nõ cadebat, & ita habeť in c. licet in beato. extra de accu. per gl. iuncto eo, quod habeť in l. ij. §. quòd procurator. ff. quod quisque iuris.

§. Iudicibus de iure. †Relatio nõ debet fieri ad superiorẽ, sup his quæ cõstiterunt in iure. h. d. declara vt in gl. & C. de rela. l. vnica. & l. ij. C. de leg.

Si frei citari Titium Ioannis, & tu comparuisti, & inuicem litigamus, nõ potes postea dicere quòd illa citatio non comprehendebat te.

LEX LXXX.

¶ SI in iudicis. †Vide hic c. significante. de reseri. & quod no. in Spe. de cita. §. j. verſ. quid si impetro. vbi si impetraui iudicem Titiũ Ioan. & sint duo isto nomine vocati, & possunt declarare, de quo sensu; & statur soli declarationi meæ, vt dixi ff. eo. l. si quis intẽrogatione. & facit ista lex pro eo quod dixi ff. l. proxi. in prin. † ꝙ si feci citari Titiũ Io. & tu cõparuisti, & inuicem litigamus, non potes postea dicere ꝙ illa citatio non comprehẽdebat te, sed alium: si ergo dico oppositum, quia censemur declarasse ꝙ intelligatur facta de te.

LEX LXXXI.

¶ VI neque iurisdictioni. †Priuatorum consensus nõ facit iudicẽ illum, qui nulli iurisdictioni præest. h. d. Si ergo cõsensimus ꝙ Titius cognoscat inter nos, tanquã iudex cùm ipse sit merè priuatus, non valet quicquid egimus coram eo, secus, si tanquam arbiter vel arbitrator: item secus, si simpliciter: ꝙ videremus elegisse viam arbitri, vel arbitratoris, vt res magis valeat. arg. in l. miles qui destinauerat. ff. de test. mil.

In tex. ibi, qui neque iurisdictioni præest. quia tunc bene valeret, & censeretur prorogata eius iurisdictio. C. eo. l. j. & concor. l. priuatorum. C. de iur. om. iudi.

Si potestas committit militi suo vel notario, quòd ducat me in tenutam seu possessionem aliquorum bonorum, & non sit causa magnæ importantiæ: & subsit necessitas, potest sibi committere, quòd si apparebit aliquis contradictor, possit audire contradictionem suam, & habere consilium opportunum, & illam contradictionem decidere & examinare.

LEX LXXXII.

¶ NOnnunquam olent. †Nuntijs publicis nõ debet causa delegari, nisi necessitas vrgeat. h. d. Bar. sed nec tũc, nisi in vilibus causis: ita intelligit gl. hãc l. C. de exec. rei iud. l. sivt ꝓponis. vbi oĩno vide: & sic patet per istã l. ꝙ † si potestas committit militi suo vel suo notario ꝙ ducat me in tenutã & possessionẽ aliquorũ bonorũ, si nõ est causa magnæ importãtiæ & subsit necessitas. quia fortè ad locũ longinquũ mittitur, & commodè nõ potest haberi recursus ad potestatẽ pro aliquo dubio incidente, potest sibi cõmittere, ꝙ si apparebit aliquis contradictor, possit audire contradictionẽ suã, & habere consiliũ opportunum, & illã contradictionẽ decidere, & examinare, vt per hanc. l. in tex. ibi vice arbitri. id est delegati.

De inofficioso testamento. *Rubrica.*

Qualiter formetur libellus, in querela inofficiosi testamen. remiſ.

Quia post tractatũ generalem de iudicijs, de quo in tit. præcedẽti, tractaturus est iuriscõsul. de iudicijs particularibus, quorum quædã sunt vniuersalia, quædã particularia. Itẽ quædam realia, quędã personalia quædã mixta: de quibus omnibus tractaturus est: & quia vniuersalia digniora sunt, & maiora, vt est petitio hæreditatis intẽdit primo de illa tractare: verum quia querela inofficiosi testamẽti est preparatoria ad petitionẽ hæreditatis: quia per eã rescinditur testamentũ, & vbi primo competebat petitio hæreditatis hæredi scripto, incipit competere prædicta querela ipsi exhæredato: quia rescindit testamentũ: sententia super ipso iure reducit rẽ ad causam intestati. vt not. in l. in substitutione. ff. de vulga. & pup. Ideo hic præmitte istũ tit. de inoffi. testa. cõtra quod cõpetit exhæredato, vel pro exhæredato habito querela ista: quia est iste tit. præparatorius ad petitionem hæreditatis: & reputatur subtilis tit. & vtilis: tñ in multis iura ista fforũ corrigũtur, & immutãtur: per iura nouа. C. & etiã nouissima authẽ. de quibus. C. eo. l. quoniã noua lа. cũ legi. seq. vsq; ad fi. tit. quæ oẽs sunt leges nouæ. sed præcedentes sunt veteres, & loquuntur secundũ iura ista fforũ. exceptis tamẽ authẽ. † Et qualiter formetur libellus in querela, vide in Spe. de test. §. sequitur. ver. illud quoq;. & ponitur interdum largè, vt no. C. fa. erci. l. filię. in gl. ij. & facit. ff. eo. l. ij. vel. v.

Differentiæ inter querelam quæ datur ascendẽti & descendenti & querelã quæ datur fratribus & sororibus, & ad quid detur?

Querelandi materia hodie in multis casibus sublata est.

Exceptio non debet audiri, quia tua non interest, quòd sit peremptoria, & impediat agentem obtinere sententiam.

Si quis decedat relicto filio, qui est frater minor, vel aliter incapax ad succedendum, quòd talis filius non possit querelare.

Statutum quòd extante masculo, filia non succedat, an etiam habeat locum facto testamento: & quid si institutus sit extraneus, & filius exhæredatus?

Ex testamento filij emancipati vel nepotis, datur patri vel alij ascendenti per lineam paternam querela, si est exhæredatus, vel contratabu. sit præteritus.

Quid si filius erat in potestate, & testatus sit de castrensi peculio?

Quid si erat clericus & testatus sit de quasi castrensi peculio?

Quid si nec erat in potestate patris, nec emancipatus: ut si habeo filium in potestate, & ex eo nepotem.

LEX I.

¶ SCiendum. †Querela datur descẽdẽtibus & ascendentibus: sed collateralibus nõ datur, nisi fratribus, & sororibus germanis idest natis ex eodẽ patre: nõ vlterioribus. h. d. in effectu: † & aduertendũ, ꝙ liberis, & parentibus, datur quicunq; fuerit institutus, etiã nõ turpi persona, [a] si fuerint exhæredati expresse vel habiti pro exhęredatis, vt in linea materna in qua habetur pro exhæredatione. Sed fratribus, & sororibus, cõtra testamẽtũ fratris nõ datur nisi turpi persona hærede institura: & multæ aliæ differẽtiæ sunt inter querelã quæ datur fratri vel sorori, & illã quę datur ascẽdẽti, de quibus vide per Gul. de cu. in l. fratres & l. ũ fratris. C. eo. Itẽ datur querela liberis & parẽtibus nõ solũ quãdo sunt exhęredati vel habiti pro exhęredatis, sed etiã si sint instituti in minori parte quã esset legitima, vel in integra legitima: & essent grauati legatis, vel fideicommissis, vel cõditionibus potestatiuis: nã propter hoc agebatur querela iure isto: & irritabatur testamẽtũ. Hodie hoc corrigitur, ga non datur querela, sed suppleť legitima. vt l. omni modo. C. eo. & remouẽtur grauamina. vt l. quoniã in prioribus. C. eo. Item præteritio materna olim habebatur pro exhæredatione, & faciebat querelã cõpetere, hodie hoc procedit, si sit præteritus cũ causa: si autẽ sine causa, testamentũ est ipso iure nullum: & sic querela nõ est necessaria. vt no. glo. in auť. de hęre. & falc. §. exheredatos. col. j. & est cõmunis sentẽtia doc. in §. aliud quoq; capitulũ. auť. vt cũ de app. col. viij. † In tex. ibi frequẽtes esse. gl. dicit, ꝙ est mandatũ rarò enim vel nunquam intẽtatur querela, nec ego vnquam vidi intẽtari. & gl. dicit verũ in spectis iuribus nouis & nouissimis, per quæ iura materia querelandi sublata est in multis casib⁹. † In tex. ibi tam parẽtibus. scilicet vtriusq; sexus scilicet tam paternis quã maternis, & idẽ dicit de liberis in fi. l. ibi cũ obtinere, specie nõ laborent: dicit Ang. ꝙ hic est casus, ꝙ ista exceptio nõ debes audiri, quia tua nõ interest: nõ est exceptio dilatoria. prout dicit Inno. in c. cũ his. extra de accu. ga nõ posset opponi post litẽ cõtesta. ad impediendũ victoriã agẽtis imò est perẽptoria, vt hic patet: quia impedit agẽtẽ obtinere sentẽtiã: de hoc. ff. eo. l. posthumus. §. si quis ex his. Et no. istũ tex. pro cõsilio agere volentiũ, vt videãt antequam incipiãt, si possunt obtinere vel nõ: & si nõ possunt, fatuè incipiunt. Opponitur pro declaratione gl. magnæ ꝙ hic nimis generaliter loquatur ꝙ parentibus & liberis detur hæc querela. qd enim, si qs habet filios, nepotẽ vel pronepotẽ, & instituit extraneũ, & nepotem exhæredet: videtur iste tex. velle, ꝙ nõ solũ filius, sed etiã pronepos & nepos habeat querelã: quod est falsum: quia querela ordinatur, vt qs habeat hærẽdẽ, sed illi nõ possunt esse existẽte filio qui eos prędedit. gl. dicit ꝙ nõ est verũ, & dicit glo. intelligendũ, de alijs quis si testamẽtũ nõ esset factũ, possint ab intestato succedere alias secus. Fateor tñ, licet ab intestato quis nõ possit succedere, si tamẽ agat querela, & nõ fuerit expulsus, & obtineat sentẽtiã, nõ prodest sibi, sed alijs qui habẽt ius succedendi: vt est casus singularis. ff. eo. l. posthumus. §. fi quis ex his.

†Patet etiã per istã glo. ꝙ si quis decedat relicto filio fratre minore, qui nõ põt ei succedere ab intestato, nec ex persona sua, nec religionis quę nõ põt habere in cõmuni, nec in particulari testamentũ: nec est nullũ ratione præteritionis, nec inofficiosum ratione exhæredationis. & sic non potest querelare: & sic eodẽ modo si filius est incapax ad succedẽdũ. Pone † exẽplum in filia extãte masculo, si per statutũ excludatur à succedendo, non potest dicere testamentũ nullũ ratione præteritionis, nec inofficiosum ratione exhære. quod enim esset bonũ fauere ei nihil habituræ ab intestato. vt l. si post mortẽ. §. liberi. ff. de contratab. licet quidã teneãt cõtra statutũ, dicẽtes loqui ab intestato: vt filia existẽte masculo nõ succedat, & sic non haberet locũ facto testamẽto: certè si masculus qui eã esset excluſurus ab intestato fuerit institutus, multomagis excludit eã à iure dicẽdi nullũ, vel à querelãdo: ga si ei præfertur ab intestato, multomagis ex testamẽto: quia volũtatẽ patris habet expressam, sed ab intestato tacitã: si verò etiã instituť extraneus, [b] & filius esset exhæredatus tũc est magis dubiũ: quia cũ hæreditas nõ possit peruenire ad filium, propter exhæredationẽ, cuius filij fauore fœmina excludebatur: videtur, ꝙ filiæ exclusio nõ habet locũ, ne sibi noceat, & alteri prosit: tamẽ si obtinebit in querela, non proficiet sibi, sed masculo: quia exhæredatio annihilatur, sicut &c. in testamẽto disposita. vt l. filiũ. §. sed cũ exhæredatio. ff. de cõtratab. †Secundò oppo. ꝙ pater vel alij ascẽdẽtes per lineã paternã nõ possunt habere querelã contra testamentũ filij, vel nepotis: quia querela nõ præsupponit testamẽtũ mero iure valere, sed esse inofficiosum. vt ff. l. proxi. sed testamẽtum filij vel nepotis in potestate cõsistẽtis, eſt ipso iure nullũ. l. si filius. ff. de testa. propter hoc dicit, ꝙ hoc debet intelligi, qñ erant emancipati, quo casu valet testamẽtũ: & si parẽtes sunt exhæredati, datur cõtra ipsum querela per quam ipso iure rescinditur: si sunt pręteriti datur cõtratab. id qđ dicit cõtratabulas procedit hodie, si sunt præteriti inserta causa, alias testamentum filij emãcipati esset ipso iure nullum, si pater esset præteritus propter defectum solennitatis: sed inserta causa, si nõ esset vera valet: & rumpitur per cõtratab. sicut olim, vt no. in l. si filius. ff. de mino. & in auť. de hærc. & falc. §. exheredatos. col. j. †Sed tertio oppo, ꝙ etiã si sit in potestate, valet testamentũ, nõ potest expugnari per querelã, nec per cõtratab. vt C. eo. l. fi. in fi. gl. fatetur hoc, si fuisset testatus de castrẽsi peculio, ex priuilegio talis peculij: certè hoc erat verum de iure Codicis: hodie secus per ius authẽ. vt possit expugnari per querelã vt in authen. vt cum de appel. cognosci. §. aliud quoq; capitulũ. col. viij. cũ loquitur de querela, quæ datur parẽtibus, loquiť de filijs in potestate cõsti tutis; & præsupponit testamentũ valere mero iure, dari tamen

a ¶ Turpi persona. Sed an excommunicatus possit dici turpis persona? vide Bar. Soci. cõsi. xviij.
b ¶ Institutus extraneus. Adde Alexã. de Imo. in consil. lxxxix. in prin. in j. volu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

querelã,nisi aliqua de causis ingratitudinis ibi insertis probetur:hoc potest intelligi,nisi q testatus est de castrensi etiã hoc testamentũ nõ valeret:etiã si de consensu patris.vt l.fi.& pe.C. qui test.fa.pos,& hæc est cõmunis sententia,nisi filius sit clericus:quo casu non daret querelã,si testatus est de quasi castrensi sed daretur condictio ex.l.ad legitimã.C.de epis.& cleri.au then.presbyteros. †Quæro vltimò quid in eo qui nec erat in potestate,nec emancipatus:vt si habet filiũ in potestate,& ex eo nepotem,nã ipse nõ est in potestate patris sui,sed in potestate mea suprà de his qui sunt sui,vel alieni sui.l.nam & ciuium. nec est emancipatus à patre,super hoc,dic in glo.

2 ☞ *Testamento rupto per querelam,rescinditur solum substitutio directa,& institutio,per quam succeditur patri:cætera firma remanent.*

3 *Onus probandi causas expressas in exhæredatione uel præteritione filij esse ueras,incumbit hæredi:non autem filio probandi se gratum,uel merentem.*

4 *Dictio quasi,est nota improprietatis.*
Qui est quasi demens,non est demens.

5 *Differentia inter dictiones ritè & rectè:cum rite significet solennitatem requisitam à iure:rectè uerò causam.*

6 *Nouercæ præsumuntur inimicæ priuignorum,ut quicquid faciat pater cõtra filios habentes nouercas,præsumatur facere suasionibus nouercalibus,& sic non debet tolerari.*

7 *Quando dicatur quis præteritus?*

8 *Filius cui relictum est minus legitima,si illud acceptat,non perdit ius agẽdi ad supplementum,nisi hoc expresse dicat.*
De legitima filij hodie reijcitur omne grauamen,& quòd debeat relinqui iure institutionis.& numero.9.

9 *Posthumus non potest hodie exhæredari.*

10 *Querela inofficiosi testamenti an hodie habeat locum?*
Exhæredatio filij facta nulla causa expressa in testamento,est nulla.

11 *Rescriptum non redditur nullum,si ea quæ probanda erant ex postfacto,non probentur licet rescindatur:sed esset nullum si illa quæ requirebantur tempore impetrationis,non fuissent adhibita.*

LEX II.

1 HOc colore. †Testamentum inofficiosum rescinditur, quasi factum fuerit à demente, licet verè non fuerit demens ideò, mero iure valet:sed quia est contra officium pietatis,rescinditur. Item agens querela debet narrare, & probare se non meruisse exhæredari vel præteriri.hoc dicit lege sequẽti,vsque ad.l.posthumus. Ita hodie corriguntur:quia non rescinditur tãquam factũ à demẽte,cũ requiratur expressio causæ legitimæ,ad hoc vt valeat testamentũ mero iure:sed hoc nõ cõsueuit,nec potest fieri à demẽte hodie,licet olim rescisso testamẽto per querelã,oia rescinderẽtur,quæ essent in testamento.vt l.Titia.ĩ.eo.quia demẽtia cõcernebãt oia. †hodie nõ sic, quia solũ substitutio directa,& institutio per quã succeditur patri,vt est vulgaris,per querelam rescinditur:cætera verò firma permanẽt,vt in authẽtica ex causa.C.de liber.præter.vnde cõmuniter tenẽt do.q hodie nõ rescindatur,tãquam factũ à demente:sed tãquam factũ cõtra officiũ pietatis. †Itẽ q filius vel alius exhæredatus habeat necesse probare se fuisse gratum & merentẽ:nõ autẽ ingratũ corrigitur per iura noua codicis Iustiniani,quia onus incũbit hæredi scilicet probandi causas expressas esse veras,& ideò meruisse exhæredari vel præteriri, vt l.omnimodo.C.eo. †No.in princi.huius legis,de dictione quasi:quæ est no. improprietatis secundũ Bart.q qui est quasi demens nõ est demẽs. †Itẽ nota.ibi dũ dicit sed rectè.& glo. ponit id est ritè.differentiam inter istas dictiones ritè:& rectè: quia ritè significat solẽnitatem requisitã à iure:rectè significet causam:vnde testamẽtũ inoffic.dicitur ritè factũ,qa cõtinet solennitatẽ iuris scilicet exhæredationẽ:qa inter cætera quæ requiruntur ad solẽnitatẽ testamẽti,requiritur institutio vel exhæredatio ascẽdẽtiũ,si quos habet testator.l.inter cætera.de liberbe.& posthu.& nõ est ritè factũ,quia contra officiũ pietatis,si nõ habet causam iustã exhęredãdi:qa filius talis exhæredatus nõ meruit exhęredari:de hoc vide p Bart.ĩ.si cer.pet.l.lecta.in ĩ.quæstione.quod inducitur ad quæstionẽ si fiat cõmissio alicui,q cõsultat an talis actus fuerit ritè factus,q debet cõsulere,an rectè solũ fuerit solẽniter factus.non autẽ,an fuerit iustè factus,& ecõuerso si fuerit facta cõmissio & aliqs actus fuerit rectè factus,nõ habet cõsulere an fuerit ritè id est solẽniter factus,sed solũ an fuerit iustè factus,licet nõ solenniter. †Item not.in l.non enim.contra nouercas,vt præsumantur inimicæ priuignorũ,& q quicquid pater facit cõtra filios habentes nouercas,præsumat facere suasionibus nouercalibus:& sic nõ debet tolerari. † In ista l.nam ex his est vna gl.quę primò quęrit qñ dicat quis præteritus:& videt q qñ de ipso nulla mẽtio facta est in testamẽto:dicit gl.q hoc intelligit,qñ nõ est facta mẽtio instituendo vel exhæredando. Vnde si filio esset relicta legitima iure legati,diceret filius præteritus:quia nõ restituẽdo vel exhæredãdo dicerent testamentũ nullũ.So.gl.dicit istũ tractum seu ti.corrigi per l.codicis in tribus,& per iura auc.in qua tuor,de quibus,dic vt in glo. Sed tu primis tribus adde alia tria,in quibus corrigit per l.codicis:nã iure isto si relinquebat filio minus legitima,& filius acceptabat,sibi præiudicabat,& nõ habebat querelã,nec agere poterat ad supplementũ.vt l.papinianus.§.si sub cõdi.ĩ.eo.in fi.† Hodie verò nõ perdit ius agendi ad supplementũ nisi hoc dicat expresse.vt C.eo.l. gñaliter.§.fi. Itẽ iure isto si relinquebat integra legitima,& grauabatur legatis & fideicõmissis,habebat querelam hodie secus, quia reijciunt omnia grauamina.l.quoniã in prioribus.C.eod. † Itẽ tertiò iure isto poterat posthumus exhæredari cũ natus: nec dicebat testamentũ nullum,sed habebat necesse intentare querelã.ĩ.quinquẽniũ:postea nec querelã nec ius dicẽdi nullũ. ĩ.e.l. posthumus.in prin.l.si quis filiũ. in fi.C.eo.hodie non potest posthumus exhæredari,qa requiritur expressio causę in exhæredatione,ad hoc vt sit solẽnis,& valida:quã posthumus nõ põt cõmittere,& ideo reddet exheredatio nulla.vt l.si quis in suo.§.j.C.eo.circa ea verò in quibus corrigit,per iura auc.glo. primа dicit,q iure isto poterat relinqui filio legitima,quocũq relicti ti.id est iure legati vel fideicõmissi:sed hoc iure authenticorũ debet relinqui iure institutionis. Certè primũ dictũ nõ est verũ,nã imò iure fforũ,relinquenda erat iure institutionis: quia l.caueat,q inter cætera præcepta erat de liberis exhæredãdis,vel instituendis.vt l.inter cætera.ĩ.de liber. & posthu.& l. gallus.§.in omnibus.ergo erat relinquenda iure institutionis, & nõ legati:quia titu.est honorabilior:& patet,quia habet locum in eo ius accrescẽdi,quod nõ est in tit.legati.vt l.iii.ĩ.de lega.præstan.bene tamẽ est verũ,q iure codicis per l. oimodo, fuit hoc correctũ,& statutũ,q sufficiat relinquere iure legati: hodie l.illa in hoc corrigit,& reditur ad iura vetera,vt requiratur titulus institutionis.vt in auc.vt cum app.co.§.aliud quoq; capitulum.col.viij.& etiam multa addit,q sufficiat quantuncunq; modicum relinquat,etiã si vnus numus, vt querela non habeat locum,sed agat ad supplementũ.vt no.glo.in l.iij.§.sed vtrum.ĩ.de mino. † Vltimò gl.quærit an hodie locũ habeat iste tit.Mart.tenuit,q non & probata à sufficiẽti partiũ enumeratione.Nam aut in exhæredatione non fuit inserta causa legitima,& non valet,& sic testamentũ est nullũ,acsi foret præteritus:vnde quærela nõ est necessaria.vt in l.ij.huius ti.in fin. Aut fuit expressa,& probata:& tunc valet ita q non põt expugnari,quia testator non videt testatus contra officium pietatis,postq; filius meruit exhæredari:& in his duobus Mart.dixit veritatẽ. Aut fuit inserta,tamen non probata:& tunc Mar. dixit idem quod in primo.quia exhæredatio nõ valebat:quia textus in §.aliud quoque capitulum.vult q inseratur & probetur.Quodcunque ergo istorum deficiat,videtur exhæredatio nulla,sed in hoc loan.& omnes morderni reprehendũt.quia non est verum,q sit nulla, imò valet & agitatur quærela. Ad contrarium respondetur:quia dum dicit q debeat inseri,debet intelligi,scilicet tempore testamenti,& si hoc non fieret, fateor,q exhæredatio esset nulla: sed dum dicit q debet probari,debet intelligi,post mortem & pro hærede,& sic ex postfacto:certè licet hoc nõ fiat,nõ sequit ergo testamentũ à principio valuit.nõ em potuit stare in pendẽti:& sic oportet dicere q valuit,& licet nõ probetur,non sequitur q retro reddat nullum:nam fortè fuit culpa hæredis,si non probauit,& ad hoc inducit Bart.ea quæ habentur & no.in l.si vniuersa.C. de pre. imper.offer. † vbi rescriptum nõ redditur nullũ,si ea quæ probanda erant ex postfacto,non probentur, licet rescindantur: sed bene esset nullum si illa quæ requirebantur tempore impetrationis.nõ fuissent adhibita:quia talia vident concernere solennitatẽ,quæ debet adesse tẽpore actus celebrati: sed illa quę ex postfacto adhibent,nõ cõcernunt solennitatẽ,sed substantiã:& de ista quęstione vide per gl.& per Bart.in l.j.ĩ.de testa.

Si quis

2 ☞ *Si quis fuit excerptus de mortua matre,quòd idẽ iudicatur de eo,ac si foret natus.*

3 *Posthumus alienus,quòd hodie posśit hæres institui,& qualiter intelligatur alienus?*

4 *Non est imputandum alicui,quod intestatus non decesśit.*

5 *Querela non competit ei qui de iure ciuili,uel prætorio succedere non potest,cũ possit repelli.*

LEX VI.

1 POsthumus. †Posthumi habẽt hãc querelam vbicunque iam natus haberet,siue sint de suis,siue de legitimis,siue de cognatis.h.d.vsq; ad.§.si quis ex his.Et primo ponit dictũ trimenbre,vsque ibi, quid ergo.Secũdo opponit vsq; ibi,non enim.Tertio respon-
2 det vsque ibi,simili modo.†Quarto addit ad id quod dixerat, q posthumo qui nascitur naturaliter per seipsum.Nã addit casum,qñ non nascitur,sed de mortua matre fuerit excerptus,vt idẽ sit,quod esset si foret natus. In text.ibi qd ergo forma istã oppo.sic:nã videtur,q posthumus exhæredatus nõ possit habere querelã eo casu,quo si foret natus tempore testamẽti,non esset suus:quia dicebatur posthumus alienus,& talis nõ poterat iure isto hæres institui de iure ciuili,vt posset adire:licet de iure prætorio bene posset,vt haberet bono.pos.secundũ tabu. nam testator nõ potuit prouidere cõtra rupturam testamẽti, ipsum instituẽdo:quia nõ poterat instituere,si dicamus,q habeat querelã,similiter nõ potuit prouidere exhæredãdo:quia sine dubio rumpet testamentũ,cũ causam ingratitudinis non potuerit committere.ergo imputabatur patri quare intestatus
3 nõ decesśit,postquam nõ potuit aliter testari,quin testamentũ nõ rumpetur,sed hic nõ est dicendũ,q debeat imputari,cur in testatus non decesśit:sed imputatur postquam decesśit testatur,cur eã non instituit:quia licet nõ possit instituí de iure ciuili,vt adiret pos.potuit tamẽ instituí de iure prætorio,vt habere posset bo.pos.tam antequam nasceretur ex edicto de ventre in pos.mittẽdo,quàm etiã postquam natus erat per bo.pos.secundũ tabu.h.d.in effectu. †No.ergo hic q isto iure posse hũmus alienus nõ poterat hæres instituí:dicebatur alienus,nam si foret natus,non esset suus hæres.Istud fuit postea immutatũ per Gallum,in quodã casu,vt posset hæres instituí,vt nõ rumperet testamentũ.vt l.Gallus.ĩ.de libe.& posthu.hodie potest instituí de iure ciuili,sicut de iure prætorio.institu.de libe.&
4 posthu. †Itẽ not.q non est imputandum alicui,q intestatus nõ decesśit,vnde facit ad.q.posita per Bar.in l.fi.ĩ.ad Tertu.
5 †Item no.in effectu,quod ad hoc vt posthumus possit habere querelã,vt quilibet alius,requiritur q ab intestato possit succedere de iure ciuili,vel prætorio,alias posset repelli,vt patet.ĩ. §.proxi.quia nõ est bonũ fauere ei qui esset habiturus ab intestato.vt l.si post mortẽ.§.liberi.ĩ.de bo.pos.cõtratab.Glo.magna quæ est hic ponit exempla eorũ quæ dicuntur in textu,& tendit ad positionem casus,quæ satis patet per prædicta.

2 ☞ *Sententia lata in querela,rumpit testamentum ipso iure,& facit haberi perinde ac si factum non fuisset,& reducit rem ad causam intestati.*

3 *Sententia rescissoria lata pro eo cuius non interest,uidetur quòd non prodesśt sibi,sed alteri:& quid si aliquid petat? & nume.4.*

4 *Exceptio,tua non interest,quando posśit opponi usque ad litem contesta,tantum,& quando usque ad sententiam? & nume.3.*

5 *Res inter alios acta,quando alijs prosit?*

6 *Querela non actio,& an sit accusatio? & an tamen sit aliquando actio,an quoddam ius diuersum? & quod sit officium iudicis.*

7 *Qui agit querela non intentat petitionem hæreditatis.*

1 §.Si quis ex his. †Sentẽtia rescissoria lata pro minus legitimo petitore non prodest sibi,sed prodest legitimo.h.d.notabilis tex.qui fortè nõ est alibi & cõuenit ad declarationẽ eorũ quæ colliguntur ex principio:nã qui nõ esset ab intestato successurus,non potest habere querelã,vt ibi:qd si eã intẽtauit,& cũ posset repelli,nõ fuit repulsus,& obtinuit pro se sentẽtiã per quã rescissum est testamẽ tũ,an valeat,& cui prosit & si dicat q valet & nõ prodest sibi,
2 sed ei qui ab intestato erat successurus.h.d.notabiliter. †No. q sentẽtia lata in querela,rũpit testamẽtũ ipso iure,& facit haberi perinde ac si factũ nõ fuisset,& reducit rẽ ad causam intestati. †Itẽ no.q sentẽtia lata pro eo cuius non interest:videt, q nõ prodest sibi sed alteri,& hoc qñ est rescissoria:quia nõ petit aliquid sibi dari,vel fieri à parte:sed petit aliqd fieri à iudice,& ideo si ad petitionẽ eius cuius non interest,pronuntiatũ est cõtra electionẽ vel cõtra instrumentũ, a sentẽtia facit ius quo ad eos,quorũ interest nõ quo ad illũ qui egit:ad quod vide
4 †Inno.in c.in nostra.extra de procura.& b in c.super his.extra de accusa.vbi dicit,q ista exceptio,tua nõ interest,de quapatet hic in text.dum dicit si nemo eũ repellit,
a nõ potest opponi,a nisi vsq; ad litẽ cõtest. Ang.verò cõtra,per.l.j.§.eo.vbi oppo.ad impediendã sentẽtiã ferri pro eo,super eo quod petitur:vt si petis vnũ & tua nõ interest illud habere,vt erat hic:qa agebat querela,& nõ interest sua habere sentẽtiã: quia nõ per hoc obtinebit hæreditatẽ:& tũc quãdocũq; potest opponi,qa est perẽptoria,aut erat cõsecuturus vtilitatẽ si obti
5 neret,tũ debebat repelli,quia nõ intererat sua ad illud agi.tũc procedit dictũ Inno. †Gl.quæ est hic,colligit tria notabilia, ex isto tex. Primo,q res inter alios acta,alijs prodest:sed contra res inter alios acta.per totũ.C.glo.respõdet,q prodest non principaliter,vt ibi,sed per cõsequentiã,vt hic.vel dic,qñ quis petit aliquid sibi dari vel fieri à parte,prodest sibi & nõ alteri, vt in cõtrario:sed si petit solũ à iudice nõ sibi aliquid dari vel fieri:sed aliquid fieri,qđ ipsum nõ tãgit,vt rescindat testamentum,vel sentẽtiã,vel aliũ actũ,tũc facta rescisione alijs prodest,
6 quia tollit sibi obstaculũ,secũdũ Inno.in d.c.in nostra. †Secũdo colligit argu.q querela nõ est actio:quia si esset actio,sentẽtia lata super ea prodesset ei & nõ alteri,sed hic prodest alteri, & nõ sibi.probat etiã glo.hæc per alias rationes,in quibus differt à natura actionis realis,vel personalis. Sed an sit accusatio:videtur q sic.vt ĩ.proxi.§.in verb.accusationes.glos.tenet contrariũ,propter aliquas naturas quas habet,quæ nõ conueniunt accusationi.Vnde finaliter tenet q sit quoddã ius diuersum,tamen largo modo aliqñ potest dici accusatio.vt in §.seq. & aliquãdo actio,vt in l.seq.in ver.actionẽ.Bar.dicit q est of-
b ficiũ iudicis,b per qđ petitur testamẽtũ rescindi,& est officium nobile nõ mercenariũ:& sic in eo lis cõtestabitur,sicut in restitutione in integ.§.de mino.l.Papinianus exuli.§.fi.& ordinà-
7 riè procedetur vt in ca.fi.extra de officio iudi. †Tertio colligit glo.in fi.q qui agit querela nõ intẽtat petitio.hæredi.nã si ille intẽtaret & obtineret,sentẽtia prodesset sibi.& ei daretur petitio hæreditatis super qua videretur lata sentẽtia.arg.§.fit. j.l.de qua re.& tamẽ hic dicitur cõtrariũ,quia non dabitur sibi petitio hæreditatis,sed bene illis quibus pertinet hæreditas ab intestato,de hoc plenè per glo.ĩ.eo.l.qui de inofficioso.

a ☞ *Querela aliquando appellatur actio,aliquando accusatio.*

3 *Ad transmittendum querelam ad hæredem non est necesse quòd fuerit lis contestata, sed sufficit quòd sit præparata controuersia,uel etiam lis.*

4 *Præparatio dicitur,qualitercunque de intentione habẽtis eam,posśit apparere,quòd uelit eam intentare.*

5 *Soror si minatur fratri de parte hæreditatis petenda,uidetur hæreditatem adiuisse.*

6 *Filio in potestate non est necessaria bono.pos.gratia litis agnoscendæ,sed filio emancipato sic,ut ei detur querela.*

7 *Filio in potestate aditio hæreditatis est superuacua,ut sibi acquiratur hæreditas,cum sibi etiam ignoranti acquiratur.*
Querela non præparata,quòd hodie transmittatur ad suos descendentes.

8 *In ius non cadit aditio,sed immissio.*

1 §.Si quis instituta. †Querela præparata trãsmittitur ad quẽcunq; hæredẽ etiã extraneũ:secus si nõ sit præparata,& dicit præparata,si obtinuit prius bo.pos.gratia litis agnoscẽdæ,vel si quoquo modo apparet,q eã voluit intentare:vel qa dedit libellũ,licet lis nõ fuerit cõte.vel qa cõminatus est se daturũ:vel etiã si ipso facto apparet,q intẽtare voluit.h.d.cũ.l.seq.tñ istud verũ si in præparatione perseuerauit:secus si destitit,vel trãsigẽdo vel renũ-
2 tiando.l.si mota.C.de trãsa.†Et no.istos tex.in qbus aliqñ querela appellat actio,aliqñ accusatio,vnde gl.in §.præcedẽti ha-
3 buit iustã causam dubitãdi,an esset actio,vel accusatio. †Itẽ no.q ad transmittẽdũ ipsam ad hæredẽ,nõ est necesse,q fuerit lis cõtest.sed sufficit q sit præparata cõtrouersia vel etiã lis:& istud nõ reperitur in alijs actionibus nõ trãsitorijs,quia nõ inspicitur nisi an sit lis cõtest.an nõ. †Itẽ no.q præparatio dicitur qualitercunq; de intẽtione habẽtis eam posśit apparere q velit eã intẽtare,vel per verba,qa dedit libellũ super ea,vel cõminatus est dare:vel per facta,quia iter arripuit ad iudicem,vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dare libellū. & istud quod dicitur hic de cōminatione, inducit
1 Bar. ¶ † si soror minaī fratri de parte hereditatis petenda, vi-
deaī hereditatē adiuisse: quia per hoc apparet de intētione sua
& de animo habendi hæreditatē: & aditio vel immissio fit solo
6 animo declarato per verba. † Item no. ¶ filio in potestate nō
est necessaria bono. pos. gratia litis agnoscendæ, quia cogno-
scitur de iure ciuili: potelt tamē eam intentare si vult, sicut &
alia remedia prętoris haberent, secundū tabulas vel cōtratabu
las: vel vnde liberi. Est ergo illa bono. pos. necessaria filio emā-
cipato, qui de iure ciuili non cognoscebaī iure isto ab intestā-
to: sed bene cognoscebaī de iure prætorio sed querela erat de
iure ciuili: vnde non dabatur emācipato, nisi prius petita bo.
pos. de iure prætorio, quę dicitur gratia litis agnoscendæ, per
quā prętor ipsum admittebat ad querelā extendēdo remedia
iuris ciuilis ad cognitos per eum: vnde poterit dici querela ma
gis vtilis, quā directa per extensionē prætoris: nec ēm eam ha
bebat de iure ciuili, sed de iure prętorio post petitā bo. pos. &
7 ita intelligo qđ no. in l. Papinianus. ver. seq. loco, &c. † Itē no.
quòd in filio in potestate aditio hereditatis est superuacua: in-
telligę sanè, ¶ non est necessaria quantum ad hoc, vt sibi acqui
ratur hæreditas, cū sibi etiam ignoranti acquiraī per l. xij. tab.
3 quia est suus, & necessarius: & ideo decedens & etiam ignorās
transmittit eam ad quoscunq; hæredes suos iure suauitatis, iu
xta plenē not. per. Bar. in l. ventre. ī. de acquirenda hereditate.
vnde idem videbitur in querela sibi delata, ¶ eam ignorās trās
mittat: sed non est ita, quia illa non est insixa sibi, sicut est in-
sixa hæreditas: & ideo necessarium erat, quod præparasset eam
vt transmittat ad quoscunque hæredes. Hodie per l. sancimus.
in fi. C. eo. bene transmittit etiam nō prępараtā ad suos descē-
dentes, quantum verò ad hoc vt possit tilius conueniri cū effe
ctu à creditoribus hereditarijs, non sufficit, ¶ hereditas sit sibi
insixa per legē, cū habeat beneficiū prętoris, vt possit abitine-
8 re: sed requiriī ¶ se immiscuerit, nō dico, ¶ adiuerit, † quia in
suis non cadit aditio, sed immistio, l. cum bonis. ī. de acquiren.
hæredit. & nisi se immisceat, non potest cum effectu cōueniri:
nec est fundata intētio creditorum agentiū, si probetur ipsum
filium adiisse, vt condemnetur: nisi etiā probetur ipsum se im-
miscuisse, vt no. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. solu. mat.
& C. si vt se ab hęred. absti. l. ī. & l. necessarius. ī. de acqui. hęre.

a §☞ *Querelam delatam filio monacho, non potest monsterium intentare eo inuito.*
Si filius repudiaret hereditatem sibi delatam, hodie potest pater eam adire, & quid in querela?

LEX VIII.

1 RApinianus. † Querela data filiosa. non acquiritur patri, nec poterit ipsam intentare filio inuito: etiā de hoc iure. h. d. istud principium. Et hoc apparet, ¶ nō est actio: quia tūc acquireretur patri inuito filio iure isto, licet hodie secus. Sed oppo. ista querela quę oritur ex iniuria, quæ fit filio exheredato, vt hic, patet in verbo iniuria: sed ex iniuria facta filio, acquiritur actio non solū filio, sed etiam patri, & pater potest intentare actionē suam, & etiam habet exercitiū actionis filij, & eo inuito pōt eā intentare, vel remittere. l. sed si vnus. §. si filio. ī. de iniurijs. Sol. illud in aljs iniurijs, quę cadunt in delictū priuatum consistentibus in verbis, vel in factis, quia non solū fit iniuria filio, sed patri: ista verò iniuria exheredationis nō cōsistit in delicto: & sic nō cen
setur facta patri, sed soli filio, & ordinaī ad habendā hæreditatem: & sicut pater nō poterat habere hæreditatē delatā filio iure isto sine volūtate filij, cū habebat iubere ¶ adiret: ita nec pōt habere querelā, quę est prępараtoria ad hæreditatē obtinendā
2 vt hic. † Et sic est ar. ¶ querelā delatā filio monacho, nō possit monasterium intentare illo inuito. Hodie si filius repudiaret hæreditatem sibi delatam, pater posset eam adire. l. cū non solū. C. de bo. quæ liber. An idem esset in querela, si filius eam repudiaret: dubium est propter eius odium: cogita super hoc.

a §☞ *Quid si bonorum possessio gratia litis agnoscēdæ quæ etiam hodie necessaria est in filio emancipato, ut ei detur querela licet sit sublata differentia emancipationis & patrię potestatis ab intestato. & num. 3.*
3 *Bonorum possessio gratia litis ordinandæ quod ius tribuat? & quid de aljs bonorum possessionibus?*

1 §. sequenti loco. † Querela etiā quæ est præparata non transmittitur per filium ad patrem, qui sibi nō succedit iure hæreditario: sed tāquam vniuersalis successor oīa occupat iure peculij. h. d. nec obstat lex præcedens cū. §. præcedēti: quia bene trāsmittit ad hæredē, sed nō ad vniuersalē successorē, qui nō est hęres: hodie verò pater succedit filio iure hæreditario: vt in authē. de succes. ab intestato.
2 ideo ad ipsum trāsmitteret, si esset præparata. † Et sic no. glo. quæ declarat, quid sit ista bonorū pos. gratia litis agnoscēdæ: & adde quòd etiā hodie est necessaria in emancipato, licet sit sublata differētia emācipationis, & patriæ potestatis ab intestato: quia nō est sublata ex testamento: ita tenet Gul. de cu. & Bal. in l. ij. C. eo. In tex. ibi post agnitā bo. pos. litis ordinandę: sed videtur, ¶ nō habuit necesse eam petere, postquam erat filiusfa. & in potestate patris cōstitutus, vt §. l. proxi. post principium. Sol. hic dabaī querela cōtra testamētū patris, ¶ tūc esset fatendū: sed cōtra testamētum alicuius ex ascēdētibus ex linea materna, cui ipse nō poterat succedere de iure ciuili, sed prætorio tantū, vt auo materno: licet matri bene posset succedere de iure ciuili ex senatusconsulto Orficiano: vt patet ex no per gl. in l. posthumus. in prin. vnde sibi erat necessaria ista bo. pos. filio emācipato, per quā querelam, quæ est remediū iuris ciuilis
3 extēderetur ad ipsum. † Nota etiam hic: qualiter vocatur ista bono. pos. quæ dicitur litis ordinandæ gratia, quæ facit ipsum habilē ad intētādū querelā, cū prius non esset: Vltramontani verò aliter intellexerunt istā bono. pos. gratia litis ordinādæ, quàm intelligat glo. vt no. Cy. in l. ij. C. eo. sed doc. sequunt gl. quia intellectus illorū maiorē cōtinet dubitationē, quā intellectus glo. & dum dicit, ¶ ista bono. pos. & alię duæ nō tribuunt ius, intellige ius, scilicet dominiū in bonis hæreditarijs: licet secus sit in aljs bono. pos. quia statim quòd sunt petitę, vel hodie sunt agnitæ, acquiritur dominiū petēti vel etiā agnoscenti etiā sine apprehensione pos. sicut de iure ciuili acquiritur adeunti hæreditatē: sed in illis quæ nō tribuunt ius acquiritur detenta tio, vt in Carboniana, & in ea quæ datur nomine ventris: ista verò acquiritur habilitatio ad agendum querela.

1 §. Si quis postrem. † Desistēs semel per querelā lite inchoata amplius ad eam
nō reuertitur. h. d. cōcordat. l. postquam liti. C. de pact. per quā patet, ¶ idem in qualibet alia lite, si destitit renuntiando expresse liti & causæ: vt ibi no. Sed glo. quæ est supra facit differentiā inter super querela, vel super alia re: quia super querela non solū si renuntiat expresse, sed etiā si nō renuntiauit, & datus fuerit sibi terminus ad agēdū vel prosequendū, & nō fuerit prosecutus, si dicamus ¶ querela sit accusatio per. l. si ea. C. de accusa. secus si in aljs litibus super causis ciuilibus. doc. vidētur reprobare: quia idē modus est procedendi in causis ciuilibus, & criminalibus. l. absentem. ī. de pœnis.

1 §☞ *Testamenta ad pias causas subiacent rupturæ, vt si filius sit exheredatus, vel sit ei relictum minus legitima, quia tunc subiacet querelæ. & numero primo.*

1 §. Si Imperator. † Dignitas instituti nō excludit querelā. h. d. vnde dicit glos. ¶ etiā si testator instituat deum, si exheredat filiū indebite, dabitur querela, & rescindetur institutio, & allegat dictū Augustini,
2 propter quod semper allegaī ista glo. † ¶ etiā testamēta ad piā causam subiacent rupturæ, si in testamēto adeo filiū nō seruauit, quē seruare debebat. scilicet relinquendo legitimā integrā & etiā iure agendi ad supplementū, quia talia testamenta sunt contra officiū pietatis. Vnde deus vel ecclesia nō acceptat. vide per Bar. in l. j. C. de sac. sanc. eccle. Aliàs contra Veterani.

2 §☞ *Testamentum filijfami. de castrēsi peculio, an hodie subiaceat querelæ? & quid si est sui iuris?*

1 §. Papinianus. † Testamentū factū à veterano, etiā super castrensi peculio, subiacet querelæ. h. d. videbatur cōtrariū propter priuilegia veteranorum: sed certè in hoc nō sunt priuilegiati in præiudiciū filiorū: sicut nec Imperator vult vti tali priuilegio: sed contra. ī. proxi. §. & ī. eo. si instituta. §. de inoffic. Solu. ibi in testamento facto à mi
lite, ¶ propter publicū fauorē nō subiacet querelæ siue in militia siue post militiā intra annum missionis: hic in facto à nō milite, qui tamē fuit miles: & tēpore facti testamēti nō exercebat militiam, si erat veteranus. Inspiciendum est ergo in quo statu erat testator, tēpore cōditi testamenti, & etiā in quo statu erat tempore

2 tēpore mortis suæ. Sed cōtra † ¶ etiā si nō esset miles, si tamē testetur de castrēsi peculio, nō subiacet querelæ. vt l. fi. C. eo. Sol. loquitur in filiosamil. qui in castris tempore testamēti nō erat: quo' casu acquisita in castris retinēt nomē peculij castrensis, & propter hoc habet priuilegiū, vt querelę nō subiaceat: sed si nō erat filiusfami. sed sui iuris, tunc acquisita in castris desierunt esse peculiū, qui etiā nō est in aliena potestate, non habet pecu
lium propriè loquēdo: ideo nō habet hoc priuilegiū, vt hic. hodie verò dicit glo. illā. l. esse correctam, & testamentū subiacet querelæ: vt in authen. vt cū de appel. cog. §. simus. colla. vij. Et nota istā glo. nā contrariū dicitur in l. j. §. eod. in secūda glo. ibi dum dicit tūc enim tenet, sed eu' stat querelā: & etiam non vult ibi, ¶ hodie locum habeat illa. l. fi. doct. tenent istā: quia textus quem glossa allegat, loquitur in filiosami. qui non poterat testari nisi de castrensi peculio, & tamē vult testamentū eius subiacere querelæ, nisi probetur aliqua de causis ibi expressis: & isti Veterani fecerunt multas ciuitates prope Romam; videlicet Viterbium quasi vita inermium & Vitrallam.

2 §☞ *Respublica est magis priuilegiata, quàm Imperator.*

1 §. Si quis in militia. † Cōtra testamētū factum à milite durāte militia, nō datur querela etiā si finita militia moriaī intra annū tū missionis hoc dicit tex. cū glo. Intellige de missione honesta, vt propter senectutē vel aliud impedimētū: tūc enim testamentū factū in militia habebat priuilegia, etiā post militiā vsq; ad annū à tempore missionis, & licet careant solēnitate iuris ciuilis, nō sunt nulla: & licet sint inofficiosa, cōtra ea nō datur querela: sed finito anno nō valet amplius iure militari: sed iure cōmuni habēt
2 solennitatē debitā. † Not. hic ¶ magis est priuilegiata respublica, quam Imperator: nā priuilegia quæ dātur militibus dantur fauore publico, & propter hoc nō subiacent querelæ: & tamen testamentū in quo Imperator est institutus subiacet, quia in hoc non est fauor publicus: quod tene menti.

2 §☞ *Substitutio pupillaris expressa excludit matrem à legitima: secus in tacita, quæ resultat ex expressa vulgari, & si filius fecisset sibi tale testamentum post pupillarem ætatem, competeret matri querela.*
3 *In diuersis instantijs, & contra diuersas personas licita est uariatio: sed regulariter est prohibita.*
4 *Substitutio pupillaris dicitur esse testamentum patris, & filij diuersis respectibus.*
5 *Quòd hæc lex uariantem hæredem admittat.*

1 §. Sed nec impuberis. † Pupillaris substitutio non subiacet querelæ in
tētādæ per matrē pupilli, vel per fratrē eiusdē pupilli, licet fuerit substituta turpis persona: vel per putatiuū pupilli fratrem quondā defuncti testatoris. Itē rupto testamēto paterno, in totum rūpitur pupillare: secus si rūpatur pro parte. h. d. & est no
2 tabilis † & semper allegaī iste. §. ¶ expressa pupillaris excludit matrē etiā à legitima: nā hic mater nō volebat querelare pupillarem substitutionē, ¶a in ea erat prætерita: & sic legitima quę sibi debebatur in bonis filij, nō erat ei relicta, & si filius ipse fecisset sibi tale testamentū post pupillarē ætatē, habeī mater pro exhæredata & cōpeteret sibi querela: sed si haberet suā legitimā, nō potest mater cōqueri de illo testamento: & sic excludit à legitima hic. & probaī in l. precibus. C. de impu. & aljs substit. & in c. si pater. de testa. li. vj. secus in pupillari tacita, quę resultat ex expressa vulgari: ¶a ille nō admittitur contra matrē. vt l. fi. C. de insti. sub cōdi. fa. secūdū vnā lec. gl. Et prædicta procedunt siue substitutus sit honesta persona, siue turpis: sed in
quātū loquiī de fratre pupilli, vel de fratre testatoris, oportet text. intelligere, ¶ substitutus erat turpis persona: & propter hoc talis frater volebat talē substitutionē querelare. vt l. si fratris. cū l. fratres. C. eo. & tū dicitur ¶ nō possunt: & eadē ratione excludītur frater pupilli, ¶a dicitur sibi ¶ istud testamentū nō fecit ipse pupillus frater suus: sed ipse pater, & querela daī fratri cōtra testamentū factū à fratre, si turpē personā instituit: vt dictis. ll. nā poterit dici vt ŝ. dixi istud testamentū non fecit frater tuus, sed pater. contra loquimur in fratre patris, videbaī ¶ ille bene posset expugnare, si erat turpis persona instituta, postquam testamētū erat factū à fratre suo: sed cōtrariū dicit, quia licet sit factū à fratre suo, & propter hoc non possit expugnari à matre mea, à fratre pupilli: tū non est factū super hæreditate ipsius patris, fratrisq; sui, sed super hæreditate pupilli, &
querela datur fratri cōtra testamentū fa- a
ctum à fratre, super hæreditate ipsius fratris, quādo nō est institutus, instituta turpi persona: & isto modo substitutus diuersis vijs se defendit ab omnibus istis diēdo cōtra primos fuisse factū à patre nō à pupillo: & contra vltimū, quod est factū super hæreditate pupilli, nō super hæredi
3 tate ipsius. Vnde allegatur iste tex. ¶ in diuersis instantijs, & cōtra diuersas perso
nas licita est variatio: licet regulariter sit prohibita: sed re vera hic nō est variatio, quia nō sunt inter se contraria: imò se cōpatiuntur: nā verū est dicere, ¶ non est factū à filio sed à patre, & etiā est verū dicere, ¶ non est factū super hęreditate patris, sed
3 in fin. aliàs est. l. etiã. §. fi. quæ incipit: item à debitore. † Not. hanc. l. quòd debitor prælaturæ vel beneficij nõ tenetur soluere, quando probabiliter dubitat, an petens sit prælatus, vel habeat ius in beneficio: nisi foret in quieta possessione: ad quod

4 vide quod no. Inno. in c. cũ contingit. de cõcess. præben. † Not.

a etiã secundũ glo. & Bart. in ver. dubitat, [a] quòd potest quis respondere positionibus, vel libello, dubitãdo, & fit litis cõtestatio, sicut si responderet negando, vel cõfitendo. Si tamẽ statutum diceret q̃ debeat quis respondere per verbum credit, vel non credit, nõ puto, q̃ deberet admitti hæc responsio. Dubito quia aliud est dubitare, aliud est nõ credere: qui enim dubitat non applicat animũ plus ad vnam partem quàm ad alterã: sed qui dicit se non credere, bene applicat ad partem negatiuam: facit quod no. gl. j̃. de iur. & facti igno. super rubrica.

2 ☞ *Qualiter, & quando uideatur quis comprobare testamentũ inofficiosum, uel nullum, ut non possit postea uenire contra illud, etiam si non ueniat ex manifesta calumnia? & qualiter dicatur cõstare de calumnia? & num. 4.*

3 *Potest quis in eodem libello dicere testamentum nullum, & petere hoc declarari, & in consequentiam hæreditatem ad se petinere ab intestato.*

4 *Verbum aufero, uel abstuli, non semper importat uiam facti.*

LEX XLVI.

1 ROstquam legatum. †Qui legatũ vel cõmodũ ex testamento percepit, non prohibet ipsum testamẽtum de nullitate impugnare, nisi appareat de manifesta calumnia: debet tamẽ ante omnia restituere quod accepit, recepta cautione, de iterũ dando, si succumbat. h. d. notabilis lex. Et intellige hanc legẽ, quãdo non fuit in potestate istius legatarij tollere nullitatem: vt quia dicebatur, q̃ erat testamentũ falsum, vel etiam nullum ex defectu solennitatis testium: nam & si legatarius vellet, q̃ valeret hoc facere non posset, quia non potest tollere veritatẽ: nec iuris dispositionem. Vnde recipiẽdo legatum, & scienter non validat testamẽtũ, & sic nõ impeditur allegare nullitatẽ: vt l. post legatũ. post princi. j̃. de his quibus vt indi. & sic debet admitti ad allegandũ, nisi veniat per manifestam calumniã: vt in fin. l. potius, vt vexet aduersariũ, quam vt cõsequatur commodum: & hoc probatur hic, & in ver. [maximè si non per calumniam sed per errorẽ &c.] Nam innuit, q̃ etiã si non per errorem sed ex certa scientia recepit legatũ, sciens testamentum

2 non valere, nõ propterea probetur de nullitate differẽtiæ. † Si autem erat in sua potestate tollere nullitatẽ, vel expugnationem,

nem, vt quia erat inofficiosum, vel nullum, ratione præteritionis eius: quo casu poterat approbare testamentũ de iure prętorio, vt l. filio præterito. de iniu. testa. tũc scíẽter recipiẽdo legatum, valebit testamentum, & perdit querelã, & ius dicẽdi nullum: & sic non põt postea venire cõtra, etiã si nõ veniat ex manifesta calũnia: vt d. l. post legatã. in prin. & ſ. tit. j. l. ſi pars. §. fi. cũ. l. sequenti. secus si per errorẽ facti: vt l. iure decedens. Quid

3 aũt si per errorem iuris? dicvt l. Clodius. j̃. de acquir. hære. † In tex. ibi: [hæreditatẽ peto.] scilicet allegando testamentũ nullũ vt j̃. sequitur, & sic no. secundũ Ang. q̃ põt quis eodem libello dicere testamentũ nullũ, & petere hoc declarari, & in cõsequẽtiam hæreditatẽ ad se pertinere ab intestato. Innuit ergo hic, q̃ admittatur ad hoc petendũ, sed dubitatur de modo, & hoc est, quod sequitur Attilicinus. Sed primũ dictũ, quod admittatur, limitatur in fine. l. nisi appareat de manifesta calũnia, & gl. quæ est in l. legitima. ſ. e. in vltima gl. intelligit cõstare de calumnia, qñ sciebat testamentũ nõ valere, & nihilominus legatum recepit, vt videatur renũtiasse hæreditati ab intestato. sed tex. in verbo [maximè.] innuit cõtra, q̃ propter solã scientiã, nõ repellatur à iure dicendi nullũ. in d. l. post legatũ. secũdo vel tertio respõso. Vnde videtur intelligendũ, qñ faciebat potius causa lucrandi quam pro lucro consequendo: aliàs certe scientia ipsum nõ excludit. In tex. ibi: [non aliter mihi.] & c. dic, sic ergo non debet recipí libellus super nullitate, nisi restituto legato, q̃ accepit: dummodo præstetur cautio de restituendo,

4 quando contingat illum succumbere, vt sequitur. † Et vide q̃ no. in c. cũ olim eius. circa finem. de censi. & cõsidera vt dixi, q̃ qñ possum tollere nullitatẽ, an videar tollere acceptándo legatum: distinguẽdi sunt tres casus. Aut acceptat scienter, aut per ignorãtiã facti, vel iuris. Si aũt poterat tollere, dubitatur, an ea dem distinctio sit adhibenda: nã si hoc esset, nõ esset differẽtia inter istos casus: & tñ ratio dictat, q̃ sit differentia: & etiã text. videtur velle in d. l. post legatũ. erit ergo in hoc, quia isto casu, etiã si scienter acceptat legatũ, nõ prohibeor postea dícere nullum, post q̃ nõ fuit in mea potestate validare: & hoc etiam innuit iste tex. in verbo [maxime,] nisi vellem venire per manifestam calumniã, vt in fi. quæ nõ cõsistit in eo solo, q̃ scíẽter acceptauit, licet gl. sentiat cõtrariũ, in illa. l. legitimã, in vltima glo. Vltimo Ang. in fi. in verbo, [abstulisset.] no. tex. cũ gl. quę ex-

a ponit, [id est accepisset,] q̃ istud verbum aufero [a], vel abstuli, non semper importet, quod per vim abstulerim: quia etiam si à sponte soluẽte recepi, possum dici abstulisse: & dicit per hoc, se defendisse à quadam inquisitione, sed in contrariũ. ſ. ne quis eum l. ſi eximendi. §. puto, q̃ in dubio etiam præsumatur, licet causa absurditatis tollendæ & nisi appareat cõtrarium, possit tolerari: quod inquit Ange.

LEX XLVII.

1 VMis, qui. †Lex ista venit ad declarationem legis præcedentis, vbi fuit dictum legatarium admittendum non esse, nisi restituat legatum. Quid, si non restituit de facto, & postea obtinuit in causa nullitatis, & in petitione hæreditatis: dicitur hic, q̃ tãto minus ei restituitur de hæreditate quantum perceperat iure legati. Si ergo possessor soluit de sua bursa, recuperat à vincente, vel retinendo res hæreditarias quousq; ibi refundatur, vel tanto minus restituendo. In tex. ibi: [hæreditatem peti.] dícas alle gando testamentum nullum, & sic not. pro eo, quod dixi in l. præced. q̃ ista iudicia simul cumulantur.

LEX XLVIII.

1 QVi se liti. †Qui se obtulit liti, vt possessor condemnatur, licet non possideat nisi petitor fuerit sciens. hoc dicit & declarat vt in l. his qui se. j̃. de rei vendi. Primò loquitur quando actor ignorabat reum non possidere, vsque ibi. [nisi euidentissimis.] secundo quando sciebat vsque ibi: [& qui se.] tertio redit ad primum casum. Circa primum opponi. extra glosſ. de eo, quod habetur & notatur in l. ſi à te. j̃. de executio. rei iudi. vbi si tempore sententiæ reus reperiatur non possidere, necvnquam possedisse, debet absolui: licet actor probauerit se dominum, vel se esse hæredem. Sol. intellige hic, quando reus

a ¶ Verbũ aufero. adde q̃ auferre, est de mani b⁹ rapere: vt infrà de incẽd. rui. nauf. l. iñ. §. nõ tantũ. & ibi nota. itẽ auferre dicit ille. q̃ rẽ alienã obligat. ĩ au thẽ. de nup. §. solutio. & ille q̃ petit, dicitur etiã auferre. vt in l. ſi pecunia. infrà de iur. dot. Fran. Cur.

b ↠ Sed absoluit. imò si reus expresse nõ dixerit se nõ possidere, idque actor ignoret, cõdemnabit reus ex eo, q̃ se liti obtulit, tanquã possessor, text. est in l. is qui se obtulit, vbi gl. in verb. obtulit. & ibi etiã Bar. infrà. de rei vendi. idque etiã manifestè proba tur p hãc. l. qui se liti.

fuit interrogatus à iudice, an possideret: a & rñdit, q̃ sic: & sic decipit actorẽ qui nõ egisset, si nõ rñdisset se possidere. Contrariũ loquit, qñ nõ fuit interrogatus: & fuit actum contra eũ, tanquã cõtra possessorẽ:

b quo casu nõ cõdẽnat, sed absoluitur ↠: & sic iudiciũ est fruſtratorium in prędicium agentis: vt l. qui petitorio. j̃. de rei vendi. ideo cautela est, vt fiat interrogatio parti. j̃. de interrog. actio. ne fruſtratorium sit b iudiciũ: & hoc voluit gl. in c. is qui. in glo. j. quæ dicit, ac si possideret &c. Circa secundam partem quæritur quando actor sciuit à principio, q̃ reus nõ possidebat, an indistinctè ꝓcedat, quod hic dicit: respondeq̃ sic: quia reus tam ante litẽ contestatã, quã post dicere põt se non possidere, & nõ condẽnabitur, quia actor nõ fuit ab eo deceptus, sed à semetipso, quia non debuit agere postquã sciebat: sed si ignorasset, bene poterat hoc dicere reus vsque ad cõtestationẽ litis exclusiuè, sed postea nõ: imò debet cõdẽnari, vt in principio: & ita debet hic intelligi. vt no. in d. l. is qui dolo. in gl. ſ. Circa vltimã partẽ quæritur de intellectu eius: Rñdeo, q̃ a in primo casu qñ actor ignorauit, & rñdit se possidere, & propter hoc datus fuit libellus, & reus satisfecit cũ fideiussoribus de iudicato soluẽdo, si reus cõdẽnet, & nõ reperiat aliqd habere, & si actor remanet in dãno, maximè in expẽsis poterit agere ex stipulatiõe de iudicato soluẽdo, cõtra fideiussores ad interesse ex clausula doli, q̃ cõtinet ĩ stipulatiõe de iudicato soluẽdo, q̃ cõtinet tres clausulas. ſ. de defendẽdo, & quã verbũ sonat, de dolo, q̃ absit. Alij dicebãt dari actionẽ de dolo, sed falsum est: quia alia cõpetit vt in gl. fin. Vltimò quæro, & solue vt in glo. super ver. ab initio. & remanẽt omnes glo. declaratę.

a ☞ *Prælatus, uel beneficiatus, qui ex aliqua iusta causa posset priuari: si fuit priuatus, tenetur restituere oẽs fructus, quos percepit à tẽpore, quo affuit cã priuatiõis.*

LEX XLIX.

1 PRædonis loco. † Licet qs sit verus hæres, si tñ scit hæreditatem posse sibi auferri occupãdo bona hæreditaria, dicit prædo: & sic sibi auferẽt hæreditas cũ omnibus fructibus pceptis, similiter, & quos percipere poterat. h. d. tene menti: & idẽ voluit glo. in l. sed si lege. §. quod autem ait. in gl. ma-

2 gna. † Et not. hic secundũ Angel. contra prælatũ, vel beneficiatum qui ex aliqua iusta causa posset priuari, q̃ si fuit priuatus, tenetur restituere oẽs fructus quos percepit à tẽpore quo affuit causa priuationis. Tene mẽti singulariter: quia poterat dici cõtrariũ propter hoc, q̃ ante priuationem erat verus prælatus, & sic debuit facere fructus suos, & lucrari. tene menti.

LEX L.

1 IVcius Titius. †Succũbens in quæstione falsi, non prohibet dicere testm̃ nullũ. h. d. & cõcordat cũ l. eũ qui. & l. cõtra maiores. C. de inoffic. test. nec sibi est cõtrarius: quia vtroq; modo impugnat, licet in alio videat cõtrarietas quia cũ dicit falsum, præsupponit non esse factum: sed nec cum dicit nullum, præsupponit esse factum, sed non ritè: vtroq; tamen modo impugnat. Quando autem cõtrarietas esset in exercitio, locũ habet contrariũ glo. de. l. ſi patronus. de bonis liber.

2 ☞ *Hæres quando est iussus uendere in legato, non est res, sed actus uendẽdi: non res capitur ex ultima uoluntate: & si debet solui gabella de legatis, soluetur de actu uendendi, & non de re quæ esset maioris æstimationis. & numero 4.*

3 *Statutum si prohibet uirum legare uxori res suas, & uir non legat res, sed mandat hæredi quòd uendat uxori, talis uenditio non est cõtra formam statuti: & sic præualet præceptum, & poterit agi, & quid si apparet de fraude?*

LEX LI.

1 IN æstimationibus. †Possessor bonæfidei qui post litem sibi motam vendidit res hęreditarias minori pretio, quàm valerẽt, tenetur restituere vero hæredi verum pretium si hoc fecit, nulla necessitate cogente, seu suspicione necessitatis: secus si suberat necessitatis suspicio: quia tũc non

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Iussus est vendere. adde q̃ cõtra taliter iussum vẽdere, possit agi rei vẽdi. per emere debẽtẽ, ad ipsam rẽ iusto pretio oblato. et Bart. post Dyn. in l. si fideiussor. §. meminisse infrà de leg. j. et in l. vxorẽ §. agri plagã. infrà de leg. ij. Cõtrariũ tñ tenet Bal. in d. §. meminisse. de quo vide ibi p̃ doct. & d. Fab. in tract. de emp. & vend. in iij. q. prin. quæstio. xxij. Cur.

b ¶ Gabella. adde latè hertachinum fir. in tract. de gabellis.

tenetur nisi ad pretium preceptum bona fide. h. d. & adde quod habetur. ſ. eod. l. si possessor. §. j. in princ. glo. magnę quę incipit, tamẽ pretiũ. vbi format contrarium de ista, & limitat, vt ibi dicit. Pro declaratione glo. j. opponit, q̃ nõ procedat ista lex: quia vel intelligis eã in bonæfid. possessore, & non procedit principium, dum dicit, id quo q̃ accedat &c. ga ille non tenetur vltra, quã sit locupletior: aut intelligas in possessore malæfidei, & hoc est cõtra text. in fi. dum dicit bona fide accepit: quia tunc teneretur indistinctè ad verum pretium, imò etiam ad ipsas res venditas: quas si non restitueret, iuraretur cõtra eũ in litẽ: vt l. si possessor. §. fi. ſ. e. cuius contrarium vult ista litera, maximè in fine. sed q̃ non teneatur vltra, quã percepit. Solu. loquit in possessore bonæfidei, qui tamen erat factus malæfidei fictè per motionẽ litis, vel controuersiæ, & propter hoc tenetur ad verũ pretium: sed si non esset effectus malæfidei fictè, quia non esset mota cõtrouersia, procederet cõtrarium: & adde q̃ propter malam fidem fictã non solùm potest conueniri ad pretium verum, vt hic: sed etiam ad ipsas res, & iuraret in litem, si non restitueret, si tamẽ extarẽt, vt dicta. l. si possessor. §. fin. si autem esset malæfidei verè, tunc etiã si ex causa necessaria, teneretẽ ad verum pretium, quia sciebat non esse necessariã, & tenetur non solùm ad pretiũ, sed ad vsuras: & hoc quãdo necessitas erat respectu p̃sonæ quia erat grauatus in testamento vendere: sed si respectu rerum, vt quia erãt res tempore perituræ vel steriles. dic vt d. l. si possessor. in principio glo. magnæ, & quod ibi dixi in primo cõtrario. Secundò oppo. in alia gloss. magna, q̃ iste vendens non teneatur restituere pretium, etiã quod precepit: vt ſ. eod. l. nec vllã. aliàs est. l. etiã. §. idem erit dicendũ. versi. planè si accepta. ſ. eo. Solu. hic accepit pretium, tanquã pretiũ rei venditę: quia fuerat iussus vendere, & sic pretium loco rei succedit, quia fingitur esse res hæredis: vt ſ. eo. l. si & rem & pretium. ipsa autem res vendita, non capitur per legatarium ex vltima voluntate: sed capitur ex venditione sibi facta, propter iussum sibi factũ in vltima voluntate: in contrarium verò non fuit iussus vendere, sed restituere rem pecuniæ accepta, quo casu pecuniæ accepta, tanquã pretium, tanquã mortis causa capio: ideo non succedit loco rei, nec fingit̃ res hæreditaria, nisi fuisset de se hæreditaria: vt in illa, quã soluit statu liber, cui relicta fuit libertas, si daret decẽ quia põt dare de pecuniæ hæreditariæ, meritò illa pecuniæ non potest peti per hanc actionẽ: quia nec est de hæredi. nec fingitur hæredi. nec fuit in hæreditate reperta: res autem tunc capitur à legatario ex vltima voluntate, non ex cõtractu.

2 Sed hoc vult ista glo. in effectu, quã † Angel. multùm not. al-
a legat, quia vult, q̃ quando hæres iussus est vendere [a] alicui, in legato, non est res, sed actus vendendi: & res nõ capitur ex vl-
3 tima volũtate. †Et ex his videtur determinari quæstio, si statutum prohibet virum legare vxori res suas: & vir non legat res, sed mandat hæredi, quòd vendat vxori, talis venditio non est contra formam statuti, & sic valet præceptum, & sic agi poterit: quia non est ista venditio rei testatoris, licet fiat de re testatoris. hæc puta vera, nisi appareat de fraude, quę potest fieri de vltima volũtate, ad contractum: sicut de cõtractu ad alium
4 contractum, † & soluetur gabella [b] de actu venditionis, si ve-
b nit soluenda de legatis, quia ille actus est in legato: non autem soluetur de re vendita, si de contractibus non est soluenda. Et longa differentia est inter prædicta, quia actus vẽditionis potest esse paruæ æstimationis, maximè si venditur iusto pretio, sed ipsa res potest esse maximæ æstimationis, & sic maior solueretur gabella. Vltimò oppo. contra sic, quòd non excusetur, licet vendiderit ex causa fideicommissi: quia p̃supponitur testamentum non valere, ex quo possessor tenetur restituere vero hæredi: & si non valebat testamentum, ergo nec fideicõmissum: ergo nec suberat necessitas. Solutio, fateor inspecta veritate: sed putabatur, quia credebatur valere: & ista suspicio excusat eum, si bona fide recepit: sicut excusaret vera necessitas. Dicitur autem bona fide recipere, si errauit in facto vel in iure: tamen quantum ad damnum vitandum, dic vt ſ. eod. l. sed si lege. §. scire.

2 ☞ *Iudicium particulare potest hodie moueri per tertium, nec potest alter ex litigantibus in iudicio uniuersali, de hæreditate illud impedire.*

3 *Et quid, si iudicium particulare moueatur per alterum ex litigantibus super hæreditate contra tertium?*

LEX LII.

1 SI bonæfidei. †Iudicia particularia non differunt ab vniuersalibus, si res erat tempore peritura. hoc dicit in effectu. Vel sic: possessor bonefidei cui mota est lis, potest conuenire debitores hæreditarios, & possessores rerum hęreditariarum, si res erat tempore peritura. sed si negligat, vel est malæfidei actor qui se asserit verum hæredem, licet non possideat, erit ille qui agere poterit dicto casu. h. d. notabiliter. †In text. ibi. [in rem agere poterit:] subaudi, dicto casu, quãdo res erat tempore peritura in præcedenti. Et aduerte: quia istum casum non habuimus in isto tit. nam multæ leges loquuntur de iudicijs particularibus, quòd debeat in eis superfederi quousque durat, vel speratur durare iudiciũ vniuersale: sed loqtur q̃n mouet̃ per tertiũ contra aliq̃ ex litigãtibus super hæreditate: vt patet in l. siquis libertatẽ. ſ. eo. tñ hodie corrigitur: vt per. l. fi. C. eod. vbi habetur, q̃ possunt moueri, nec potest alter ex litigantibus impedire. † q̃n verò moueret̃ per alterũ ex litigãtibus super hæreditate contra tertiũ, loquit̃ ista lex: in qua distinguitur notabiliter, nec corrigit̃ per illã legẽ finalẽ, quæ loquitur solũ, q̃n mouet̃ per tertiũ: non q̃n per alterũ ex litigãtibus, cõtra tertiũ: quia tũc est seruãda ista lex: quia si periculũ non erat in mora, indistinctè non posset alter ex litigantibus agere, contra tertium. Imò alter posset impedire, ne fiat sibi præiudicium, saltẽ qualequale: quia si alter admitteretur, tanquam hæres videretur quodammodo præsumi, quòd sit hæres: & hoc est principale alteri, qui asserit se hæredẽ. Si autem periculum est in mora, seruanda distinctio huius legis notabilis, vt si possessor est bonæfidei, primò admittatur ad agendum: quia melioris cõditionis eo ipso, q̃ possidet, & est bonæfidei: ipso verò negligente vel sic est malæfidei admittitur ad agendum contra tertium ipse petitor, qui non possidet, & tamen asserit se hæredem, vt agatur contra possessorem: de his tetigi in illa. l. si quis libertatem. dicit tamen Angel. q̃ in primo casu bonæfidei possessor, debet admitti ad agendum, vsq̃ contestationem, & non vltra, si per eam interrumpitur præscriptio. & sic cessat periculũ. argu. ſ. de iud. l. sed & si restituatur. §. sed & si dies actionis. &. ſ. de offic. præsid. l. senatus.

LEX LIII.

1 HAereditas etiam. †Per istud principiũ quod semper allegatur, patet, quòd si mortuus est aliquis, qui nihil habebat in bonis, nihilominus possum eius hæreditatem petere, vt sic petam me declarari hæredem eius: & potest hoc prodesse, si fortè ille habebat priuilegiũ principis, pro se, & suis hæredibus, puta, creandi notarios vel legitimandi spurios, vt posim tali priuilegio gaudere. Debes autem scire, q̃ secundum iura ante condita, mortuo aliquo bona eius dicebãtur vacare: quia dominium non erat penes aliquẽ: iura verò introduxerũt quandam fictionem, vt eo mortuo succedat loco eius hęreditas, quę dicitur successio in omnia bona defuncti, & repræsentãt eum viuere: vt l. hæreditas. ſ. de verbor. signifi. & sic dominium rerum non vacat, sed est apud illam hæreditatem. Res ergo non sunt hæreditas, sed sunt res hæreditatis: & in hoc fundatur, quod habetur in l. licet minimam. ſ. eod.

2 ☞ *Piæ uoluntates, & legata possunt executioni mandari: tum per iudicem ecclesiasticum, quàm per secularem.*

Casus in quo proceditur per inquisitionem, etiam in causa pecuniaria, quando est pia, ibi.

3 *Testator si mandat hæredi ut faciat sibi monumentum, quòd contra hæredem non detur actio ex testamento, si erat unus hæres: sed si plures, datur inter eos actio familiæ erciscundæ.*

4 *Licet nulla detur actio, tamen competit officium iudicis, etiam nullo postulante, ut uoluntas pia executioni mandetur.*

5 *Probabilis modus expendendi est, secundum quod testator disposuit; & quod ultra expenderet, non repeteretur.*

§. Si

1 §. Si defuncto. †Pro expensis funeris, vel monumenti competit bonæ fidei possessori retentio, & actio neg. gest. h. d. & semper allegatur iste text. in
2 fin. † quod piæ voluntates, & legata possunt executioni man-
a dari tam per iudicem ecclesiasticũ, [a] quàm per iudicem secularem: quia principali, vel pontificali authoritate &c. circa quod vide in Spe. de testa. §. in primis. ver. pone nullus. qui dicit, q̃ etiam nemine petente ex officio. Et sic est casus, in quo proceditur per inquisitionem, etiam in causa pecuniaria, quãdo est
3 pia. † Not. etiam in versi. quãuis. q̃ si testator mãdat hæredi,
b vt faciat sibi monumentum, [b] q̃ contra hæredem nulla datur actio ex testamento: quia non est, cui cõpetat, cum nullus prętendat interesse super hoc. Istud est verũ, si eratvnus hęres: sed si plures, datur inter eos actio familiæ erciscundæ. vt ſ. famil.
4 erciſc. l. his consequenter. §. cum monumentum. †Item not. q̃
c licet nulla detur actio, tamen cõpetit officium iudicis. [c] etiam nullo postulante, vt voluntas pia executioni mandetur: vt l. quintus. ſ. de annu. legatis. & vide, quod habet̃ in clemen. j. de
5 iudi. †Vltimò not. q̃ probabilis modus expendendi est secundũ quod testator disposuit, & quod vltra expenderet, non repeteretur: vt ſ. de negotijs gestis. l. qui aliena. §. libertos.

LEX LIIII.

1 HAeres furiosi. †Si furiosus cui delata erat hæreditas, & adita per eius curatorem, decesserit in furore: debet hęreditas peruenire ad substitutũ vulgarem, vel ad venientem ab intestato deductis expensis, tam in hæreditate factis, quam in persona furiosi, si alia bona non habebat. h. d. notabiliter. Præmitte quòd licet hæreditas delata furioso possit adiri per curatorem: aditio tamẽ est in pendenti: vt si recipiscat, & consentiat effectualiter, valeat, & sibi acquiratur. Si autem decesserit in furore, nec vnquam acceptauit, annihilatur. & perinde habetur, ac si non fuisset adita. Tunc habet locum ista lex, vt, si habeat substitutum, ad ipsum veniat: si non habeat, perueniat ad venientes ab intestato. hęres autem ipsius furiosi tenebitur restituere, deductis tamen expensis factis in hæreditate, vel in personam furiosi, si alia bona non habebat: quia debuit ali ex ipsis bonis, misericordiæ causa, licet sibi non fuerint acquisita: non sic esset, etiã in alio non furioso: quia etiam si esset pauper, non deberet ali ex hæreditate, in qua nullum ius habuit: est verum, q̃ si erat bonæfidei, non refunderet expensas: quia non est locupletior, nisi tantum de suo fuisset expensurus, & habebat alia bona: de prædictis vide in l. fin. C. de cura. fur.

2 ☞ *Vsuræ fructuum, & sic accessio accessionis possunt uenire in actione uniuersali, & bonæ fidei: sed in actione speciali, & stricti iuris non: sicut non debent esse usuræ usurarum.*

1 §. Fructuum. †Bonæ fidei possessor nõ tenetur ad vsuras fructuũ perceptorũ, & venditorum, post litis cõtestã. bene tenetur ad vsuras tempore litis inchoatæ. h. d. secundum intellectum glos. primæ. quæ incipit: in bonæ fidei: & est vna mirabilis distinctio, quæ hic ponitur: & est difficilis ad sustinẽdum: & alibi videt̃ text. aliter dicere distinguendo inter rigorem & æquitatem: vt l. eum qui. ſ. de his qui. vt indig. & alibi. aliter in l. j. C. eo. tit. de quo ibi per glos. & Bar. in d. l. eum qui. quantũ ad intellectũ huius legis: sed quantum ad distinctionẽ huius. §. videtur, q̃ non possit sustineri: et q̃ sit cõtra omnẽ rationẽ: quia deterioris cõditionis debet esse possessor post litẽ contestatã, quam ante, cũ omnes possessores post litem contestatã æquiparentur, & dicãtur prædones, licet prius fuerint bonæfidei: vt ſ. eo. l. si autẽ. §. sed si ante litẽ. propter hoc fuerunt tres lecturę in isto §. quarũ duas ponit gl. fin. & reprehendit, & aliã ponit glo. In tex. ibi post hæredi. peti. dic, q̃ sic, post lit. contesta. quia tunc dicit̃ petita: vt l. amplius non peti. ſ. rem ra. hab. In tex. ibi: perceptorũ, subaudi, & venditorum, quia si non fuissent venditi fructus, non esset tractandum de vsuris: vt d. l. eũ qui. ff. de his qui vt indi. In tex. ibi: diuersa ratio est eorũ, quando ante &c. subaudi quia vsurę bene veniũt. scilicet post lit. cõtesta. nõ autẽ ante. Timore ergo cõtrarij Mar. intellexit istum. §. in primo casu, q̃n possessor erat malæfidei licet fictè foret malæfi. secũdo verò casu, quãdo erat malęfi. Dicebat ergo, q̃ tunc tenetur ad vsuras perceptorũ indistinctè, qa semper est in mora: & quia ante lit. cõtesta. percepit ex volũtate: sed q̃n erat bonæfidei, nõ a
tenetur ad vsuras perceptorũ post lit. contesta. quia percepit ex necessitate. glo. respondet, quia iste tex. nõ facit differentiã, b
inter possessorẽ bonæfidei, vel malæfidei: sed inter fructus perceptos, & venditos, post lit. cõte. & perceptos, & vẽditos ante. Alij dixerunt quòd totus debet intelligi in possessore verè malæfidei: & quòd ratio diuersitatis inter casum, & casum est quia primo casu, q̃n percepit post litẽ contestatã, videtur percepisse ex quadã necessitate, quia si neglexisset, tenetur emendare, idem si magis subuenitur. quia ſ. eo. l. in æstimationibus. in fi. sed ante litem cõ testatã percepisti ex volũtate: ideo minus subuenitur. gl. reprobat hanc rationem, c
quia ponendo, quòd esset malæfidei, ita percepit ex necesitate ante litem contestatam, sicut post: quia si negligeret, teneretur, postquàm est malæfid. Alij assignant aliam rationem: quia pretia percepta ante litem contestatam, petunt̃ iure actionis, quæ est bonæfidei, cui actioni põt deseruire officiũ iudicis mercenariũ, quo petuntur vsuræ: sed perceptæ post litem contestatã non veniunt iure actionis, sed officio iudicis mercenario, vt l. ædiles. §. itẽ sciendũ. ſ. de ædili. edic. & vni officio iudicis mercenario, aliud officium similiter mercenarium seruire nõ debet: quia vnũ non est principalius altero. gl. reprehendit: quia imo etiã percepti post litẽ cõtestatam, augent hæreditatẽ, & sic veniũt iure actionis: vnde cessat dicta ratio. Idcirco gl. dicit vtrunq̃ casum intelligi, q̃n possessor erat verè bonæfidei. quo casu ante litẽ contestatã percipit ex mera voluntate: quia si negligeret, nõ teneretur: cũ neglexerit tanq̃ rem suã: ideo secuta litis cõtestatio, cũ extunc sit cõstitutus in mora, tenetur ad vsuras, quæ veniũt in hac actione tanq̃ bonæfidei, sed percepit, & vendidit post: & sic postq̃ est effectus malæfidei fictè, quia tũc percepit ex necessitate, subueniſ, vt nõ teneat̃ ad vsuras. Et istã sequit̃ gl. & doct. põt dici, q̃ de perceptis ante ideo teneat̃ ad vsuras post litẽ cõtestatã, quia super eis facta fuit contestatio. Veniebat enim in actione vniuersa proposita, cũ augerent hæreditatẽ: ergo contestatio censetur facta super omnibus: sed quando post litem contestatam percepti sunt, & venditi, super illis nõ fuit facta contestatio: &
2 ideo nõ veniũt vsuræ. † Vltimò gl. j. opponit q̃ indistinctè nõ veniãt vsuræ de pretijs fructuũ, quia cũ fructus sint accessiones & vsuræ similiter sint accessiones, & non debeat esse accessio accessiõis, sicut nõ debẽt esse vsurę vsurarũ. tex. est ſ. de vsur. l. neq̃ eorũ. Sol. vt i gl. qa ibi in actiõe speciali, & stricti iuris: hic vniuersali, & bonæfidei. Cętera vide in d. l. j. C. e. in gl. & p Cy.

2 ☞ *Non est fienda honesta interpretatio, quando ex ea quis inhoneste lucraretur.*

3 *Potest quis plus petere à possessore quàm ipse fuisset percepturus si hæreditas apud eum fuisset, ne possessor lucretur.*

LEX LV.

1 SI possessor. †Possessor etiam bonæfidei tenetur restituere omne lucrum, & quæstum, quem percepit ex bonis hæreditarijs, etiam si sit honestum vel inhonestum, & etiam si sit pœnale, & etiam si est tale quod petitor non fuisset perceptu-
2 rus, hoc dicit ista lex, cum l. cuicta hæreditate. & l. cum hæredi tas. ſ. eodem. † Not. in ista. l. si possessor. quòd non est fienda honesta interpretatio, quando ex ea quis inhoneste lucraretur: si enim possessor diceret petitori, tu non debes petere hoc lucrum, vel quæstum: quia es inhonestus, cum facias contra honestatem: potest replicari, quòd non potest de hoc excipere, quia inhoneste lucraretur. Vnde conuenientius est, quòd restituat, quàm quòd retineat, cum ipse nullum ius haberet in bonis. Contra de l. euict. opponitur, quòd non veniat in hac actione duplum ex l. Aquilia. vt ſ. eodem l. item venit. §. cum prædiximus. Solu. si possessor esset ille, qui dedisset damnum, & contra eum ageretur hac actione, in qua venit emendatio damni: fateor, quòd non condemnaretur ad duplum, propter negotiationem, quia actio legis Aquiliæ conuersa in hanc a-

Universidad de Palermo
Biblioteca

a ☞Inno. Ad hoc dictū Inn. adde eūdē Bar. in l. d. diuo pio. § si super rebus. j. de re iudi. & ibi per Alexā. & in d. §. quoties. coll. iij. & dictū Inn. sequit Pe. de anch. in cōsi. ccxcvij. incet. efficacibus. col. iij. in fi. & per Io. petrū ferra. cōciuem in tr. de execu. sen. col. 3 iiij. circa fi. Frau. cur.

b ⁂Et de hac exceptione, nū impediat snīæ executionē, vide per Inn. in c. cū venissent. de restitu. in integ. & Ang. in cōsi. executio laudi nō impedit. Et huc adde q̄ litis pendētia corā arbitro nō iudicat. nec de ea pendēte corā arbitro, corā iudice opponi possit, vt l. si quis rē. ff. de arb. & ibidē gl. & in cle. quādiu. secūdū. d. Philip. in c. ex rōne. vij. q. ex. tit. lis aūt pēdere variis modis dicitur, nempe p libel. oblat. l. j. C. vt lit. pēd. 5 p appellat. vt toto tit. 4 nil no. pēd. appel. per relationē, vel consultationē factā superiori. l. ex eo. C. de appell. p iudi. recusationē. c. secūdō reqris. & c. cū 1 spāli. de appell. et l. cū aptissimi. C. de iudi. p restī. in integr. l. j. C. in integ. restī. posit. nil noua. & multis alijs, quos breuitatis causa omitto.

ctionem, censetur conuersa quantùm ad hanc accessoriam, vt ibi: sed hic ipse possessor nō fuit ille, qui damnum dedit, sed quidā tertius: sed ipse possessor egit cōtra eum actione legis Aquiliæ, & cōsecutus est duplum, propter negotiationē: debet ergo restituere, quia nō venit ratione iniuriæ factæ personæ suæ: sed ratione dāni illati in re hæreditaria. †Vltimò not. in l. cum hæreditas. q̄ pōt plus petere à possessore, quā ipse fuisset pcepturus si hereditas apud eum fuisset, ne possessor lucretur, etiā si sit bonæ fidei: quia sufficere debet, quòd non debeat esse in damno.

LEX LVI.

NOn solum. †Vēditio rerum hæreditariū pendēte lite super hac actione, cōceditur nō solùm pro exoluēdo ære alieno: sed etiā pro faciendo expensas necessarias, aliàs non repetitur pecunia. h. d. & cōuenit ad declarationē. l. diuus. §. eod.

☞ *Emens hæreditatem à fisco, licet habeat titulum, potest hac actione conueniri: & numero 3.*
Quòd æquiparetur fideicommissario uniuersali.
Si hæreditatē emat ab alio, quàm à fisco: licet possit agere contra debitores hæreditarios, non tamen potest à creditoribus hæreditarijs conuenti, & an habeat petitionem hæreditatis: & numero 2.

LEX LVII.

EI qui partes. †Qui emit hæreditatē à fisco, nō solùm habet actiones hereditarias vtiles, cōtra singulares debitores hæreditarios, quæ dicunt actiones hæreditariæ: imò etiā petitionē hæreditatis, 2 quæ non est hereditaria. h. d. † & videtur speciale in fisco, vt sicut emens ab eo, licet habeat titulum potest actione hac cōueniri: vt §. eod. l. nec vllam. §. item si quis à fisco. ita & possit agere hac actione, quæ tamen est non hæreditaria. Sed quid in eo, qui emit ab alio, quàm à fisco? videtur secus. glo. tamen in fine videtur tenere q̄ idē sit. Tu distingue: 3 vt no. Cy. C. eo. l. cogi. in iij. q. †Not. q̄ qui emit à fisco hæreditatē, q̄ui paratur fideicōmissario vniuersali. Videtur q̄ sicut fideicōmissarius vniuersalis potest agere cōtra debitores hæreditarios vtilibus actionibus, & cōueniri à creditoribus hæreditarijs: similiter vtilibus actionibus virtute senatusconsulti Trebelliani, facta restitutiōe hereditatis, salt̄ verbaliter. Ita et ille q̄ emit hereditatē à fisco, & sicut fideicōmissar⁹, habet vtilem petitionē hereditatis. vt j. de fideicō. hered. peti. & ille qui emit à fisco. vt sic reputet⁹ heres sicut fideicōmissari⁹: vt j. quod 4 cū eo. l. si filius. † nō sic in eo qui emit ab alio hereditatē: nā licet possit agere cōtra debitores hæreditarios, nō sic pōt cōueniri à creditorib⁹ hereditarijs: vt l. ij. C. de hære. ven. & sic nō reputat⁹ heres. An aūt habeat petitionē hæreditatis; dic, vt dixi.

1 ☞ *Pignus datum defuncto, potest peti hac actione.*

§. Hæres. †Hic debet poni casus, q̄ debitor qui pignorauit rem creditori, ei succedit, & alius hæreditatem occupauit, contra quem datur hæc actio, qui potest recuperare res pignoratas. glos. dicit hoc verum si solutum est debitum vel aliter satisfactum: certè si non sit solutum, quia per additionem hæreditatis confunditur, & extinguitur hæc actio. Item procedit si occupator asserit se hæredem, vel possidet pro possessore alia bona: aliàs si nihil occuparet de hereditate, sed solùm rem pignoratam, nec assereret se hæredem, non videtur danda hæc actio: vt §. eodem l. sed vtrum.

2 ☞ *Possessor si non colit, nec gubernat possessiones hæreditarias eo modo quo defunctus colebat, & factæ sint deteriores, censentur sui culpa deteriores factæ: secus si consuetudinem defuncti seruauit.*

1 §. Cum prædia. †Malæfidei possessor, teneē quatenus res hæreditarię sine negligen
2 tia sunt effectę deteriores. h. d. † Et not. q̄ si possessor nō colit, nec gubernat possessiones hæreditarias, eo modo quo defunctus colebat: & sint effectæ deteriores, q̄ censeantur sui culpa deteriores effectæ, etiā si non appareant aliter, quàm propter hoc deteriores ita sint effectæ. Et econuersò, si seruasset cōsuetudinē defuncti, & nihilominus essent effectæ deteriores, non reputarentur factæ eius culpa: nisi appareret contrariū. Vtile est ergo sequi defuncti consuetudinem ad excusationē eius.

2 ☞ *Si quæstio est inter duos de bonis per nullum possessis, & alter primò perueniret ad sententiam, supersedetur in executione, quousque finiatur petitio alterius.*

3 *Si primò moui tibi litem super una hæreditate uel re, asserens ad me pertinere: deinde alius simuliter asserens ad se pertinere, non potes ipsum repellere ratione litis pendentis mecum.*

Exceptio litis pendentis habet locum, quando quis in diuersis iudicijs conuenitur.

LEX LIX.

1 CVm idem eandē. †Si possessor patitur cōtrouersiā, vel litē super hæreditate à diuersis personis, & in diuersis iudicijs: & alter illorū primò obtineat, sibi fienda est restitutio recepta cautione, q̄ victor eum defendat, aduersus alterū petitorē, hoc dicit. cōcordat. l. is à quo. j. de rei vendica. nō supersedeē ergo in executione sentētiæ latæ pro vno, propter petitionē alterius, ex lite quā ipse prosequit, postquā bona possidebant per alium. Sed † si esset quæstio inter duos de bonis per nullū possessis, & alter primò peruenirет ad sententiam, supersedereē in executione, quousq; finiretur petitio alterius, puta, bona hereditа. per neminē possidebant, ego petebam te mitti in tenutā, tanquā hæres ex testamento, & producebam vnum testamentū: alter similiter petebat, & dicebat se hæredē ex alio testamento, & aliam scripturā producebat: iudex pronūtiauit me immittendū, quia feci ea quæ mihi incumbebant, & super petitione alterius remāsit lis: certè nō fit missio, quia interest illius, q̄ bona à nemine occupent, quousq; de sua petitione cōstiterit: & q̄ stent sicut stant: quia facilior erit executio sua, si cōtingat obtinere. ita singulariter no. Inn. [a] limitando istam. l. in c. veniens. extra de testa. el. ij. & Bartol. qui allegat Inno. in l. ita tamē. §. quoties. j. ad Treb. vbi oīno dicūt casum. In tex. ibi: [aduersus duos defendit.] dic nō in eodem iudicio, nec super vno libello sed in diuersis iudicijs, & in diuersis libellis. quia quilibet asserebat se hæredē, & non possessorem. † Et sic not. quòd si primò mouit tibi litē super vna hæreditate, vel re, asserens ad me pertinere: deinde sit alius similiter asserens ad se pertinere, non potes illum repellere ratione litis pendentis mecum, imò habes necesse te defendere cōtra vtrūq; : exceptio [b] ergo litis pendētis haberet locū, quando in diuersis iudicijs quis conueniretur: quod rene menti. In tex. [ibi quæri solet.] quæstio stat in hoc, an debeat fieri executio sententiæ latæ pro me simpliciter, nulla præstita per me cautione, vel satisdatione, sicut non præstaretur, si lis cū alio non penderet: sed post sentētiam meam alius inciperet agere, quia posses ipsum repellere, q̄ rem quā petit, non possides nec dolo desijsti possidere: ideò agat cōtra me, qui possideo. An verò non debet fieri præstita cautione, vel satisdatione de defendendo te aduersus competitorem, postquā inceperat litigare, antequā ego ad sentētiam peruenirem? Et respondit, pro ista parte, quātuis etiam non præstita dicta cautione illi alteri litiganti ius saluum remaneat aduersus me, quia sentētia pro me lata inter te & me, nunquā præiudicat illi, qui de suo iure non ostendit in iudicio meo. Sed ad quid est vtilis ista cautio, postquam facta executione tu es tutus aduersus alterum? vt in versi. [scilicet.] glo. respondet, q̄ est vtilis, quia necesse habeo de cætero subire iudicium cum illo, & facere expensas. Sed si non cauerē, tu haberes necesse prosequi litem cum illo, & expensas facere. Vnde interest potius tua quòd ego faciā, quam tu. Item habeo necesse probare, quòd primò peruenі ad sententiam, & quòd bona fuerunt mihi tradita: aliàs præsumeretur esse penes te, postquàm erant tēpore motæ litis per alium: & sic condemnareris, nisi probares te non possidere, nec dolo desijsse possidere: est ergo vtile tibi non implicare te amplius in illa lite. Sed etiam est vtile alteri litiganti, quia nisi dictam cautionem præstarem, si tu eam non exigeres, dolo videreris desijsse possidere, & sic condemnareris: vt l. dolo. infrà ad legem Falcid.

Expensa

2 ☞ *Expensa quam fecit pater pro filio studente (si habebat bona aduentitia) videtur fecisse animo repetendi de bonis illis: aliàs uidetur fecisse animo donādi, & ex causa pietatis: nec computatur in legitimam.*

3 *Quid de libris emptis nomine filij?*

4 *Donatio quæ uidetur facta filio, non ex causa pietatis, imputatur in legitimam.*

5 *Exceptio licet deficiat: non tamen deficit officium iudicis.*

LEX LXI.

1 ELius a patre. †Quod pater expēdit in filium, vel in honorē filij, videtur in dubio expendisse de bonis pertinentibus ad filium quæ pater possidet: hoc dicit notabiliter, & semper allegatur ista l. & hoc procedit in expensa, ad quam pater non poterat compelli, nec tenebitur de iure, aliàs tenebatur: puta, quia dedit dotem, vel donationē propter nuptias, ad quas pater tenetur: & pōt cōpelli: & videtur expendisse de suo, in dubio, nō de bonis 2 filij. l. fi. C. de dotis promiss. dic vt ibi. †Et per istam l. dicūt doc. q̄ expēsa quā pater fecit pro filio studente, si habebat bona aduentitia, videtur fecisse animo repetendi, & de bonis illis: aliàs si non habebat bona, videtur fecisse animo donandi, & ex causa pietatis: nec computatur in legitimā: vt j. familiæ herciscū. l. a quę pater. [a] †Quid aūt de libris emptis nomine filij: distingue 3 aut emit tantū, & nō tradidit, & tūc filius illos non habet præcipuos: sed nomen filij censetur tantū accommodatum in contractu: vt C. si quis alte. vel sibi. l. ij. Sunt ergo communes inter fratres. Aut tradidit, & tunc donasse videtur: vt C. fami. hercisc. l. filiæ cuius. quo casu si erat aduocatus, censetur quasi castrēse peculiū, & statim valet. C. de aduoca. diuer. iudi. l. fori. Si vero erat studens, tunc non statim valet: quia non est adhuc miles legalis militiæ, sed morte confirmatur. l. ij. C. de inoffic. dona. 4 nec in legitimā cōputatur: vt d. l. quæ pater. †Secus in alia donatione, quæ nō ita causa pietatis facta videtur: quia imputatur in legitimam: vt l. filium. C. fami. hercisc. secundum vnam lecturam. & vide Bar. in l. j. §. sed nec castrēse. j. de colla. bono. 5 †Allegatur etiam ista l. in fi. q̄ licet deficiat exceptio, nō pro b pterea deficit officium iudicis. Et facit ad quæstionem, [b] quam dixi. §. eo. l. planè. vel intellige tex. q̄ ante sententiā latam, pater habeat exceptionē doli: sed si opponit, & lata est, nō potest amplius opponere exceptionem: quia exceptio opponitur ad actionē elidendā: nec post latā sententiā, pōt amplius elidi: sed implorabitur officiū iudicis in executione. Sicut enim executio petitur officio iudicis, ita & q̄ possit implorari per reū, idē officiū nō suggerit æquitas: & ita intelligit Bar. gl. tñ aliter intelligit, q̄ nō habet exceptionē, sed officiū iudicis. Præcedens tamen plus placet: quia si æquitas suggerit, nescio quare nō debeat habere exceptionē, post q̄ habet officiū iudicis. Paulus.

Si pars hæreditatis petatur. *Rubrica.*

1 ☞ *Petitio hæreditatis quæ datur pro tota hæreditate, & illa quæ datur pro parte, q̄ sit una, & eadem actio, licet tractatus sint diuersi: & q̄ sit ciuilis introducta à Senatu.*

LEX I.

POst actionem. In isto principio vbi iurisconsultus se continuat ad præcedentem titu. videtur iurisconsultus innuere duo: quæ tamen non sunt vera. Primo dum dicit [post actionem, quam &c.] †nam 1 innuit, quòd alia sit petitio hæreditatis, quæ datur pro tota hæreditate, & alia quæ datur pro parte: sed hoc est falsum: quia si hoc esset verum, in titulo præcedenti non tractaretur in alia qua parte de illa, quæ datur pro parte: quia non esset de materia, tituli: & tamen falsum est, quia in pluribus locis fit mentio, quando proponitur pro parte hæreditatis. l. licet. §. tit. j. Gl. fatetur, q̄ non sunt actiones diuersæ in genere, vel etiam in specie: licet possint dici diuersæ numero: nā & illa quæ datur pro tota hæreditate, alia est: ergo & quæ mihi datur alia, quæ tibi, & sic de singulis. Et ad istum tex. dum dicit post actionem, respondet exponēdo, id est post tractatum quem fecit super hac actione (quando proponit pro tota hæreditate) Sequitur alius tractatus super eadem actione, quando proponitur pro parte quo casu occurrunt plura dubia, quæ nō occurrunt quādo pro tota: ideō fuit necessarius alius tractatus, siue alius titulus. Vna ergo, & eadē est actio: sed tractatus sunt diuersi. Itē aliud innuit, dū dicit prætor: scilicet, q̄ fuerit inducta à prętore, & sic esset prętoria, & nō ciuilis: & in hoc est falsum, qa fuit introducta à senatu: & sic est ciuilis, nō prætoria: vt §. tit. j. l. itē veniūt. §. prędiū. glos. fatetur dicēs, q̄ ideò hoc dicit prætor: quia b postquā fuit introducta p senatū, prætor aliqua sup̄ ea tractauit, quę tamē non habemus, sed erant fortè in antiquis libris.

2 ☞ *Si tu possides totam hæreditatem, & ego dicam me hæredem pro parte, debeo petere pro parte secundum quod ius habeo.*

3 *Si assero me hæredē insolidū, licet tu possideres rē minimā, debeo totā petere: & qualiter petamē & num. 6.*

4 *Si possides, & ego nullum ius habeam, licet etiam tu nullum ius habeas, potes me ab agendo repellere.*

5 *Reus qualiter possit metiri ius ex pſona aduersarij sui, ut excipiendo, ex persona actoris non habentis ius.*

1 §. Isqui. †In libello debet cōcludi secundū ius agentis, non secundū possessionem cōuenti: quia potest possidere plus vel minus, quàm actor ius 2 habeat. h. d. vſq; ad. §. quinimò. †Et pone casum. tu possidebas totā hæreditatē, ego dicebā me hæredē pro parte: quæritur an debeā petere totā, secundum quod possi- 3 des: an partē, secundū quod habeo: †Respōdeo pro parte ista: quia actor nō metitur ius ex persona rei, seu ex possessione sua: sed ex iure, quod ipse habet. Debeo c ergo dicere in libello, me hæredē pro parte, & petere hoc declarari, & aduersarium cōdemnari ad restituendū partē, nō ecōuersò si vellē petere totā hæreditatē, licet tu possideres rem minimā, debeo petere totā. i. asserere me esse hæredē insolidum, & petere hoc declarari, & te condemnari ad restituendū, quod habes, & non vltra. Sic ergo, si nō possideres, nihilominus cū ego ius habeā, pronūtiabitur, licet absoluaris, si non fuisti interrogatus, nec te liti obtulisti: vt j. de except. rei iudic. l. si à te.

4 §. j. † & econuersò si possideres, & ego nullū ius haberem, licet etiam tu nullū ius habeas, potes me ab agendo repellere: quia nō metior ius ex tua possessiōe, sed ex iure quod habeo: ergo si nullū habeo, succūbo te opponēte: vt l. fi. C. de pet. hęre. Conclusio ergo libelli cōsistit in eo, quod actor petit fieri per iudicem: sed hic peto me declarari insolidū, vel pro parte fore hæredē, secundū quod re vera sum, nō secundū quod tu possi- c des: illud enim nō venit iure actiōis, sed iudicis officio [c]. †Op-
5 pon. extra gl. q̄ quis possit metiri ius ex pſona aduersarij sui: vt l. multis codicil. §. veteranis. j. de testa. mili. Solu. ibi in reo, qui pōt metiri ius excipiēdi ex persona actoris nō habētis ius agēdi, licet ipse nullū ius habeat in re: vt in contrario. & in d. l. fi. C. de rei vēdi. hic loquitur in actore, qui nō metit̄ ius ex persona rei, sed ex propria: & vide quod no. Inno. extra de verb. signifi. c. abbate. post princi. ibi videt̄ & c. facit. l. qui ex liberis.
6 j. de cōtratabu. †Pro declaratione gl. magnæ opp. cōtra tex. in versi. dū dicit, q̄ si sum hæres ex asse, possū à te totā hæreditatē vendicare, licet tu vnam tantū rem possideas. Cōtra vendicare idē est, q̄ petere: q̄ si possum vēdicare totā, possum totam petere à te, & sic te, condēnari ad totā. Sed cōtra. q̄ nō, nisi ad rem quā possides: quia nec habes, nec dolo desijsti habere. l. licet minimā. §. tit. j. propter hoc glo. exponit, q̄ possum totū vendicare, idest asserere totā ad me ptinere, & petere hoc declarari: nam hoc peto à iudice, nō à te: & iudex pōt hoc facere. Sed cum vendico, vel peto à parte, non debeo plus petere, vel vēdicare, quā pars possideat: quia nec pōt restituere, nec dolo fecit, quominus possit. Alij verò vt glo. refert dixerūt contrariū, innitētes huic textui, & l. iiij. §. tit. j. & l. quæstitū. j. de pecu. quòd imò possum à te vendicare, & petere totā hæreditatē de

a ⁂Et adde hic ēt, quid si pater filiū doctorari suis impēsis fecerit, nū alter frater possit ab eo, p virili sua huiusmodi impēsum petere? de qua. q. vide hoc ipso loco in lectura Auenionēsi eiusdē Paul. quę prælo data prope diem prodibit.

b ⁂Et facit ad cōnem. Adde ad ibi dicta eūdē Paul. cōsi. lxxj. Anto. de cana. in trac. de exe. instr. q. vj. & do. Benedi. bazi. in tractatu guarē. parte. iij. q. xix. & adde hic & ibi, quæ habes ad practicā Papien. in tit. de exec. sen. col. iij. & aduerte quia inquantū Pau. de ca. i. d. i. planè. & i. d. cōsi. lxxj. videt velle, q̄ si statutū tollat exceptionē, & defensionē, q̄ etiā tollat officiū iudicis: qa cōtrà hoc facit. Nā officiū iudicis est de iure naturali, q̄ p statutū tolli nō pōt, vt no. dicit Bal. i fua margarita in ver. statutū. & Inno. i c. q̄ in ecclesiā. extra de consti. de quo ibi p Ab. & Moder. & aliqd p Anto. de but. in c. j. de offic. delega. Francis. Cur.

c ⁂Sed iudicis officio. Adde Bart. in. l. licet. §. tit. j. & de forma huius libelli p Spe. ī tit. de iud. §. j. Bart. in l. ex diuersis. j. de rei vē. j. §. j. & in l. ij. C. de sen. q̄ fi. cer. quan. ꝑfe. Bal. & Ange. in l. edita. C. de edēd. & latè Ange. are. in §. actionum. in stitut. de act. Cur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ✝✝ Et adde huc, an ēt ad gen⁹ de genere cōpensatio admittatur? Et in hoc dic ꝙ sic ad idē, non ad diuersum. vt p gl. in l. ob negatū. ad fin. de cōpens. et in l. diuortio. fol. mat. & ibidē simul ꝙ doc. in §. ob donationes. Cy. in l. fin. viij. q. & ibidē ꝑ Bal. C. de cōpensa. p. l. ij. §. mutui. Alex. 1 l. in stipulatio nib⁹. de verb. ob. Dy. inſti. de act. §. i bonæ fidei. & Bald. in l. qui non militabat. de hæred. inſtit.

b ¶ De ſpecie ad ſpēm. Intellige hoc verum partib⁹ cōſentientib⁹, vt ꝙ Bart. hic quē vide & in l. ſi ſeru⁹ cōis. §. idē dicēdū. i. de fur. & ꝙ de ſpecie ad ſpeciē regulariter nō fiat, adde no. i l. ſi cōuenerit. §. de pig. act. & i l. fi. C. de cōpenſ. plenè per. d. Tynda. in ſuo tract. cōpenſ. & adde Pau. de caſt. i ſuo cōſ. lxiij. vbi ꝙ de ſpecie ad ſpeciē non dicitur fieri compenſatio, ſed computatio. Cur.

rigore, quia mihi es obligatus ad tota. Licet de æquitate nō debeas condēnari niſi in eo, quod poſſides. glo. truffaʒ de iſta opinio. maximè dū dicit, ꝙ es obligatus: qa hęc actio eſt actio in rem: vt §. eo. titu. j. l. ſi ſine bonefidei. §. petitio. ſed in actione in rem nō eſt dare obligationē in perſonam conuenti, nec cōuenitur vt obligatus, ſed vt poſſeſſor: vt l. ſi de eo. §. fi. ʒ. ad exhi. nā omnis obligatio aut oritur ex contractu, vel quaſi, aut ex delic. vel quaſi: & hic nullum iſtorū eſt dare: ergo nō eſt obligatus. Nec obſtāt iura, in quibus illi ſe fundant: nam gloſ. ad quodlibet illorū reſpondet, quod dic, vt in ea. tene ergo primam, & reſponde ad iſtum text. vt §. dixi. & hoc vult tota iſta gloſſ. quæ eſt verboſa.

1 AEdificia.†Plantatio arborum non est cõtra seruitu.altius nõ tollẽdi,sed bene est contra seruitu.ne luminibus,vel prospectui officiat.h.† In tex.ibi:[acsi de prospectu.]supple, vel luminibus.i. ne officiat prospectui,vel luminibus,vt ĩ.eo.l.inter seruitutes.ver.quodcunq̃ igitur.†Sed quid si debes mihi seruitutem altius nõ tollẽdi,cum hac adiectione,ne luminibus meis officiat? Respõdeo q̃ cum illa adiectio fiat per modũ accessorij, regulariter à principali,& intellígitur ne officiat altius tollendo: & ideo adhuc poteris arborẽ ponere,& viridaria:licet luminibus officias:qa non officis altius ędificãdo,vt hic est tex.ſ.eo.l. quod autẽ iuncta l.præcedẽti in ver.veluti si ædes.Si aũt opponeret copulatiuè,& sic æquè principaliter,puta altius nõ tollẽdi,& ne luminibus domus meæ officias,tunc essent duæ seruitutes: & licet non faceres contra primam, faceres cõtra secundam: ideo possum te prohibere per istum tex.in fin. & per l.inter seruitutes. ver.quodcunque igitur.

a ☞ *Non debet quis se mouere ad litigandum cum alio, nisi prius ipsum alloquatur. Forma libelli contra debitorem.*

3 *Quando liceat facere ignem, uel caminum, iuxta parietem communem.*

LEX XII.

1 VIdam iberus.†Iuxta parietẽ communẽ,alter ex socijs non põt aliquid apponere,vel facere,per quod paries deterioretur, vel impediatur eius refectio:secus si neutrũ istorum sequatur:& in stipulatione damni infecti non venit æstimatio picturarũ.h.d. ista l.& etiam l.fistulã.ĩ.eo.quæ debet coniungi,& legi cũ ista.
2 † No.illa verba,qua de re &c.quæ semper allegant, & ex quibus communis practica inoleuit,q̃ in libellis dicitur,quòd talis est debitor meus, & pluries requisitus recusauit &[c] recusat mihi soluere . vel tenet rem meam iniustè, & pluries requisitus recusauit restituere:nam non debet quis se mouere ad litigandum cũ alio,nisi ipsum prius alloquat:vt in hac l. vnde dicimus,loquere cũ libero:& hoc est de honestate, nõ de necessitate,nisi qñ recurrit ad curiã ecclesiasticã denuntiando,secundũ euangelicã denuntiationẽ:quia tũc oportet probare denũtiatione facta proximo,iuxta no.in c.nouit.de iudi.†dicit etiã hic Ang.q̃ si paries est ita grossus,q̃ nõ potest recipere detrimentum,

2 mẽtũ nõ prohibetur alteri ex socijs facere caminũ,[a] & ignẽ iuxta parietẽ cõmunẽ,dũmodo faciat tẽperatũ:& hoc videmus cõmuniter fieri:quia vterq̃ ex socijs habet caminum iuxta cõmunem parietẽ:& de hac materia vide per Bar.in l.si parietis. ĩ.de dam.infec.

2 ☞ *Quanto minus quis habet, tanto maior sibi fit offensa, si illud offuscatur.*

Qui ad suam collationem habet unam beneficium tantum, quòd illud non cadat in generali impetratione expectantium. remissue.

LEX XIIII.

1 INter seruitutes.†Seruitus ne officiatur prospectui , plus continet quã seruitus ne officiatur luminibus:qa prospectus est nõ solũ ex parte superiori puta cæli:sed etiã inferiori,vt in terra.Lumen verò solũ est ex parte cæli:cũ solũ videatur.h.d.cũ l.seq.& secundũ intellectũ glosſ.in l. seq.& hic ponẽdo prospectũ in genere,non respectu certi loci: aliter prospectus posset dici,quod contineret minus:qa potest esse solũ ex parte inferiori,absq̃ eo,q̃ videatur cælũ:sed lumẽ nõ:vt l.seq.Et hoc secundũ intellectum primæ glo.istius.l.sed etiã tũc,quodã respectu potest dici,q̃ cõtineat plus,quia cõtinet gratitudinẽ:& ideo nihil potest fieri,per quod gratitudo aspectus diminuatur:sed lumẽ nõ cõcernit gratitudinẽ,sed solum lucẽ,& potest aliqd fieri per quod auferatur gratitudo luminis,dũmodo reseruetur lumẽ,vt si impediatur aspectus solis,ex quo resultat gratitudo,si nõ diminuitur lux,non dicitur fieri seruitus luminis:vt l.ſi arbore.ver.si tamẽ.quod tamen limitat,vt ibi. †No.glo.primã partẽ istius.l.q̃ quanto quis minus habet,tanto maior sibi fit offensa,si illud offuscatur.Facit ad quæstionẽ canonistarũ de illo qui ad suam collationem habet vnũ tantũ beneficiũ,quòd illud non cadat in generali impetratione expectantiũ,de qua in c.ſi clericis.de præben.li.vj. & per Archi.& in c.j.de concess.præben.per glo.& quod no.ſ. de offic.præſi.l.illicitas.§.ne tenuis.ibi,[multũ lumine vnico, vel breui supellectili &c.]& quod ibi not.in glo.

2 ☞ *Qui debet seruitutem luminũ, nõ habet necesse conseruare lumen in eadem gratitudine: secus ſi, ne officiatur prospectui, nisi quo ad gratitudinẽ illam, locus esset deputatus.*

3 *Illud dicitur officere, quod aufert, non illud quod dat plus æquo.*

LEX XVI.

1 SI arborem ponat.†Arbor quæ impedit videri cælũ, contra seruitutem luminis habetur : secus si impedit videri solẽ, nisi sol esset multũ expediens. De præsidio verò ædificij vel arboris nõ est cõtra seruitutẽ luminũ, nisi ex quo tollatur lumẽ, quod ex reuerbatione fiebat.h.d.vſq̃ ad.§.fin. In princi.ibi. [cõtra seruitutẽ impositã]scilicet ne luminibus officiatur:sed
2 cus,si ne altius tollatur:vt ſ.eod.l.ædificio. †In text.ibi[nihil contra seruitutẽ no.]pro eo quod dixi in l.præcedẽti q̃ quidebet seruitutẽ luminum,nõ habet necesse conseruare lumen in eadem gratitudine:secus,si ne officiatur prospectui,nisi ad illã gratitudinem locus esset deputatus,vt in sequẽti ver. In text. ibi,[locus opacus quodam &c.]not.hæc verba secundũ Ang. quæ possunt poni pro cõuentu scholariũ. In tex.ibi,[sed plus
3 æquo lumen facit.]†No.quòd illud dicitur officere,quod aufert,non illud quod dat plus æquo.

2 ☞ *Venditor domus, si pollicitus est, quòd domus uicini deberet seruitutẽ, domui uenditæ, qualiter teneatur?*

1 §.Hæc lex traditionis.†Obscura pactio interpretatur cõtra profe
2 rentẽ,& ad hoc allegatur,dic vt l.veteribus.ſ.de pac. †In tex. ibi[vti nunc sunt,vt ita sint]supple,q̃ quia postea repertũ est ibi[vti nunc sunt,vt ita sint]supple,q̃ quia postea repertũ est domum venditã debere seruitutẽ stillicidij domui vicini,volebat emptor agere actione ex empto,cõtra vẽditorẽ: quia verba obscura fecerat super hoc:& si hoc sciuisset emptor , fuisset tacuisse,imò expresse dixisse propter hæc verba,quæ dixerat, stillicidia quæ nũc sunt,vti ita sint.emptor replicat,q̃ ista erãt verba generalia,& q̃ intellexerat alio modo:scilicet q̃ domus vicini debebat seruitutẽ domui venditę,nõ ecõuerso:dicit hic q̃ ipse fouet ius:quia nõ debuit venditor ita generaliter loqui, & q̃ fit interpretatio contra eũ:vt potius videatur pollicitus q̃ domus vicini deberet seruitutẽ domui venditę quã ecõuerso:debuit enim apertius loqui.Et sic tenebitur ad interesse tanquam tacuerit omni no:sed an tenebitur facere,q̃ domus vicini debeat seruitutẽ domui venditæ:videt q̃ sic,postquàm cẽsetur hoc pollicitus:cõtrarium tñ vult glo.& bene per l.quod ad seruitutẽ.ĩ.de euic.nã si re vera deberetur seruitus,trãsiret ad emptorẽ:sed si nõ deberetur,nõ teneretur vẽditor eã acquirere,nisi hoc expresse dixerit:& hoc non dixit expresse,sed sub inuolucro verborũ:& subiicit,quòd interpretabitur contra eũ in vno.Sed vt teneatur ad interesse,si domus vẽdita debet seruitutem alteri,non etiam vt teneatur seruitutem redimere:& hæc est intentio glo.

a Caminum. Adde Bar.cepol.in tract.de seruí.vrban.in tit.de camino.& Pe.de Peru.in trac.de duobus fra.parte.vj. colũ.iiij. in fi.& Flo.hic qui dicit hoc non habere locum in turba caminí,ad portandum fumum.Cur.

2 ☞ *Ille cuius prædium debet seruitutem alteri, quãdo possit petere cautionem damni infecti à domino prædij dominantis.*

LEX XVII.

1 SI fistulæ per quas.†Taliter debet quis vti seruitute, q̃ ex eius culpa prædiũ seruiens non læ datur,aliàs tenebitur ad interesse.h.d.secundũ vnã lectu.videlicet q̃ ædes meæ debebant seruitutẽ tuis,quã prosequitur glo.mag.secundũ altã lecturã,
2 quã tangit glo.fi.seruitutẽ nõ debeãt. †In text.ibi:[actio mihi cõpetit.]scilicet pro dãno iam illato,& tui culpa,& pro illo nõ petitur cautio dãni infecti:pro futuro verò quod timetur, possum petere mihi caueri de dãno infecto:ita intelligit, quod sequitur:dũ tamẽ nõ timeatur obuenire tui culpa,sed vitio loci,seu parietis seruiẽtis,seu fistulæ:& hoc vult glo.in effectu:& sic diuersis respectibus dãtur ista remedia,& pro diuersis damnis. Pro declaratione glo.distingue tres casus:quãdo prædiũ meum debet seruitutẽ tuo,vt si ex vsu recipio damnũ,vel recipere possum:aut hoc contingit sine aliqua culpa tua,& sine vitio loci,solo casu fortuito,vel etiã naturaliter eueniente,vt est nimia pluuia,& tunc debeo patienter ferre,nec possum agere aliqua actione,nec petere mihi caueri de damno infec.vt ĩ.tit. j.l.mihi.§.seruitus.& hoc vult ista glo.circa fi.dum opponit de illo.§.Aut contingit tui culpa:quia cũ posses reficere fistulas, vel aquę ductũ,negligisti:& si fuissent refectę,dãnum mihi nõ fuisset illatũ:& tũc ago actione in factum,& hoc,quãdo datur dãnũ non immediatè,nec directo:sed occasio dãni,vt hic:aliàs daretur actio.l.aquiliæ.Itẽ quando deficit alia actio ordinaria ex contractu,aliàs illa daretur,non hæc in factũ subsidiaria:vt hæc habẽtur in l.qui domum.ĩ.loc.Aut contingit damnũ sine culpa tua:sed solũ vitio loci,vel operis:qa refecisti,& quicquid pertinebat ad te,diligenter fecisti:& tũc pro damno iam illato,non possum agere:vt l.damni.§.j.ĩ.de dam.infect.pro eodẽ quod timetur fieri de futuro,petere possum mihi caueri de dãno infecto:& ita intelligitur finis istius.l.& l.fluminum.§.vitium.cum.§.seq.& l.præterea,de dam.infect.

LEX XIX.

1 SEruitutes quæ.†In seruitutibus habentibus causam continuam,vel quasi, statim facto opere,per quod qs vtitur,dicit esse in quasi pos.ipsius seruitutis.h.d. Et istud est verũ in seruitute constituta,quia tũc cũ fit dare subsitãtiã eius,est dare quasi pos.seruí.sed si nõ est cõstituta,sed in actu cõstituẽdi,vt qñ præscribitur,nõ dicitur ante præscriptionẽ cõpletã esse in quasi pos.seruitutis, sed actuũ per quos seruitus acquiritur,secundũ quosdã.quod refert Inno.in c.j.de cau.pos.& proprie.pro quibus bene facit iste tex.dum dicit,[possideo habẽdi cõsuetudinẽ.]Quidã tamen dicũt,q̃ etiã tunc nõ est impropria locutio dicere,q̃ sit in pos.seruitutis:quia intelligit scilicet acquirere de non acquisita:& per hoc videtur tex.in l.fi.§.fi.ĩ.de itine.actuq̃ priua.dũ dicit,q̃ ad hoc,vt quis habeat illud edictũ,debet possedisse ius seruitutis.& tñ loquitur in seruitute nondũ acquisita. In tex. ibi[in tuũ:] id est supra tuũ:quia meũ requiescit totũ in meo: vnde videtur seruitus protegẽdi:vt l.j.ſ.eo. In tex.ibi:[possideo.]nõ per se,sed mediãte ædificio:vt ſ.eo.l.si ædes in fi.prius autẽ loquẽdo ipsum prædiũ possidet,nõ ego:quia debetur prædio nõ mihi.vt l.qui alienã.in fi.ĩ.de neg.gest.Et adde q̃ Azo fuit in ista opi.q̃ etiã ũ seruitus est constituta,& sum in

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ✠ Et adde in hoc maximè facientè legē, de leg. n.l. cum pater dulcissimis. & ibidē per doctores.
b ¶ Hoc verū. itē adde, ꝙ nō æquipollet, quādo agitur de probādo quid, vniuersūm. per Alex. in consil. cx. in j. vol. col. j. in fin. & ibi, ꝙ nec in testē habetis cum & vide eundem Alex. in cōsil. xxv. in iij. vol. & doc. in c. fi. de rescri. Cur.
c ¶ Et futura. addē Bar tol. & doc. in l. fina. C. quæ res pi. ob. pos. & in d. c. fi. & Car. in cle. fi. eo. ti. de prescri. cur.

quasi pos. ipsius, nō possum agere interdicto possessorio, nisi etiā probet proprietatem, & nō sufficit probare quasi pos. quia nō pōt esse quasi possessio iuris, qđ nō est in rerū natura: nō sic in rebus corporalibus quæ possunt possideri, etiā per illum qui nō est dominus, cū sit in rerū natura, sed contra ipsum fuit pronuntiatū ꝙ competeret vtile interdictū: quod dic vt plenè no. Bart. in l. iij. §. vnde vi. j. de vi & vi ar. & Spec. ponit in tit. de rest. pos. seu de cau. pos. in quarta parte Spec. & tūc respondeo ad contrariam rationem: vt suprà dixi. & etiam Bar. ibidem respondet.

☞ *Limitata causa limitatum producit effectum.*

1 §. Si domo. †Qui seruitutem habet, pōt facere in prædio seruiente illud sine quo aliter seruitute vti non potest. h. d.
2 quod limita: vt j. tit. l. quintus. in fi. † Et no. fi. istius §. ꝙ limitata causa limitatum producit effectum. facit l. ita autē. §. j. j. de admini. tut. & l. Lucius. de fide. & l. cancellauerat. de his quæ in
a testamento delentur.[a]

a ☞ *Seruitus acquisita superficiei, censetur acquisita solo, & quod ideo nō extinguatur extincta vel destructa superficie.*

1 §. Si sublatum. †Aedificium diruptū, & postea restitutum censetur idem, quantum ad seruitutes reales licet non quantum ad personales. h. d. re tamen vera non est idē: quod dic vt no. plenè in l. inter stipulantem.
2 §. sacram. de ver. obli. † Et no. hic ꝙ seruitus acquisita superficiei, censetur acquisita solo: ideo nec extinguitur extincta, vel destructa superficie: quod dic vt dixi. §. tit. j. l. iij.

a ☞ *Potest quis facere conditionem alterius meliorem, non autem deteriorem, nec etiam semper meliorem.*

1 §. Si seruitus stillicidii. †Domus prædij seruientis nō potest aliquid facere, per qđ impediat vsus seruitutis. h. d. principiū istius §. sed aliquid, ppter qđ nō impediat, pōt. h. d. fi. istius l. Ecōuersò dñs pdij dominātis nō pōt aliquid facere, ppter qđ durior efficiat: secus si fiat leuior. & h. d. ver. si antea. & ver. stillicidiū. facit in
2 vsibus feu. de inuesti. de re alie. fa. §. fi. † Et no. regulā, ꝙ potest quis facere conditionē alterius meliorē, non autem deteriorē, non tamen semper hoc est verum, ꝙ possit facere meliorem: vt l. sed & si quis. §. fi. s. de vsufru. vbi fructuarius nō potest acquirere seruitutem, sed ibi est aliàs prohibitio quia est dominus: si & acquirere nō pōt seruitutē nisi dñs. ff. coīa pdio. l. propriū.

a ☞ *Quando sunt iura diuersa, & inuicem non dependentia, licet tollatur unum, nō tollitur aliud: secus si dependerent inuicem.*
3 *Repudiata hæreditate ab intestato, censetur repudiata ex testamento.*

LEX XX.

1 SI domus tua. †Ad remissionem vnius seruitutis, nō sequit remissio alterius penitus diuersæ. Ideo non pōt eius vti remissione, quatenus tenderet in prēiudiciū alterius remittentis. h. d. & semper
a allegat, † ꝙ qñ sunt iura diuersa, & inuicem nō dependētia, licet tollat vnū, nō tollit aliud. facit l. si seruitus. §. qđ ergo. j. de fur. & l. si prius. in prin. de aqua plu. arcē. sed si dependerēt adinuicem, secus, vt in gl. quod etiam improbat in l. his. §. j. j. de
3 acqui. hære. † vbi repudiata hæreditate ab intestato, censet repudiata ex testamēto, sine qua repudiatiōe prima stare nō pōt.

a ☞ *Verbum præsentis temporis non porrigitur ad futura: & quando porrigatur?*
3 *Tantum valet generalis dispositio respectu omnium, quantum specialis respectu quorundam.*
4 *Indefinita locutio æquipollet uniuersali, ubicunq; est eadem ratio omnium, sub diffinita comprehensorum.*
5 *Verba indefinitè prolata qualiter comprehendant præsentia verba, & futura?*
Clausula non obstantibus quibuscunq; statutis, uel consuetudinibus, an tollat statuta, uel consuetudines, quæ postea fierent.
Si quis iurauit seruare statuta: an iuramentum extendatur ad statuta postea facta.
6 *Si aliqua communitas, uel dominus fecit pacem pro se, & suis subditis & cohærentibus, extenditur ad illos qui post pacē inceperunt esse subditi & cohærentes.*

LEX XXI.

1 VI ædificium. †Seruitus, ne luminibus officiatur, extēditur tā ad præsentia lumina, quā ad futura si fuit hoc actū expressè, vel fuit simpliciter cōstituta seruitus scilicet cum expressione
2 verbi præsentis temporis. h. d. cū l. seq. vsque ad. §. fi. † Not. in princ. l. si seruitus. ꝙ verbū præsentis tēporis nō porrigitur ad futura. facit. j. de ver. obli. l. si à colono. & l. stipulatus. §. cū stipulamur. fallit quando profertur à lege, propter naturā. l. quæ est, vt fiat super futuris. Ideo verbū præsentis tēporis positum in l. cōprehendit futura: quia lex semper loquitur. & est in viri di obseruantia: vt l. Arriani. C. de hæreti. quinimò etiā verbū præteriti tēporis cōprehendit futura: vt l. illicitas. in prin. C. de offic. præsi. in ver. factus. & in ver. extortas. nisi quādo lex continet indulgentiā criminis, ne detur materia delinquendi: vt l. cū lex. s. de li. & l. si. C. de aboliti. Itē fallit in verbo, potest, quod habet tractū de futuro: ideo prolatū etiā de præsenti cōprehendit etiā futura: vt l. si ita. j. de lega. ij. cætera dic plenissimè per
3 Bar. in l. si ita. j. de auro & argē. lega. † Itē ver. ꝙ si ita in ea. l. si seruitus. allegatur ad plura: primò ꝙ tantū valet generalis depositio respectu omniū, quantū specialis respectu quorundā: & hoc notabile glo. prosequitur, & aliquas leges in contrariū, & ponit vnā solutionē. quā not. & cū allegat in l. sed & si quis. §. quæsitū. si quis cau. ꝙ illud, quod dixi in notabili, est verum regulariter, & vnicunq; reperitur contrariū, est casus specialis propter aliquā causam. Si ergo nō reperitur contrariū, standū
4 est regulæ: & l. omnis diffinitio. j. de reg. iur. cū ibi no. † Secundo allegatur, quòd indefinita locutio æquipollet vniuersali.
b hoc verū, [b] vbicunq; est eadē ratio omniū, sub diffinitiua comprehensorū, quod dic: vt j. eo. vt circa. per glo. de proba. lib. vj.
5 & ibi Ioan. and. & per Bart. in l. si pluribus. de lega. j. † Tertiò allegatur, quòd verba indefinitè prolata cōprehendūt præsen
c tia verba, & futura. [c] qualiter tamen hoc intelligatur: vide per Cy. in l. neque modus. C. de serui. Et hoc facit ad. q. de clausula, non obstātibus quibuscunq; statutis vel cōsuetudinibus, vtrū tollat statuta, vel consuetudines postea facta, vel inducta. de hoc per Bar. & Dy. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. j. de leg. j. Itē si aliquis iurat seruare statuta, an extēdatur iuramentū ad sta
6 tuta postea facta? de hoc per Dy. & Barto. in l. si stipulatus. §. cū stipulamur. de verbo. obliga. † Itē inducitur, si aliqua communitas, vel dominus fecit pacē pro se, & pro suis subditis, & cohærentibus, an extēdatur ad illos, qui post pacem incœperunt esse subditi, vel cohæredes? & dicit Ioan. and. in addi. Speculi. in titu. de treuga, & pace. fuisse determinatum, quòd sic per istā. l. & fuit de facto ista quæstio in marchione montisferrati.

LEX XXII.

1 SI seruitutis.

1 §. Futuro quoque. †Per istum tex. vidētur, quòd possit institui ecclesia nedum cōstructa, sed cōstruenda: & quòd possint sibi cōcedi priuilegia, & etiam fieri donationes: de his vide per Bar. j. de ali. & cibar. lega. l. seruos ad custodiam tēpli. & in c. Abbate sanè. de regu. iur. lib. vj. & adde quod not. in ca. ad audientiam. extra de eccle. ædifican. in glo. fina.

LEX XXIII.

1 VIus ædificium. †Dominus prædij dominantis potest in illo facere quod vult, dummodo seruitutem duriorem non faciat. hoc dicit sic. s. eod. l. seruitutes. §. stillicidium. & intellige, quòd ædificiū inferius debebat seruitutē oneris ferendi: si autem seruitutem stillicidij, tūc per eleuationem prædij dominātis, nunquam fieret durior conditio seruitutis, sed leuior: vt in §. stillicidium.

LEX XXIIII.

1 HOc quod. †Seruitus tigni immittendi non potest deberi ei, qui nō habet ædificium vicinum. hoc dicit. & hoc est verū iure seruitutis, sed iure pacti, sic: vt s. titu. j. l. vt pomum. argu. ad id, quod dixi, secundum Barto.

§. Si

1 §. Si extri. †Si dominus domus constituit in ea seruitutem altius non tollendi, potest ille qui non est dominus domus, licet habeat partem in pariete illius domus, ipsum parietem altius tollere. h. d. nota.

2 ☞ *In libello non debet de necessitate exprimi nomen actionis, sed causa, ex qua colligitur nomen.*
3 *In re communi quādo sit melior cōditio prohibentis? & quando facere uolentis.*
4 *Sicut possum te prohibere, ne facias in re communi, ita si feceris, possum petere, quòd tollas, nisi me sciente & patiente feceris.*
5 *Res mea non potest mihi seruire, sed nec alteri rei meæ.*

LEX XXV.

1 IN re communi. †In re cōmuni nō potest alter ex socijs per cōfessoriam cōsequi, vt aliquid faciat, vel sociū à faciendo prohibeat per diuisionē, sed per iudicē, cōi diuidūdo succurritur. h. d. & etiā per negatoriā secūdùm glos. ei qui vult prohiberi. Sed cōtra: quia tūc ista lex non differt à l. seq. Sol. imò quia ibi potest negatoria dari prohibēti, & etiam cōfessoria ædificare volenti, vel aliud facere iure seruitutis de re communi ad rem
2 propriam alterius: quia res mea potest seruire rei cōi. † Hic videtur casus in ver. ꝙ in libello sit exprimēdum nomē actionis quia in prin. dicit ꝙ iure seruitutis, i. per cōfessoriam non pōt illud consequi: & in fine dicit ꝙ per actionem cōmuni diuid.
a potest: sed [a] dic ꝙ non habet necesse exprimere nomen actionis, sed causam, ex qua colligitur nomen: debebit enim dicere ꝙ res est cōmunis pro indiuiso, & ꝙ ex tali re nō licet licet vni ex socijs altero inuito aliquid facere, cùm potior sit cōditio ꝓhibentis: & ex hoc videtur intentare actionē cōmuni diui. fa
3 cit l. nō possumus. s. si pars hæred. pet. † Item no. fi. ꝙ si vis facere aliquid in re cōi me inuito, tunc possum te prohibere, & est cōditio mea melior, qñ non expedit societati vel rei cōmuni, ꝙ illud fiet, licet expediat tibi soli. Si aūt expediret, tūc potior esset conditio tua facere volentis, vt si indigeret refectione: vt
4 no. j. si serui. ven. l. annus. in vlt. gl. & in l. si cōmunes vel cōmuni diuid. Item no. † ꝙ sicut possum te prohibere ne facias: ita si feceris, possum petere ꝙ tollas: hoc verū si me ignorāte feceris: secus me patiēte, & sciente: quod dic: vt l. si Sabinus. j. cōmuni diui. si autem me prohibēte, idem quod in primo: sed si
5 consentiente, dic, vt ibi. † Vltimò not. regulā ꝙ res mea non potest mihi seruire, sed nec alteri rei meæ: vt j. e. l. si quis ædes. imò si primò quàm esset mea, seruiebat, extinguitur ipsa facta mea: vt d. l. si quis equis. & j. commu. præd. l. quicquid.

2 ☞ *Res mea propria potest seruire rei communi inter te, & me.*
5 *Licet unus ex socijs sine altero non possit acquirere seruitutem rei communis sicut nec seruitutem ei imponere: tamen potest ei acquirere mediante præscriptione: et quid si acquirat ab alio socio?*
Præscriptio potest, quod non potest pactum.
4 *Ius præscriptionis dicitur bonum, licet non æquum: tamen bonum præfertur æquo, hoc casu.*
Præscriptio aliquando minus potest, quàm pactum.
5 *Si facis aliquid indebitè de re communi in rem meam propriam, quādo possum illud propria authoritate destruere?*

LEX XXVI.

1 SEd si inter. †Pro eo quod fit ex communibus ædib[b] in proprias alterius ex socijs vel econuersò, potest agi negatoria. hoc d. certè etiam
2 confessoria, ad hoc vt differat à lege præced. † nam res mea propria potest seruire rei communi inter te & me: vt s. eod. l. si quis ædes. §. j. Si ergo vis vti seruitute, & ego impedio, potes intentare confessoriam & econtra, si seruitus non debetur
3 possum intētare negatoriam pro re propria. † In tex. ibi: aut rem perderet: ista verba glo. exponuntur duobus modis: & ex primo no. ꝙ licet vnus ex socijs sine altero nō possit acquirere seruitutē rei cōi, sicut nec seruitutē ei imponere: vt l. vnus. j. ti
j. bene tamē potest ei acquirere mediante prescri. & sic potest
b præscriptio[b], quod nō potest pactū, & est maioris efficaciæ, ꝓpter perseuerentiā consensus: vt no. in l. proprium. in fi. j. cōia præd. & no. j. l. j. C. de ser. fug. in iij. opp. per Cy. facit de diuer. & temp. præscri. l. Ion. & quod no. Cy. in l. j. de seruit. & aqua. in iij. q. gl. tamen hic in fi. assignat aliam rationē, dum remittit ad l. j. j. de vsuca. quia in præscriptionibus versat publica vti-

4 litas, ne dñia & iura sint in incerto: † & ideo ius præscriptionis dicitur bonū, licet non æquū: quia locupletatur cū aliena iactura: tñ bonū præfert æquo hoc casu. Sed Ang. dicit, ꝙ in casu istius l., per pactū, vel contractū posset vnus sociorum acquirere seruitutem rei cōis ab altero socio iure ꝓprio illius, quia in hoc ille socius cōsentit: sed à quodā tertio sine consensu socij non pōt, & ita loquunt iura in contrariū allegata: & hoc satis placet: & tūc precedēs ex
5 positio nō esset necessaria, nam & aliqñ minus pōt præscriptio, quā pactū, vt patet ex no. per Io. An. in regula, qui cōtra iura. in mercurialibus. † Secunda opp. est quia si facis aliquid indebitè de re cōi in rem meā propriam, possum propria authoritate destruere. hoc intellige, qñ regescceret in re mea, aliās non: sed deberē agere, vt remoueas: aliās tenerēt. l. aquilia ad interesse: vt l. quemadmodū. §. j. ad l. aquil. quā gl. alle.

1 §. Si in area. † Quando sunt duæ probationes, quarum quælibet de per se sufficit ad actū impediē dū: sublata vna, & nō altera, nihilominus actus impeditur. h. d. in effectu. & concordat. l. si nō lex Elia scentia. in prin. de hæ-b redibus inst. liberorū. §. not. & ibi no. inst. de insam. & instituta de nup. §. affinitatis.

1 ☞ *Quæ sint seruitutes perpetuæ, uel quasi, & an tempore acquirantur?*

LEX XXVII.

1 ORamen. † Seruitus quæ nō habet cām per petuam, vel quasi, tempore nō acquiritur: secus si habet cām saltē quasi perpetuā: & tūc dicitur nō habere perpetuā, vel quasi, ad continuū vsum ipsius hominis: secus. si nō requirit ad continuū licet à principio requiratur. Item ex aqua non perēni sed quæ desiccat aliqñ, seruitus aquæduc. cōstituti non pōt. h. d. tota l. cū gl. & primo ponitur vnum dictum vsq; ibi: [hoc ita.] secundo illud limitat vsque ibi. [illud neque.] tertio limitationem probat vsque ibi: [& ideo.] postea ponit duas illationes, & tria in l. sequen.

2 ☞ *Seruitus semel extincta per acquisitionem dominij prædij seruientis amplius non reuiuiscit: licet desinam habere dominium directum: nisi denuò imponatur.*

LEX XXIX.

1 SI quis ædes. † Si domus prædij dominantis efficiatur domini prædij seruientis insolidum, seruitus extinguitur: secus si pro parte quota, vel pro parte integrali, vt vsufru. h. d. tota. l. & primo quando insolidum, & pleno iure: secundo qñ pro parte quota: tertio quando solum pro vsufructu. Secunda ibi: [si partem.] Tertia ibi: [item vsusfructus.] sed si fieret dñs proprietatis, & non vsusfructus, non diceretur adhuc cā extinguī: quia seruitus prædialis consistit in proprietate, non in vsufructu, & sic res sua seruiret alteri rei suæ si non extingueretur: qđ
2 esse non potest. † In tex. ibi: [& si rursus.] no. quòd semel seruitus extincta per acquisitionem dominij prędij seruientis, amplius non reuiuiscit, licet desinam habere directum dominiū: nisi de nouo imponatur. facit l. qui res. §. aream. j. de solu. In tex. ibi. [remanebit seruitus.] circa istum articulū, quando prædium seruiens efficitur pro parte dñij prędij dominantis, an seruitus extinguatur? vide quod plenè no. glo. j. tit. j. l. si cōi fundo & l. vnus ex socijs. & loquitur hīc, quando seruitus erat mihi quæsita in prædio tuo, antequā essem dominus illius pro parte. Sed an, postquam sum dominus pro parte pro indiuiso tantum, possim acquirere in fundo cōmuni pro indiuiso seruitutē

a Et in hoc dicito, ꝙ cum agit actione vtili, vel directa, libell[a] nō habet necesse cōtinere actionis nomen, qua agit, nisi sint diuersi effectus, iuxta Bart. doctrinā in l. actio. ff. de neg. gest. quē vide, & in l. q stipendia. C. de procu. Et ad de libellū valere etiā sine nois actionis expressione. gl. & Bart. in l. j. vlt. col. ff. de edē. vbi & id quoq; additverū esse cū causa apta exprimī, licet actiōis nomē inepte exprimatur. & gl. in l. j. ff. si mensor fal. mo. Inn. in c. examinata. de iud. ple. nisi. per Spe. de act. seu pet. §. j. Nec hoc quoq; frustra adficitur, an libell[a] cōtinere debeat, nū agatur actione vtili, an directa? per Bar. in l. si duo. de sol. Bal. in l. j. ad fi. C. de act. & ob. & in l. si quis rem de procur. Ant. de Butr. in c. dilecti. de iud.
✠ Et ad hoc vide hic per Bar. Et adde etiā libertatē etiam cū dolo prescribi posse. l. sicuti. §. si quæratur. & ibidē per Flo. ff. si seruus. ven. sed Bal. contrarium tenet in l. j. de serui. fu. C. ix. col. quā quam ibi ioquat de hois libertate. Præscriptio aūt seruitutis bonam fidē requirit secundū Bart. in l. seruitutes. la grande de seruitut. ad princ. ver. quæro, quot sunt necessaria. Sed & tituli allegationem requirit qđ videtur, cū hoc notabili pugnare. Itē & scientiā eius aduersus quē præscribitur. vt per Bar. in d. l. seruitutes. sed intelliges notab. de possessione longissima, in qua nec titulus, nec scientia requirit: vt p eundē Paul. in l. ij. C. de seruit. cui adde Cep. de seruit. vrba. c. xx.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad alium fundum meum propriũ: gl. in l. sed si inter. §. e. videtur tenere quod non, solo pacto vel conuentione, sed per præscriptionem sic: sicut econtra vnus ex socijs, non potest acquirere in fundo communi per pactum, sed per præscriptionem, vt ibi. Contrarium videtur verius: nam video quid repugnet, cum in hac acquisitione concurrat vtriusque nostrum voluntas. & tunc sic prohibetur vnus ex socijs acquirere seruitutem rei communi, quando voluntatem alterius socij non habet: vt ibi dixi secundum Angel.

LEX XXX.

1 SI testamento. †Domus destructa quæ debebat seruitutem altius non potest de nouo reparari, vsque ad statum pristinum hoc dicit. C. e. l. qui luminibus.

1 ☞ *Libertas potest præscribi sine titulo, sicut seruitus.*
2 *Ex pluralitate prædiorum dominantium resultat pluralitas seruitutum: secus in pluralitate fundorum seruientium.*
3 *Ad remissionem unius iuris non sequitur remissio alterius penitus separati.*

LEX XXXI.

2 SI ædes. †Ex eadem ædificatione contra vnum potest præscribi libertas, contra alium non. h. d. secundum Bald. In text. ibi, [& à Titio precario petierim.] i. q. possim eleuare, & eleuatã tenere vsque ad placitum suum. Ideo aduersus ipsum Titiũ nunquam præscribo libertatẽ: quoniã precario ab eo possideo, & nõ animo acquirẽdi libertatẽ aduersus eũ, & qñ reuocatur precariũ, teneẽ domũ deprimere. Est ergo qõ, si tenui ipsam sic eleuatam per decennium sciẽte & patiẽte publio Mæuo, qui precario non concessit. an aduersus ipsum præscribam libertatẽ, vt non possit me cõpellere ad deprimendũ? videẽ q nõ, quasi nec aduersus eum habuerim bonã fidẽ, & q nõ possederim animo acquirendi libertatẽ, sed propter concessionẽ Titij. contrariũ tñ hic dicitur: & sic aduersus vnũ possum habere bonã fidem, & aduersus alterũ, nõ. quod no. fa. j. eo. de acqui. pos. l. qui bona. si. & j. quib. ex cau. in posse. ea. l. Fulcinius. §. si aduersus.
2 † Itẽ no. q libertas potest præscribi sine tit. sicut seruitus. Itẽ ex pluralitate prędiorũ dominantiũ resultat pluralitas seruitutum: secus in pluralitate fundorũ seruientium: vt j. tit. j. l. est vna via. & l. tria prædia. & vide Cyn. C. de serui. & aqua. l. j. in ij. q. † Item not. q ad remissionem vnius iuris, non sequitur remissio alterius penitus separati.

2 ☞ *Seruitus licet debeatur prædio, & possideatur per medium si est acquisita & habeat causam continuam: potest tamen dici deberi domino prædij: & per eum possideri una cum prædio: nec libellus erit ineptus, si petat declarari eam sibi deberi.*
3 *Præscribens longo tempore rem immobilem alterius, dicitur prioris domini dominiũ occidere, sicut qui præscribit libertatem, occidit seruitutem.*
4 *Dominium per usucapionem non occiditur.*

1 §. Libertas. †Libertas seruitutis vsucapitur per illum qui possidet prædium, cui vult acquirere, & si ante completã vsucapionem desijt possidere, vsucapio interrumpitur, & expedit de nouo eam inchoare per nouum succesorem. hoc dicit notabiliter. & gl. intelligit, quando nouus possessor non haberet causam à primo: aliàs transiret cum vsucapione inchoata, & posset eam compellere iungendo tempus suum cum tempore actoris, quod no. In text. ibi: [si ædes possideantur.] scilicet illæ, quibus quis vult libertatem acquirere: quasi dicat, ipsæ ædes quæ debent seruitutem, nõ possunt acquirere libertatem per præscriptionem: quia non possunt esse in quasi possessione libertatis, cum nõ habeat animũ, sed est necesse, quòd acquiratur per hominem: id est per dominum ipsarum ædium, & possessorẽ earum: quia qui eas possidet, censetur esse in quasi possessione libertatis, faciendo actũ contrariũ seruituti. vt §. tit. j. l. hoc autẽ. per se verò non potest libertas, sicut nec seruitus possideri: sed possidetur vnà cum fundo. Si ergo desinit possidere fundum, desinit per consequens esse in quasi possessione ipsius libertatis acquirendæ: ergo vsucapio necessariò interpellatur, & interrumpitur naturaliter: vt l. naturaliter. j. de vsucap. Sed oppo. quòd imò ipsum prædium dicitur esse in quasi pos. seruitutis habendi causam continuam, vel etiam libertatis absque aliquo facto hominis: vt j. quemad. seruis. amit. l. qui fundũ. in fi. Sol. & not. postquã libertas vel etiam seruitus esset acquisita fundo meo, fateor contrarium, quòd ipse fundus eam retinet sine facto meo, & si per mille annos ea non vterer, quia ipse fundus ea vtitur, conseruatur talis acquisitio, non perderetur: licet desinerem fundum possidere: vt in contrario. Sed hic loquitur in libertate nondum acquisita, sed quę veniebat acquirẽda per prę scriptionẽ, in qua requiritur possessio cum bona fide. Fundus autem nõ habet nec bonam nec malã fidẽ: vnde non dicit possidere quantũ ad hoc vt possit eã acquirere: sed est necesse, q possideaẽ per hominẽ: & homo non dicit possidere eã per se, qa nec possideri possit cũ nõ sit ius, quod per se stet, sed cohæret rei, vt §. tit. j. l. seruitutes. dicit ergo eas possidere cũ fundo: & sic eatenus quatenus fundum possidet. Ideo si desijt possidere fundũ ante cõpletam vsucapionẽ, interrũpit vsucapio, & ista est intẽtio istius §. Quod hic dicit in libertate acquirenda, videt per omnia esse in seruitute acquirenda, & etiã q non possideaẽ per se, sed cũ prædio:
2 † & sic no. q licet seruitus debeaẽ prædio, & possideaẽ per prędium si est acquisita, & habeat causam continuã: tñ põt dici deberi dño prædij, & per eũ possideri vnà cum prædio: ideo libellus nõ est ineptus, si petat eã sibi declarari eã sibi deberi: vt j. si ser. vẽ. l. ij. i prin. Vltimò est hic vna gl. fi. quę semp allegaẽ, † q q pscribit dominiũ rei alterius, dicit prioris dominij dñm occidere, sicut qui præscribit libertatẽ, occidit seruitutẽ. similis gl. est. j. de acqui. pos. l. ij. §. ex pluribus. in ij. gl. quæ incipit: vt & §. & adde quod habetur. C. de vsuca. pro emp. l. venditioni. Bar. aũt hic dicit hoc esse verũ in præscriptione longi tẽporis, quæ currit in rebus immobilibus: quia per eã nõ acquirit dire
3 ctum dominiũ quod habebat primus dñs, sed acquirit vtile, quod est diuersum ab illo, & per quod illud directũ occidit, & annihilatur, quia istud vtile ei cõtrariaẽ, & ei præfert: licet nõ sic quando vtile subalternaẽ directo, vt in eo quod habet em
4 phyteuta vel feudatarius: quia non occidit directũ. † Sed si loquimur in vsucapione triennij, quę currit in rebus mobilibus, cum cum per eam acquiraẽ directũ dominiũ, quod erat penes primũ dominũ, non occiditur: sed de primo domino in secundo transferẽ, secundum Bar. quod est subtile.

LEX XXXII.

1 EVm debere. †In seruitute oneris ferendi, qui eã debet, tenetur pariẽtẽ, vel columnam reficere suis expensis, vt possit onus sustinere. h. d. & speciale est in hac seruitute quia regulariter qs seruitutẽ debet. l. quoties. la. j. in fi. §. ti. j. niſi aliud sit actũ expsse. vt l. j. §. eo. in verbo, [altius tollendi.] vnde etiã in seruitute tigni immittẽdi, nõ teneẽ reficere. vt l. si fortẽ. §. j. j. si ser. vẽ. nam aliud est onus sustinere, qđ habet cõtinuã causam: aliud in tignũ immittere, qđ vno instãti expediẽ, & vide de hoc articulo p Bar. i l. ij. §. apud Labeonẽ. j. de aqua plu. areẽ. & no. q vsq; ad ver. quẽadmodũ, debet poni casus, secundũ Cy. q quis vẽdit vnã domũ, in qua erat colũna, quæ sustinebat onus alterius domus suæ hoc acto, q deberet perpetuò sustinere: in ipso autẽ ver. quemadmodũ, debet poni, q actum fuit, vt possim onus imponere, & deberes ppetuò sustinere: & hoc, ne ille versiculus sit superfluus, qui videt idẽ dicere.

LEX XXXIII.

1 ET qui duas areas. †Potest quis facere vt vna res sua seruiat alteri rei suæ, quando vnam tradidit, & alterã retinet, & in actu traditionis hoc agit. hoc dicit. Si verò ambas tradit, tũc distinguitur, an diuersis temporibus, & idem: an eodem instanti, & tunc secus: vt j. cõmunia prædio. l. si cum duas. & l. si quis duas. ver. duas autẽ. Si autẽ tradat partem rei, & alteram sibi retinet, an hoc facere possit, distinguitur: an tradat pro diuiso, an pro indiuiso: vt j. e. l. j. In tex. ibi: [tradẽdo.] si ergo vendit, & postea tradit non sufficit hoc egisse tempore venditionis, sed requiritur q agatur tẽpore traditionis: vt patet in l. proxi. quantum ad hoc, vt seruitus sit constituta prodest tamen hoc egisse tempore venditionis: quia si fuit postea omissum tempore traditionis, licet res transiuerit libera, potest tamen agi, vt imponatur seruitus. vt ibi.

2 ☞ *Conditio incerti quòd non concurrat cum alia speciali actione: & an hic concurrat cum actione ex empto?*

LEX XXXIIII.

1 SI binarum ædium. †Non sufficit tẽpore venditionis egisse, vt res vendita debeat seruitutẽ alteri rei vẽditoris, ad hoc vt seruitus sit cõstituta, niſi etiam tẽpore traditionis hoc agatur: prodest tamẽ, vt agi possit cõtra venditorẽ, vt imponat. h. d. Et intellige secũdùm Bar. qñ traditio fuit facta ex interuallo, secus si incõtinenti post venditionẽ. arg. eius quod not. §. l. proxi. & §. de pact. l. item quia. circa fi. In tex. ibi: [dixisse.] vi de id quod no. gl. C. de condi. ob caus. f. l. ea lege. in gl. mag. post med. In text. ibi: [vel ex vendito agere potest.] l. actione informata à pacto: vt l. iurisgentium. §. quinimò. ff. de pac. & datur ista informata, vt imponat seruitutẽ, licet nõ fuerit actum pacto, q imponat, sed fuit actũ, quòd esset inserta: & sic haberetur pro imposita. Verũ quia nõ potest operari, vt actũ fuit, operatur vt possit. vt l. si tam angusti. §. tit. j. nõ autem operaẽ, vt actum fuit: quia tũc re vera erat vẽditoris: vnde nõ poterat seruire alteri rei eiusdem vẽditoris: vt §. eo. l. si quis duas. In text. ibi: vel in tot cõcedere, id est, agere condictione incerti, vt retradatur res retinẽda, quousq; seruitus imponaẽ, nõ quo ad translationem dominij, sed quo ad simplicem traditionem facti, vt j. de condi. indeb. l. sed & si me præsente. §. cùm inter.
2 cũ ibi plenè no. & l. qui exceptionẽ. cum §. si pars. eo. tit. † Et
a videtur hic tex. cõtra Bar. in d. l. si pars. qui dicit q condictio[a] incerti non concurrit cum alia speciali actione: nam hic concurrit cũ actione ex empto: vel potest dici q non concurrit in idem; quia actio ex empto datur vt seruitus imponaẽ: istaverò condictio, vt res retradatur; & de natura istius condictionis, dic vt ibi not.

2 ☞ *Res mobilis quando cohæret rei immobili, potest esse diuersorum dominorũ pro diuiso: secus quando non cohæret: quia tunc solum pro indiuiso poßideri potest.*
3 *In seruitute tigni uel oneris, quæ habent causam subsistentem continuè: semper videtur actum, quòd ita stet, uti stat: secus in alijs.*

LEX XXXV.

1 BInas, quis ædes. †Si duæ domus vna cõtignatione transferãtur in diuersas personas per vltimã voluntatẽ, vel cõtractũ: contignatio efficitur cuiuslibet earũ, pro rata cuiusq; domus:
2 & actum videtur vt ita stet. h. d. † Sic not. ex primo dicto, q si res mobilis cohæret rei immobili, potest esse diuersorum dominorum pro diuiso, secus quãdo non cohæret, quia tunc nec esse, nec possideri potest pro diuiso, sed solùm pro indiuiso: vt l. Pomponius si ex equis. in fi. §. de rei vend. & ideo quando cohæret, si postea eximatur, efficitur cõmunis amborum pro diuiso, licet prius esset pro indiuiso: vt j. cõmu. diui. l. arbor. j. de acqui. re. do. l. pro regione. cum l. præced. & j. pro soc. l. planè. la j. Circa secũdum dictum, vide quod no. plenè Bart. in l. j. j. de ser. lega. nam quicquid sit in alijs seruitutibus, de quibus
3 dixi §. eo. l. binas. cum l. seq. † in seruitute tamen tigni, vel oneris, quæ habẽt causam subsistentem continuè, semper videtur actum, quòd ita stet, vti stat, nec distinguitur, an transferatur per vltimam voluntatem, vel contractum: secus in alijs, vt ibi not. glos. tamen hic sentit in hoc casu, quòd res mobilis non cohærens rei immobili, licet nõ possit possideri per duos pro diuiso, bene potest esse duorũ pro indiuiso, quo ad dominiũ: vt d. l. Pomponius. & sic non contradicit in hoc. Tu dic contrarium: quia nec esse, nec possideri potest: sed quando cohæret, potest esse, & etiam possideri vna cum ipsa re immobili, non per se, sed per l. cum quí ædes. j. de vsucap. & hoc quouscq; cohæret, vt dixi.

2 ☞ *Priuatio non potest esse, ubi nec habitus.*

LEX XXXVII.

1 SI ædes meæ. †Seruitus, ne luminibus officiatur, nõ potest imponi illi domui,
b qtæ officere non potest. h. d. cum seq. & [b] sic, vbi nõ po
2 test esse habitus, nec † priuatio: vt l. decem. ff. de verb. obliga.
In tex. ibi. [seruitutem imponere potest,] f. istam, ne luminibus officiat: sed alia seruitus bene potest imponi, licet non sit in conspectu, si posset peruenire vtilitas de vna ipsarum ad alteram, puta aquæductus, si in domo tua oriretur aqua, quam traherem per aquæductum ad meam, per a
a circuitum lapidis. nihil enim est, quod prohibeat, secundum Bartol. qui ponit exemplum in aquæductu Perusino.

LEX XXXIX.

1 EOs qui ius. †In pariete cõmuni nõ potest alter ex socijs facere fenestram pro acquirendo lumine niſi à socio fuerit sibi concessum. h. d. sicut nec aliquid aliud ad quod res nõ sit distinata vel acquisita, seu b
quòd non sit necessarium pro vtilitate ipsius rei, vt refectio: vt §. eo. d. l. parietem. & l. quidam. & l. si quis ædes. j. communi diui. & l. Sabinus. niſi sit tale quid, quod non alteret rem: nec aliquod nocumentum inferat vt d. l. quidam. & l. fistulam.
c

2 ☞ *Hortus, uel stabulum, seu horreum contiguus uel contiguum domui legatæ uel uenditæ quando ei cedat?*

LEX XL.

1 OLympico habitatio. †Legatarius habitationis, vel vsus tenetur hæredi præstare aditum ad aliam rem hæreditariam, ad quam partem, cui legata erat habitatio, consueuerat transiri. h. d. Idem si legata erat proprietas: vt l. testatrix. j. si seruiuen. cum tamen hæres habebit iure seruitutis: quia cum dominium rei sit legatarij, seruire debet rei hęredis. Vnde nõ potest seruire alteri rei eiusdẽ hęredis. Et hoc voluit gl. super ver. non esset. & vide per Bar. in l. j. j. de serui. leg. & quid econuerso: an hæres teneatur præstare legatario, dixi in l. binas. §. eod. la j. cum l. seq. Dicit Ang. hic se audiuisse Bar. sumentem principium istius l. pro principio sui sermonis, in conuentu cuiusdã de Spoleto qui vocabatur olympiades. Ego autem pluries audiui Bal. allegantem istam l. vna cum duabus alijs hoc modo. j. de leg. iij. l. prædijs. §. balneas. & j. communi diui. in l. arbor. §.
2 de vestibulo. de serui. vrba. prædi. olympico. † An hortus, vel stabulum, vel horreum contiguum, vel contiguus domui legatæ vel venditæ ei cedant? nam distinguitur [c], an ad illum non erat aditus, niſi per rem legatam, & cedit: aut aliunde, & tunc, aut erat emptum, vel emptus simul cum domo, & eodem prętio, & idem: aliàs secus, quod etiam aliquantulũ tangit hic gl. iij. dic plenius: vt in d. l. prædijs. & l. arbor. & facit quod no. in l. quod conclaue. j. de damn. infect. Item ibi: [legatum non est.] contra: postquàm ad ipsum erat aditus ad illam domum, vt sequitur: quia videtur tacitè legatum: vt d. §. de vestibulo. soluti. intellige, quod testator. h. d. dixit, quòd non veniret hortus, secundum Bar. & sic nec expresse, nec tacitè erat relictum.

1 §. Lucius Titius. †Dominus prædij seruientis potest facere in eo, quicquid vult, dummodo seruitutem non impediat. hoc dicit. & sic. §. eo. l. seruitutes. §. stillicidium. Nota ergo si inter domum meam, & tuam est commendaria, quæ recipit stillicidium domus meæ, & etiam tuæ: non potest in ea aliquid fieri, per quod impediatur stillicidium meum: aliàs secus.

De seruitutibus rusticorum prædiorum. *Rubrica.*

2 ☞ *Seruitutes quæ dicuntur nominatæ, & quæ innominatæ?*
3 *Maleficia quædam sunt nominata & quædam innominata, & quæ fieri non possunt sine dolo, & quæ non dicantur maleficia?*
4 *Cum agitur pro seruitutibus confessoria actione, condemnatur aduersarius ad tradendum, & patiendum agentem uti per officium iudicis mercenarium deseruiens actioni confessoriæ: sed declaratio seruitutis iure actionis.*
Quid si seruitus nondum fuit constituta?

LEX I.

1 SEruitutes rusticorum. † Not. in hoc princi. tex. cum gloss. quæ sit differentia inter ire, & ambulare? nam ire dicitur quis solus, etiam cum socio. Item ire planè, ambulare vero etiam currendo, & cãtando: & qui habet iter, habet vtrunque: sed si haberet

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 ☞ In furno meo.adde Abb.in c. Abbati ſan cti Syluiani. col.ij.de ver.ſig. & Bart.Cep. in tractatu de ſeruit. vrb.prædio.in c.cle.in tit.de furno.q.iij.

alterum,puta,ſi concederes mihi, q poſſem ire per fundū tuū,non poſſem ambulare.ſ.cū ſocio,velcurrendo ire.Tene mēti:& ſic verba inſtrumēti ſunt inſpicienda. † Item not.q ſeruitutes de quibus in principio dicuntur nominatæ,ſecundum gl.quæ ſunt nomina iuris:ſed illę de quibus in §.in prædijs.dicuntur innominatæ:quia illa ſunt nomina actus, non nomina propria.Denominātur enim illæ ſeruitutes ab ipſo actu vtendi. † Simile videmus,quædā ſunt maleficia nominata, vt furtum,& falſum,quæ ſunt nomina iuris: quædam innominata, quia denominantur ab ipſo actu,vt parcutere, vulnerare: qui actus poſſunt fieri cū dolo,& ſine dolo:& primo caſu ſunt maleficia:ſecundo nō:ſed prima nō poſſunt fieri ſine dolo, quod dic vt not.Bart.in l.j.§.j.ff.ſi quis teſt.li.eſſe di.& ad Turpil.l.j. vbi Cy.hoc infert ad quædam alia. † Vltimò not.in ſi.quòd cum agitur pro ſeruitutibus confeſſoria actione, condemnatur aduerſarius ad tradendum,& patiendum agentem vti,per officium iudicis mercenarium deſeruiens actioni confeſſorię. Declaratio autem ſeruitutis dicitur iure actionis:vt ff.ſi ſer. vē di.l.ſicuti.§.ſi quæratur.ſicut in actione reali:vt ff.de rei vend. l.ex diuerſo.§.j.& in peti.hær.l.licet minimam.ff.de peti. hære. & hæc vera,quando ſeruitus ſemel fuit cōſtituta:ſed ſi fuiſſet promiſſa,& nondum conſtituta:tunc ad tradendū agere iure actionis,ſicut in re vendita,& nō tradita,ne officiū iudicis cogeretur de nō impediendo agentē vti:vt l.areā.ff.ſi ſerui.vend.

2 ☞ *Habens aquam in fundo ſuo poteſt concedere aquæductum,uel hauſtum diuerſis perſonis eodem tempore,uel diuerſo,ſi aqua ſufficit.*

LEX II.

1 RVſticorum prædiorum. † Not.ſecundum intellectum glo. q poteſt fieri pactum cōtra id, quod habetur in l.ſi.C.eo.vbi dicitur,q fauore culturæ nō poteſt vnus ruſticus impedire ventum tranſire ad prædium alterius:& tamen poteſt fieri contrarium expreſſo facto,vt hic: licet videatur contra vtilitatem publicā: & iſta eſt ratio dubitandi. † Itē not. quòd qui habet aquam in fundo ſuo, poteſt concedere aquæ ductū vel hauſtum diuerſis perſonis,eodem tempore,vel diuerſo:& hoc eſt verū,ſi aqua ſufficit:aliàs poſtęā conceſsiſſet vni,non poſſet cōcedere alteri,in illius pręiudiciū:quod dic vt l.Lucius.ff.de aqua quotidiana & eſtiua.& fuit de facto Bononiæ in aqua cōceſſa quibuſdam religioſis.adde ff. eo.l.ex meo.

2 ☞ *Vitiato expreſſo,quòd vitietur tacitum.& num.3.*
Conceſsio hauſtus aquæ continet in ſe ſeruitutem,ſeu conceſsionē itineris, & quòd nō ualeat conceſsio aquæductus ex flumine publico,cum pertineat ad principem.
3 *Si non ualet pupillaris expreſſa facta a matre,an contineatur tacita uulgaris?*

LEX III.

1 ITem ſic poſſunt. §. Qui habet. † Not.ex hoc §.tria.Primò q concesſo vno cenſetur cōceſſum illud ſine quo illud conceſſum eſſe non poteſt. Not.ſecundò,q vno conceſſo,cenſetur cōceſſum illud, ſine quo illud conceſſum eſſet inutile:quamuis ſine illo bene poſſet ſtare cōceſſum.facit.l.quāuis.ff.de fideicō. † No.tertiò,ad quod ſemper allegatur in ſi.quòd vitiato expreſſo,vitiatur & tacitū nec poteſt quis concedere ſeruitutem hauſtus, vel aquæductus ex flumine publico,quia aqua nō pertinet ad ſe, ſed ad principē.
3 † Et ſi concedit iſta conceſsio non continet in ſe ſeruitutem itineris per fundum ſuum ad flumen publicum: licet ſi aqua eſſet ſua,bene comprehenderet hanc cōceſsionem. Ideo inducitur iſte tex.ſi non valet pullaris expreſſa facta à matre,an cōtineatur tacita vulgaris:quod dic, vt in materia vulgari, vt habetur in l.verbis ciuilibus.de vulga.& pupilla.Et de iſto articulo, an vitiato expreſſo vitiatur tacitum:Cynus in authent.ingreſſi.C. de ſacroſanct.eccle. & adde quod nota.in l. mater.C. de rei vendi.circa medium gloſſ.magnæ.

2 ☞ *Si concedis mihi,ut poſſim tranſire per domum tuam ad domum meam:cum tamē domus mea non indigeat hoc tranſitu,an iſta ſit ſeruitus?*
3 *Si acquiro hoc ius,ut omnes uicini teneantur coquere panem in furno uel molere in molendino meo,an iſta ſit ſeruitus prædialis?*

LEX IIII.

eſt valde ſubtilis l.cum ſua gl. Primo ponitur vnũ dictũ ad euidẽtiam vſq; ibi: [& ideo.]Secũdo ex illo infert ad caſum, de quo quærit vſq; ibi: [q̃uis.] Tertio remouet quandã oppoſitionẽ, quæ fieri poſſet cõtra id quod dixerat. In text.ibi: [quarũ ſeruitutẽ, p parte, retineri placet.] ideſt dicere, q̃ iſtæ ſeruitutes quarũ vna debebat à fundo tuo, fundo meo, & altera ecõuerſo per cõionẽ factã inter nos de iſtis fundis, nõ fuerunt extinctę: quia licet nũc nõ poſſimus facere, q̃ vnus iſtorũ fundorũ cõium alteri cõi ſeruiat, ſicut nec q̃ vnus fundus meus ſeruiat alteri meo: vt ſ. eo. l. ſi cõi. tamen ex quo erãt conſtitutę ante cõmunionẽ nõ extinguntur per cõionem poſteà factã: quia ſeruitus erat iam cõſtituta in fundo qui erat totus alienus. ſi poſteà factus eſt meus pro parte, põt retineri, & nõ extinguitur propter alteram partẽ, quæ tibi remanet, ratione cuius nõ dicitur res mea mihi ſeruire ad aliena. & ſimiliter illa quæ erat acquiſita fundo, qui erat inſolidũ meus, ſi poſt eã efficiat tuus pro parte, ratione alterius partis, quæ mihi remanet, retineretur: quia dici deberi fundo meo ratione illius
2 partis, nõ tuo: & iſtud eſt dicere, † q̃ ſeruitus licet nõ poſsit cõſtitui pro parte pro indiuiſo, põt tñ retineri: vt ſ.e. & l. fundus. & l. vt pomũ §. fin. ſ. de ſerui. eſſe ergo quæſtio põt, quæ durat: an ego poſsim remittere illã ſeruitutẽ quæ debebatur à fundo quondam tuo, fundo quondã meo, & ecõuerſo: & effectus eſt magnus. Quia ſi valet remiſsio, & contingat q̃ poſteà recedamus à cõione, & fundus quondã tuus reuertatur à te, & meus ad me, potero vti ſeruitute in tuo, & tu in meo, abſq; eo q̃ aliquid fuerit dictum tẽpore receſſus: aliàs ſecus vt ſ. ti. j. l. ſi quis ædes. Item ſi contingeret, q̃ vnũ de iſtis fundis cõibus alienamus emptor in altero cõi nobis remanẽte poſſet vti ſeruitute, ſi remiſsio nõ valuit: aliàs ſecus. Et breuiter Iuriſconſul. reſpondet nõ tenere remiſsionem: quia ſicut ego poſſum fundo quondã meo nũc effecto cõi ſeruitutẽ imponere ita nec ipſam ſeruitutẽ quæ ei debetur, & adhuc durat, remittere, vel tollere poſſum: & ſic econuerſo, nec tu potes fundo quondã tuo liberatem acquirere ab hac ſeruitute: nam ſi ego nõ poſſum ipſam ſeruitutem remittere, ſequitur q̃ nec tu ex iſta remiſsione poteſ libertatẽ acquirere: quia niſi extinguaẽ ſeruitus, non acquiriẽ libertas: vt ſ. tit. j. l. ſi quis ædes §. fi. cũ ibi notatis. In text. ibi: [quamuis enim.]pone caſum ſic: quia nõ difficilis eſt. Nã videtur dicta determinatio procedere: quia ſuppoſito, q̃ iſtę ſeruitutes durẽt, eſt neceſſe dicere q̃ illa quæ debebatur à fundo quondam tuo fundo quondã meo, debebatur mihi, & nõ tibi: & ecõuerſo illa quę à fundo quondã meo, fundo quondã tuo debebatur tibi, & nõ mihi: quia nõ poſſum mihi ipſi debere: & ſi ita eſt, videtur q̃ poſsim ego primam remittere, & tu ſecundam, per regulã vnuſquiſq; põt remittere ius ſuũ. Ad hoc iuriſconſult. reſpondet, nõ eſſe verũ, q̃ prima debebatur mihi, & ſecunda tibi debebatur: imò cũ ſint ſeruitutes prædiales, prima debebatur fundo quondã tuo, fundo quondã meo, nunc vero cõi: & econuerſo. Sed in fundo cõi nullus ex ſocijs põt aliquid facere: ſolus ergo nec iſtã remiſsionẽ: & hoc intendit, & eſt mirabile: quia in eaver q̃ ſociorũ cõſentit, vnus in remittẽdo, alter in recipiendo remiſsionẽ: & per cõſequens, q̃ ille remittat. Quare ergo nõ tenet remiſsio inter eos, cũ ſi deberetur à fundo extranei poſſent ambo remittere? & ſic videt hic caſus contra Ang. vt dixi in l. fundus ſ. e. & rõnem collige ex his quę ibi dixi. Eſt enim mirabile, nõ põt vnus ſociorũ acquirere libertatẽ, cũ iſtud nõ tẽdat in preiudiciũ ſocij, ſed in vtilitatẽ, certè nõ põt etiã ſeruitutẽ ei acquirere: vt ſ. de ſeruitu. l. pro parte. & tñ hoc intendit in vtilitatem ſocij. & eſt ratio, quia per pacta imprimitur quidã character, & quoddam ius in re cõi q̃ ab vno tantũ fieri non põt, non ex eo q̃ preiudicet ſocio ſed quia in re aliena non põt quis facere prædicta: & iſta res cõis dicitur aliena, cum ſocius in cuolibet ceſpite terræ partẽ habeat & ſic nõ poſſet illi aliquid facere in aliena. Sed contra, q̃ poſsit prodeſſe: vt j. ſi ſeruitu. vendi. l. loci. §. ſi fundus. Sol. nõ põt acquirere ſeruitutem, vel libertatẽ rõne prædicta: ſed acquiſitã bene põt defendere agendo, & ſententiam obtinẽdo, & proderit ſocio: quia per hoc nihil imprimit in proprietatem: ſed declarari facit iam impreſſam: vt l. adeo. §. cum quis no. j. de acquiren. rerũ domi. & l. hæredes palã. §. ſed ſi notã. j. de teſtamen. † In gl. magna. ibi: [quaſi dicat occaſione partis.] iſtã tenet Bar. ſ. de ſerui. l. pro parte. q̃ ſi cõicas mihi fundũ tuũ in ſeruitutẽ, occaſione partis quę tibi remanet, ſeruitus retineẽ in toto fundo: et ſic etiam in parte, quæ mihi obuenit: & ſic erit caſus in quo res mea ſeruiet alteri rei meæ propter adiunctionẽ partis tuæ quę eſt inſeparabilis à mea ſi ſumus domini pro indiuiſo. Sed glo. tenet ſequentẽ, q̃ imò remanet niſi in parte tua: ne contingat illud inconueniens, q̃ pars mea ſeruiat mihi: & ſi dicatur in parte pro indiuiſo: non põt cõſtitui ſeruitus. R ñ. verũ eſſe, ſed cõſtituta in toto bene põt retineri in parte prædicta & iſta oppo. magis applaudet textibus. Circa fi. gl. ibi: [emens & vendẽs loco vnius habẽtur.]no. iſtã gl. in hoc ver. tñ ſolutio ad cõtrariũ clarius colligiẽ, ex his quę dixi in l. ſi cõi. ſ. eod. quæ eſt contra.

2 ☞ *Præſcriptio longi uel longiſſimi temporis cum currit contra ignorantes, tunc datur eis reſtitutio in integrum intra quadriennium à die ſcientiæ, cum fuerit propter iuſtã ignorantiam impeditus agere.*

3 *Contra impeditum agere uel uti iure ſuo caſu fortuito, uel de facto, ſine ſui culpa, currit præſcriptio mero iure, licet reſtituatur: ſed contra impeditũ agere de iure ipſo non currit, & quid ſi de facto tertij? & nu. 5.*

4 *Iura non dicunt, q̃ qui negligit uti tanto tempore, perdat ſeruitutem: quia tunc non perderet impeditus uti: ſed dicunt, qui non utitur.*

5 *Seruitus perſonalis poteſt retineri animo, ſed prædialis non.*

6 *Iuſtè deprecantibus non eſt denegandus aſſenſus, ſed iniuſtè deprecantibus, ſic.*

7 *Eccleſia deſtructa poſteà reſtituta recuperat priſtina priuilegia.*

1 § ſi ſons. †Qui non vtitur ſeruitute per tẽpus debitum, perdit eã, licet fuerit impeditus ſine ſui culpa: tñ tunc reſtituitur in integrũ propter iuſtũ impedimẽtũ. h. d. cũ. l. ſequẽ. & ſemper allegaẽ ad hoc vnde no. † q̃ cũ præſcriptio longi vel longiſſimi tẽporis currat cõtra ignorantes vt l. fin. C. de præſcrip. long. tẽ. habet remediũ ille contra quẽ currit, vt propter iuſtã ignorãtiã, qua fuit impeditus agere, poſsit petere[a] reſtitutionẽ in integrũ intra quadriẽniũ à die ſciẽtiæ. & ita tenet Bar. in l. j. §. ſi quis aũt in venditione. ſ. de itine. actuq; priua. & no. per gl. in l. ſi partẽ. ſ. quẽadmo. ſer. amit. & in l. ſi ſic. in ſi. magnæ gl. quæ incipit: melior eſſet ratio. Durante aũt ignorãtia, nõ curret: quia ſicut reſtitueretur ad reſtituendũ, q̃ eſſe nõ debet. vt ſ. de mino. l. interdũ. cum ibi no. & patet in l. fi. C. de tẽp. in integrũ reſti. vbi nõ currit durãte cauſa, propter quã datur reſtitutio, puta durante abñtia: & eodẽ modo durãte ignorantia. † Itẽ no. q̃ cõtra impeditũ agere, vel vti iure ſuo caſu fortuito vel de facto ſine ſui culpa, currit præſcriptio mero iure licet reſtituatur: ſed cõtra impeditũ agere de iure ipſo iure nõ currit l. j. in fi. C. de annali exce. & ita no. Cy. per iſtum tex. in l. j. in iiij. oppo. C. de bonis ma. in l. quoties. de precibus impe. offe. & iſto modo ſoluitur cõtrariũ gl. † In tex. ibi poſt cõſtitutũ tempus, ſcilicet decẽniũ: quo ſi nõ vtitur, ſeruitus perdiť, vt l. ſicut. C. de ſerui. Et nota, q̃ non dicũt iura, q̃ qui negligit vti tanto tẽpore, ſeruitutem perdat quia tunc nõ perdet ille qui eſt impeditus vti cum non ſit negligens: ſed dicũt de illo, qui non vtiť: vnde perdit mero iure: vt patet in l. ſequenti. † In tex. ibi: [amiſerunt.]Sed econtra ſ. de vſufru. l. arboribus §. de illo. Sol. ibi, in ſeruitute perſonali vſusfructus debita in ſeruo, quę nõ perditur, ſi ſeruus ſit in fuga, malitia in eis noceat: vel dic, q̃ illa retinetur animo, quia debetur perſonæ, & ſic cenſetur eſſe in poſſeſsione, licet non vtatur, ſi eſt impeditus vti. Sed ſeruitus prędialis non retinetur animo: quia nõ debetur perſonæ. Item contra de l. fi. j. de eo per quem fac. erit. Sol. hic fuit impeditus vti caſu fortuito, & ſic nõ habebat regreſſum contra aliquẽ ad intereſſe: ſecus ſi facto tertij, contra quem haberet regreſſum, quia tũc currit, & non reſtituitur, ſed agit contra impedientẽ, vt ibi: ſed quid ſi facto aduerſarij ſit impeditus? videtur q̃ ipſo iure non currat tẽpus. vt l. intra vtile. ſ. de minori. & l. fi. cũ ibi no. C. de adulter. vel dic, q̃ loquiť in præſcriptionibus preiudicialibus: vt illæ nõ currant, qñ facto aduerſarij fuit impeditus agere: puta, tempore appellationis proſequendæ vel alio ſimili impeditus eſt agere: ſecus in extraiudicialibus, quia currũt,
6 & datur reſtitutio: & hoc magis placet. † Et no. hic, q̃ iuſtè deprecantibus non eſt denegandus aſſenſus. facit l. ij. ſ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & econtra iniuſtè deprecantibus denegãdus eſt aſſenſus. j. ne quid in flumine publico. l. j. §. ſi quis velit.

Eſt

7 †Et etiã in arg iſte tex. cũ glo. in fi. q̃ eccleſia deſtructa, poſteà
a reſtituta[a] recuperat priſtina priuilegia ad hoc. ſ. ti. j. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. & adde quod not. Innoc. in c. cum ex iniuncto. de oper. no. nuntia.

b ☞ *Pactum factum in diuiſione, uel uenditione, q̃ unus fratrum cui obuenit curtis nõ poſsit ibi ædificare ſub certa pœna promiſſa fratri, quòd ſit ſeruitus prædialis, & tranſitoria in ſingularem ſucceſſorem, licet pœna non tranſeat.*

LEX XXXVI.

1 GVm fundo. †Stipulatio pœnalis ad perſonam relata, nõ facit vt conceſsio quę de ſui natura importat ſeruitutẽ realẽ, intelligaẽ cõceſsio perſonalis: ideo tranſit cũ fundo in ſingularẽ ſucceſſorem. h. d. Acceſſoriũ ergo non imitatur naturã principalis: q̃ intelligo, quando certa eſt illa natura: ſed ſi eſſet dubia tunc quia ex hoc indicio dubia declarantur. l. ſi ſeruitus. §. fi. ſ. de leg. j. faceret in telligi ſecundũ naturã acceſſoriį: ſic etiã acceſſoriũ nõ roborat principale l. nuda. C. de contrahen. & cõmit. ſtipu. l. ſi pacto. C. de pact. In tex. ibi: [aquę ductus.]per hoc apparet, q̃ certa erat natura conceſsionis factæ: quia fuit facta iure ſeruitutis quod qñ intelligitur, dic vt j. l. proxi. in fi. l. In tex. ibi: [ad perſonam emptoris.]quia promiſi tibi pœnã ſi te impedirẽ vti hac ſeruitute: vnde per hoc videbatur cõceſsio fortè perſonalis: ſed contrariũ eſt. Sed quæritur, an ad emptorẽ tranſibit hæc ſtipulatio, ſi ipſe impediatur vti ſeruitute? R ñdeo, non, niſi fuerit ceſſa: licet ipſe emptor pro ſeruitute quæ trãſiuit ad eũ cũ fundo, habeat cõfeſſoriã, ne impediatur in ea: quia ſtipulatio pœnalis nõ cohæret fundo, ſicut ſeruitus: de hoc habes tex. cũ glo. q̃ ſit neceſſaria ceſsio, & q̃ vẽditor teneaẽ cedere j. de verb. obli. l. ſi
2 ſub vna. §. fi. † Et per hunc[b] tex. cõſuluit Bal. vt dicit Ange. cũ
b duo fratres diuiſiſſent inter ſe bona, & actum fuiſſet, q̃ ille cui obueniret quædam curtis, nõ poſſet ibi ędificare ſub certa pœna, quã promiſit fratri, q̃ iſta eſt ſeruitus prædialis, & ſic trãſit in illum, in quẽ tranſit curtis vt ædificare non poſsit non tamen ille incidet in pœnam, ſi contra facit: quia ipſe nõ promiſit pœnam, ſed facit, vt venditor qui promiſit, incidat in pœnã iuxta no. in l. iij. §. qui opus. ſ. de alie. iudi. ad quod facit. j. de ſerui. expor. l. pe. & ſi fuit actum inter emptorem, & venditorem q̃ non poſſet ædificare, recuperabit venditor pœnam ab emptore qui fecit contra pactum.

2 ☞ *Conceſsio quando dicatur ſeruitus prædialis, & quando ſit perſonalis reſpectu fundi?*

LEX XXXVII.

1 IVcius. †Indeterminata conceſsio reſpectu fundi dominantis, determinanda per eum cui ſit facit vt nõ importet ſeruitutem prædialem, ſed dicatur conceſsio perſonalis: licet ſi fuiſſet determinata importaret ſeruitutẽ. h. d. notabiliter multũ. & ſic declara, & limita. l. præcedentem, vbi determinata fuit reſpectu certi fundi. In text. ibi: [ius aquæ fluentis.]iſta verba faciunt, q̃ iſta conceſsio importaret ſeruitutem prædialẽ quæ dicitur ius, nõ facultas mera vt j. ti. proxi. l. ij. in fi. ſed quia talis ſeruitus requirit certum fundũ dominantem, hic non erat dare certũ quia conceſsit vt ducas in domũ tuam aut vbicunq; vis. propter hoc vltimum reputatur potius perſonalis conceſsio, quę habet ſimilitudinem cum vſu, & ſequitur, & ſic non tranſibit ad hæredes tuos, nec ad ſingularem ſucceſſorem, vt ſequitur. Ex parte vero concedentis, quouſq; viuat ille cui facta eſt conceſsio, nõ videtur extingui per mortẽ eius: ſed tranſire in hæredes, ſicut nec ſeruitus vſusfructus vel vſus extinguitur morte concedentis, niſi etiam appareat perſonalis ex perſona ſua vt ſi dixiſſet promitto me nõ impedire te quominus aquã ducas: nam tunc videretur perſonalis, ab vtraque parte. † Et aduerte ad vnam diſtinctionem
2 valde notabilem, & ſingularem quando dubitatur, an aliqua
c conceſsio[c] dicatur ſeruitus prædialis: quia non fuit dictum ex preſsè iure ſeruitutis. Nam aut ſonat in ſimplicem pactum puta concedo tibi ire & agere per fundum meum, vel inde arenam vel ſaxum fodere, vel euellere: iſta enim verba infinita ſonant in actum facti, & tunc non eſt conceſsio realis, etiam ſi facta fuerit occaſione prædij, ſed eſt perſonalis: vt l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. de lega. j. & probatur in l. ij. §. item ſi in facto. de verbo. obliga. vbi dicitur, q̃ eſt ſtipulatio facti non dationis: ſed ſi contineret ſeruitutem diceretur etiam dationis: quia ſeruitus dať, & in aliũ etiã transferť, ſicut dominiũ. ad quod ẽt vide quod not. Barto. in l. ſtipulatio iſta §. ſi quis ita. j. de verb. obl. & idẽ ſi verba cõſonãtia in actũ referanť ex parte cõcedentis: puta, p̃mitto tibi nõ tenere feneſtrã in pariete meo, vt non ſit ſeruitus: & ſic alienus emptor poterit tenere, quia nõ trãſit cũ hoc onere. ita determinat Spe. notabiliter in titu. de emp. & vendi. §. j. ver. pone. P. cauit vicino. Aut verba cõceſsionis ſonãt in ius, vt concedo tibi ius eundi per fundũ meũ, vel aquã ducẽdi: & tũc aut reſpectu certi fundi tui, & dicitur ſeruitus prædialis ab vtraq; parte: vt ſ. l. proxima. & l. pecoris. cum. l. ſeq. ſ. eo. niſi qualitas perſonæ eius cui ſit cõceſsio, & qualitas eius quod cõ- b
ceditur, videatur in cõtrarium: vt l. pater. de ſeruitu. lega. aut ſit non reſpectu certi fundi, ſed reſpectu fundi certificandi per eum cui ſit: & tunc dicitur cõceſsio perſo c
nalis, prout eſt caſus notabilis hic. & vide Bar. in d. l. pater. j. de ſer. lega. ſed gd ſi ſonant in potentiã, puta, vt poſsis vel nõ poſsis: R eſpõdeo puto, dicendũ, q̃ ſi negat iure puta, cõcedo tibi, vt ego non poſsim ædificare in meo altius, ne luminibus tuis officiam: & tũc erit ſeruitus, poſtquã aufero mihi potentiã, & ſic ius ędificãdi: vt l. altius. j. de ſeru. aut affirmatiuè, & tunc, aut per nomẽ quod ſignificat ſubſtantiã: vt puta, concedo potẽtiã eundi, vel aquam ducendi de fundo meo: & idẽ: aut per verbũ, quod ſignificat actũ, vt cõcedo tibi q̃ poſsis ire agere per fundũ meũ. & tunc erit cõceſsio perſonalis, quia ſonat dũtaxat in factũ: vt d. l. ij. §. ſi in facto de verb. obl. idẽ ſi fiat per verbũ facultatis: vt concedo tibi facultatẽ eundi. Tene mẽti perpetuò: quia iſta ſunt neceſſaria pro tota materia ſeruitutum. Et ideò ſis cautus, qualiter facias cõcipere verba inſtrumẽti: quia iſta ſunt magni effectus propterea quæ dixi de tranſac. in ſingularẽ ſucceſſorem.

a ☞ *Sicut poſſum acquirere ſeruitutẽ tranſeundi de fundo tuo ad meum: ita & tranſeundi de fundo meo per tuum, ad uiam publicam, uel ciuitatem.*

3 *Locus publicus medius inter fundum tuum & meum, licet non impediat ſeruitutem itineris de meo ad tuum, tamen flumen publicum quod non tranſitur niſi nauiculis, uel in pontonibus, impedit.*

4 *Quædam prohibentur inchoari, quæ inchoata non prohibentur continuari.*

Seruitus uiæ finitur, cum peruenitur ad locum, qui non ſeruit uel ſeruire non poteſt.

Strata publica finitur cum intrat ciuitatem.

LEX XXXVIII.

1 FLumine publico. † Flumen publicum quod vado vel ponte non tranſitur ſed nauiculis vel pontonibus medium inter prædium meum & tuum, impedit conſtitui ſeruitutẽ itineris de meo ad tuum: ſed ſi medium inter tuum quod eſt citra flumen ad alienum vel etiam tuum quod eſt vltra flumẽ non impedit ſeruitutem inchoatã in tuo quod eſt citra continuari ad alium quod eſt vltra. h. d. in effectu & eſt difficilis tex. & pone caſum ſecundum primam lect. glo. & diuide eam in tres partes: quia primò determinat primum caſum quando erat medium inter meum & tuũ vſq; ibi: alioquin. Secũdo format duo alia, ſcilicet qñ erat mediũ inter tuum & alienũ vel inter tuũ & aliud tuũ, vſq; quaſi ad finem, ibi: quod ſic &c. Tertio rñdet ad hanc prędictam queſtionem quæ ratio locũ habet etiam in prima & multomagis ſecũdum glo. In text. [ſi per vnius prædia]. quaſi dicat prędicta locum habent, quãdo ex vna tantum parte fluminis ſunt prædia ſeruientia, ſeu ſeruire debentia: & ex altera prædium dominans, vel dominari debens. Si autem ab vtraq; parte fluminis ſunt prędia ſeruiẽtia vel ſeruire debentia, tunc ſequitur videndum quid iuris: in ver. [ſi alioquin]. In tex. ibi: [ad viã publicam]. ad hanc quæſtionẽ non rñdet hic, ſed inter ſerit aliã in ſequen. ver. [ſed videam°]. in tex. ibi: [quia via]. ego intelligo tex. aliter quã glo. q̃ iuriſconſultus vult hic arguere ad partẽ negatiuam in iſtis duabus quæſtionibus: q̃ iſta ſeruitus non poſsit continuari in prædio, quod eſt vltra flumen: licet ſit cœpta in eo quod eſt citra ipſum: q̃ ſtatim peruenitur ad flumen, quod

a ¶ Poſteà reſtituta. adde Bar. & Alex. et docto. in l. inter ſtipulãtẽ. §. ſacrã. de ver. obl. & ibi p Alex. cõcor. & limi. & adde idẽ in caſtro vel ciuitate. ita Bal. in ti. de pa. cõſtã. §. nos Romanorũ. & adde eũdẽ Alex. i cõſ. xliij. i j. vo. & ibi. q̃ ſi eſt caſtrũ deſtructum ita q̃ nõ ſit ſpes refectiõis, q̃ ẽdit priuilegia, & licet ſit deſtructũ, ſi tñ alibi ſit reædificatũ, q̃ retinet & recuperat priuilegia. alle. Inno. in d. c. cũ ex iniuncto. et adde Flo. in d. §. ſi ſublatũ. Cur.

¶ Et per hõc text. adde Flor. de ſancto Petro hic. et Cep. in tracta. de ſerui. vr. prædio. Cur.

¶ Cõceſsio ſeruitutis quando dicatur realis: & qñ prædialis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pontonibus aut nauiculis trahitur,& extinguitur:sicut extinguitur cũ peruenerit ad viã publicã,vel ad ciuitatẽ: quia per illa loca licitũ est cuilibet transire iure facultatis nõ iure seruitutis. Si ergo est extincta,nõ põt cõtinuari ad aliud prædiũ, quod est vltra:imò debet incipere de nouo & hoc esse non põt,vt in primo casu l. In tex.ibi:[ꝙ sic.]hic respõdet contrariũ, ꝙ postꝙ est incœpta in prædio tuo,quod est citra iuxta meũ, & habet cõtinuari in alio,quod est vltra:& hoc casu nõ finitur tali flumine:ideo durat, & cõtinuatur ad aliud prædiũ,quod est vltra,puta, si vltra flumẽ esset via publica,nõ prædiũ priuatum:tũc seruitus cœpta in tuo,quod est citra,finiretur statim,ꝙ peruenireturad flumen. †Notatur primo ex hac lege, ꝙ sicut possum acquirere seruitutẽ transeundi de fundo tuo ad fundum meum, ita & transeundi de fundo meo per fundũ tuũ ad viam publicã,vel ad ciuitatẽ. †Itẽ not. ꝙ licet locus publicus medius intra fundum tuũ,& meũ non impedit cõstitui seruitutem itineris,& eã inchoari in fundo tuo.l. seruitutes. §. publico ſ. de seruitu. Flumen tñ publicũ bene impedit, si non potest transire nisi nauiculis,vel pontonibus:quia seruitutes impediuntur in his in quibus quis sine difficultate,& adiutorio alieno, vti non põt: vt hic est casus. †Itẽ no. ꝙ quædã prohibentur inchoari, vt in prin. quæ inchoata nõ prohibentur cõtinuari vt in fin. Vltimò no, ꝙ seruitus viæ finitur cũ peruenitur ad locum, qui non seruit, vel seruire non potest:& videtur per istum tex. ꝙ strata publica[a] finiatur, cũ intrat ciuitatem. de hoc vide per Bart. in l. fi. ff. de via & iti. publico. gl. omnes quæ hic tendunt ad declarationem literæ quæ satis patet,& clarius ex prædictis.

Communia prædio.tam vrba.quam rustic. *Rubrica.*

1 ☞ *Quæ dicantur ædificia urbana & quæ rustica & qualiter præscribantur.*

a *Si eram in quasi possessione eundi per fundum tuum,nõ tamen habebam fundum vicinum, & sic seruitutem prædialem: ꝙ saltem habebo interdictum possess. de itinere actuq; priuato,ut in illa quasi possessione tuear.*

LEX I.

1 Ædificia. †Quæro circa primũ casum istius legis,quid si ædificio vrbano existenti in villa debeatur,seruitus à prædio rustico, an dicetur vrbana vel rustica? Respondeo vrbana censeretur facta denominatione à digniori vt ſ. ti. ij. l. j. ver. itẽ stillicidiũ. Vbi seruitus stillicidij,quæ debetur ab area ędificio vrbano,dicitur vrbana:& tñ area põt dici prædiũ rusticũ: quia vrbanũ nõ est nisi ædificium.& ita ibi no. Ang.& hoc est vtile propter id quod habetur e. ti. l. hæc aũt. quia aduersus seruitutẽ vrbani prædij nõ præscribit nisi interuenĩente facto præscribẽtis,& bonafide,& sic præscribẽdo libertatẽ sed aduersus seruitutem prædij rustici nõ requiritur factũ præscribẽtis,sed sufficit negligentia nõ ventis,vt perdatur:nec etiã requiritur bona fides in domino prædij seruientis:vt l. sequitur. §. si viã. ff. de

2 vsuca. †Circa secundum casum,quæro quid si eram in quasi possessio. eundi per fundum tuũ, quia iueram xxx. vicibus te sciente,& patiente:non tamen habebam fundum vicinum,& sic non poteram habere seruitutem prædialem, vt hic: saltem habebo interdictũ possessionis de itine. actuq; priua. vt in illa quasi possessione tuear,& defendar,videtur ꝙ non: quia vbi non est dare petitorium,nec possessorium: vt l. fi. ff. quorum bono. contrarium dic vt l. j. §. si quis autem. ff. de iti. actuq; priua. quia saltem possum habere quoddam ius personale: vt l. pomũ cum ibi no. ſ. de seruit. in cuius quasi possessum defendendus, sicut in quasi poss. seruitutis.& hæc est ratio illius §.

2 ☞ *Quilibet potest iure siculatis,uti aqua fluminis,publi. ad usum publi.non destinata,si flumen non est nauigabile.*

Quid in aqua ex castello?

3 *Si acquiro seruitutem in loco publico te concedente,uel patiente licet iure seruitutis hoc facere non potuerim in loco publi.non tamen potes mihi contradicere.*

LEX II.

1 De aqua. †Licet priuatus in flumine publico vel alia aqua publica ad publicum vsum destinata,non possit cõcedere seruitutẽ,quia ad solũ principem hoc pertinet:si tñ concesserit,nõ põt venire contra ratione sui singularis interesse:& cõtra eã defendendus est ille,cui cõcessio facta est. h. d. No. †& intellige de flumine publico nauigabili, b aliàs quilibet põt vti aqua dicti fluminis nõ iure seruitutis,sed iure facultatis:sicut ire per viã publicã sine cõcessiõe alicuius:vt ſ. ti. j. l. aquã. l. quominus. ff. de flumi. & l. viã publicam ff. de via publi. in aqua verò ex castello,secus: quia illa est deputata ad vsum publicũ,ideo solus princeps potest:vt l. j. §. antepenul. ff. de aqua quoti. & æsti. In gl. ibi:nõ defenditur nisi contra ducentẽ:quasi dicat,nõ aduersus rẽ publicã. Sed de eo quod no. gl. ſ. de pact. l. iurisgẽ. §. si paciscar. super ver. [non liceat.]vbi gl. vult,ꝙ etiã ipse idẽ qui cõcessit,vel pactus est,potest venire cõtra,ex quo pactũ non valuit in præiudiciũ reipubli. Vel nomine publico,& pro publica vtilitate potest ibi,sed nomine suo,& priuata vtilitate nõ potest. ita intelligo hic. Nã iste concedens habebat prædiũ iuxta istã aquam publicam,& concessit alteri,vt in illo prædio posset cõstruere artificiũ cum

c rota,per quã aquam hauriret: c vnde nõ põt venire cõtra,propter suum cõmodum. Sed quid si dicat se facere nomine publici? Respõdeo,adhuc si prætendit priuatã vtilitatẽ, diceret ista verba apponi videri in fraudem:quia magis videtur prosequi propriã vtilitatẽ,quã publicã:ideo non põt venire contra. Secus,si non prætendat priuatã vtilitatẽ,& ita loquitur gl. ordinaria:& per istã legem secundũ istam primã legẽ,quæ est notabilis,concordant cũ eadẽ l. venditor. in princ. ff. eo. †patet, ꝙ si duco aquã per quandã clusam,per viã publicã,vel aliũ publicum locũ te vicino concedente vel patiente,licet iure seruitutis facere hoc nõ potuerim:vt l. seruitutes. §. publico. ſ. de seruit. tamen non potes mihi cõtradicere licet respu. possit: similiter si concessisti mihi,vt possim facere pontem super viam publicam de domo mea ad domum tuam,licet facere potuissem in præiudiciũ publi. nõ potes mihi contradicere:similiter si cõcessisti mihi, vt possim facere molendinũ in flumine publico supra molendinum tuum,licet nõ pertineat ad te, hoc concedere in flumine public. tamen ratione priuatæ vtilitatis, & in

d tui præiudicium potuisti hoc concedere, d & non potes venire contra,secundum doct. Bar.& Ang. In gl. ibi:[sed eo sciente accepi.]ista l. non placet. quia hoc sufficeret, vt seruitus esset mihi iure acquisita,sicut per expressam traditionẽ, & sicut in dominio rei corporalis l. quædam. ſ. de rei vendi.& est casus ff. tit. j. l. si à te. vnde tex. malè diceret,dum dicit licet seruitus de iure non valuit. Et etiam statim sequitur in glo. ꝙ aduersus omnes est defendendus:quod non esset,si non valeret. glossa sequens non potest esse bona,per quam limitatur l. foramen. licet in aqua non perenni,non possit constitui seruitus quę propriè est seruitus,si tamen constituitur,defendendus est quis in illo iure,acsi esset proprie seruitus.

LEX IIII.

1 Caueri,vt. †Post monumentum constructũ non põt limitari mensura,vel numerus sepeliendorum. h. d. Bar. Videtur ergo per hanc legem ꝙ si religiosi concedant mihi, vt in aliquo loco ecclesiæ possim facere sepulturã pro me & meis.& ibi incœpi sepelire si postea conueni cum eis,ꝙ non possim sepelire,nisi vsq; ad certum numerum,& ꝙ non possim ibi construere monumentum cũ lapidibus,nisi vsq; ad certam mensuram: ꝙ ista conuentio nõ valet,& ꝙ possim sepelire quot volem & etiam ornamenta lapidum facere prout decet vt ff. de mor. infer. l. j. §. interdum. nõ obstante contradictione illorum:sed si vellem vltra condecentiam,possem prohiberi. arg. ſ. de seruit. l. si cui.

LEX V.

1 Proprium. †Alteri,quam sibi non põt quis seruitutem acquirere nec etiam fundo communi:& in contractibus habet locum ius accrescendi. h. d. Bar. primum dictum intellige, quando simpliciter alteri stipulatur,vel acquirit: secus si procuratorio curatorio vel gestorio nomine illius:nam tunc valet,si habet mandatum,vel si ratificatur,vt in simili no. glo. in l. huiusmodi. ff. de leg. j. in prin. vltimũ autem dictum reprobatur hic per

2 Ang.& bene,quia cum sit ius indiuisibile, a & cuilibet ex pluribus debeatur insolidum ex propria natura ipsius, nõ est tractandum de iure accrescendi sicut nec de constitutione duorum reorũ: ista enim locũ habent in his, quæ de sui natura diuidua sunt,non indiuidua: vt etiam idem Bar. no. in l. eadẽ de duobus reis.& l. ij. itẽ si in facto & §. ex his. de ver. ob. In text. ibi:[vt mihi & vicino seruiat]. idest,prædio meo proprio. Itẽ vicini proprio:& hoc casu valet quo ad me, non quo ad vicinum:& sic additio vicini pro superuacua habetur,& non vitiat contestationẽ quantum ad me:sed in secundo casu, cum venditionem vel proprium non curo,hoc acto quòd seruiat alteri communi,tunc additio socij vitiat totum:quia fundo communi sine voluntate socij non possum acquirere,nec respectu partis suæ nec respectu partis alienæ: vt ſ. de seruit. l. pro parte.& hoc vult gloss. finalis.

2 ☞ *Diuisio sicit de uno duo:& sic de uno fundo, uel qualibet parte, duos uel duas, & quælibet pars fundi erit fundus.*

3 *Facilius fit diuisio fundi,quàm domus:quia fundi potest fieri sola destinatione uerbali,sed domus non nisi parieti intermedio.*

LEX VI.

1 Si quis. †Nota in hac. l. vsque ad. §. duas. talem diuisionem. nam aut trado vnum fundum & alterum retineo. Et possum facere, quòd alter alteri seruiat tempore traditionis, quo desinit esse meus ante verò non:quia res mea non potest alteri rei meæ seruire: quod dic vt ſ. titul. ij. l. & qui duas. in glo. quæ hoc declarat.& vide Bart. in l. quòd concluae. ff. de damno infecto. interdum ambos fundos trado diuersis personis simul, & eodem tempore:& tunc facere non possum etiam tempore traditionis, quòd alter alteri seruiat, per id quod habetur suprà l. proxima. sed si in diuersis temporibus:tunc, tempore quo trado primum,possum facere quòd seruiat alteri, qui adhuc est meus, & illum posteà alteri tradere cum illo iure quæsito:vt ff. eodem l. si cum duas. in fine. qui debet coniungi cum isto versic. duas. aut interdum trado partem vnius, & alteram partẽ reseruo:tunc distinguitur, an tradam partem pro indiuiso, & non possum facere, ꝙ seruiat alteri pro indiuiso,quia non cadit in parte pro indiuiso. vt l. pro parte. suprà de seruit.& l. secunda.& quod ibi dixi. aut pro diuiso,& tunc,quia de vno fundo efficiãtur duo, bene

2 potest fieri. †No. ergo. §. si quis partem. diuisio facit de vno duo & quęlibet de vno fundo duos & q̃libet pars fundi fun-

b dus b erit:vt l. planè. la. j. in fin. de leg. j. potest tamen interdum diuidi fundus remanẽte vnitate:vt not. glo. in l. recte dicimus. ff. de verb. sign.& Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. in j.

3 q. ff. de verb. oblig. facit,l. caius ff. de leg. ij. †No. etiam ad hoc semper allegatur iste text. ꝙ facilius fit diuisio fundi,quam domus:nam fundi potest fieri sola destinatione verbali,sed domus non nisi interueniente facto idest appositione parietis in medio:& ratio est secundum Cyn. quia in fundo potest quis vtilitatẽ percipere pro parte, absq; eo, ꝙ fiat expressa diuisio. Secus in domo, vbi vsus nõ potest haberi pro parte, nisi facta intermediatione:sed istud videtur procedere in vna mansione:sed si in eadem domo sunt plures mansiones distinctę non video quare nõ possit fieri,puta:ꝙ talis & talis camera,& sala sint talis,& altera talis:posset tamen dici, ꝙ etiam tunc remanebit vna domus,nisi fiat intermediatio per parietẽ, ita quòd alter pro parte alterius non possit conuersari, nec transire:& hoc fortè vult iste text. pondera.

2 ☞ *Exceptio de eo quod non reperitur in ueritate, & sic obscura,nihil operatur.*

3 *Verba prolata ad conseruandum aliquid, quod fit de præsenti, inducunt constitutionem de nouo.*

4 *Si quis ingrediatur fundum animo retinendi possessionem quam habet,& nullam habebat an iste actus inducat acquisitionem de nouo.*

5 *Si uendidi tibi fundum cum fructibus pendentibus saluo iure coloni:cum tamen nullus esset colonus, sed per meipsum laboraueram:an possim aliquid retinere de fructibus?*

6 *In contractibus attenditur causa propter quam uerba fuerunt prolata ut per hoc magis stetur intentioni partium:quam proprietati uerborum.*

LEX VII.

1 Si in venditione. †Venditor qui post venditionẽ dicit rẽ vendi tam debere seruitutẽ, licet nulla debeat, non teneꝛ rẽ liberã tradere:licet põt petere,vt sibi alteri cõstituatur:& si specificauerat personã certã, nõ põt eã cõstituere alteri,quin teneatur ad interesse. Hoc primo:& si hoc dixit tẽpore traditionis, põt agere cõtra emptorẽ,vt sibi vel alteri constitu. hoc secũdo prædicta vera, si sciebat nulli debere seruitutẽ,& sic animo cõstituendi de cõseatur illud dixisse. Secus,si credebat vel dubitabat alteri debeꝛi, cũ nulli deberet:quia tũc trãsire debet liberè. Hoc tertio: & vtile est in primo casu specificare speciẽ seruitutis,ne ex nimia generalitate dicta exceptio reddat dubia de validitate. Hoc quartò,& vltimò. & dicit ista l. cũ principio. l. sequẽ. cũ quibus iunge. l. quicqd. ff. e. quæ limitat,& declarat. quia primus,& secũdus casus loquit qñ assertiuè fuerũt prolata verba prædicta:secus si cõditionaliter,quia tũc si nullam seruitutẽ debet,transire debet libera & nulla seruitus põt retineri,vt ibi:& ista est lex notabilis, & prima facie quilibet diceret cõtrariũ. ar. l. si quis ita legauerit. & l. Titiæ textores. ff. de le. j. in quibus habetur,ꝙ † exceptio quæ nõ reperiꝛ in veritate,nihil operaꝛ & sic excipiebaꝛ seruitus debita,& tñ nõ reperiebaꝛ alicui debita,ideo videbaꝛ exceptio inutilis: sed dic ꝙ in l. si ꝙs ita legauerit excipiebaꝛ tale quid,ꝙ nõ erat in potestate excipiẽti solo verbo in esse producere:quia dicit excipiẽtis vineis: hic poterat in esse ꝓduci solo verbo vtriusq; partis. Itẽ in l. Titiæ textores. erat tanta obscuritas, quæ non poterat declarari per suas species:sed hic poterat. Et primo loquit qñ tẽpore vẽditiõis & ante traditionẽ fuerũt dicta illa verba vsq; ibi:[si quis.]& tũc operanꝛ retẽtionẽ. Secũdo qñ tẽpore traditionis,& tũc producũt actionẽ,vsq; ibi:[hæc ita.] Tertiò limitat ambos casus vsq; ad l. in tradẽdis. Quartò cõsulit ꝓ quẽmodũ fit dicta exceptio. †No. ex primo & secundo casu, ꝙ verba

3 prolata ad cõseruãdũ aliqd,ꝙ sit de p̃senti,inducũt cõstitutionẽ de nouo:si eñ dixi,rẽ vẽditã debere seruitutẽ, verba ista de proprio significatu cẽsenꝛ apposita ad cõseruãdã seruitutẽ iam cõstitutã,ne vẽditor teneaꝛ,si reperiaꝛ rẽ debere seruitutẽ: vt l. j. §. j. ff. de actio. emp.& tñ si nullã seruitutẽ debet operaꝛ,vt possit peti,ꝙ cõstituaꝛ de nouo:& in hoc habeat locũ retẽtio & actio:ꝙ est mirabile:& hoc facit cõtra gl. quæ est in l. iij. in prin.

4 de acqui. pos. quæ vult, †ꝙ si quis ingrediaꝛ fundũ animo retinẽdi possess. quã habet,si nullã habebat,iste actus non inducit acquisitionẽ de nouo:sed illã gl. reprobat ibi Bar.& tenet contrariũ,& credo ꝙ allegat hanc legẽ principaliter ad hoc propositum. †Itẽ per hãc legẽ determinaꝛ quæstio,si vendidi tibi

5 fundũ cũ fructibus pẽdẽtibus saluo iure coloni,cũ tamen nullus esset colonus sed per meipsum laboraueraꝛ:quæriꝛ an possim aliquid pro me retinere de fructibus:si eñ illa verba non fuissent apposita,nihil possem retinere, quia tales fructus cedũt in vẽditiõe fundi:vt ff. de act. emp. l. iulianus. §. si fructibus. similiter videt ꝙ nec veniãt,postꝙ nõ reperiaꝛ colonus arg. d. l. si ꝙs ita legauerit fundũ exceptis vineis. ff. de leg. j. In cõtrariũ facit. l. sed solue cũ distinctione,quę colligiꝛ ex hac l. ex prince. & fi. vt no. Bar. post Ia. de are. in d. l. si ꝙs ita & facit ad hãc legẽ

6 l. minor. §. fi. cũ ibi no. in gl. vbi omnino vide ff. de euic. †Vltimò no. fi. istius legis cũ gl. ꝙ in cõtractibus attẽdiꝛ cã, propter quã verba fuerũt prolata, vt per hoc magis steꝛ intẽtiõi partiũ, quę colligiꝛ ex materia loquẽdi,quã proprietati verborũ,sicut in vltimis volũtatibus,in quibus magis attẽdiꝛ intẽtio testatoris,qñ de illa cõstat,quã proprietas verborũ: vt l. fideicõmiss. §. hæc verba.& §. itẽ si quis. de leg. iij.& C. de fideicõ. l. cum virũ. & ad hoc ff. ad exhiben. l. penul. C. quæ res pig. obli. pos. l. fin.& l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur.& ff. de verbo. oblig. l. ita stipulatus. ver. Sabinus. ibi,& sententia contrahentium.

a ¶ *Indiuisibile. Adde Bar. in l. via. in l. cũ filius.& in l. pro parte §. de ser. ti. generali.& in l. stipulationes nõ diuiduntur ff. de verb. obli.& Alex. de imo. in d. §. ex his.& ibi Mod. Cur.*

b ¶ *Fundus. Adde ꝙ licet sit prohibita diuisio fundi,potertt tũ diuidi per sepes,& fossata gratia vberioris culturæ Bar. in l. quę admodũ. C. de agri. et cẽsi. li. xj.& in l. si filiũ. ff. de acqui. hære.& Pau. de cast. in consi. clxxvij. per l. caius. ff. de le. j. Cur.*

a ¶ *Si uendidi tibi prædium meum ad quod non poterat transiri nisi per alium medium prædium,non uidetur actum ut illud debeat tibi seruitutem, nisi illud fuerit dictum expresse, & quid in legatis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

LEX VIII.

1 NTradendis. §. Interpositis. †Mediũ prædiũ q̃ nõ seruit, impedit seruitutẽ cõstituendã si per ipsum, vel in ipso nihil est fiendũ ad vsum seruitutis: sed si aliqd est fiẽdum, impedit quousq; etiã in illo seruitus acquiratur: & hoc, qñ est cuiusdã extranei. Sed si est dñi prædij dominãtis, in distincte nõ impedit: & tũc si alterũ eorũ alienat, nõ extinguit seruitus, sed interpellat, ideſt vſus impeditur, quousq; in alienato, vel in retẽto seruitus acquiratur. h.d. vsq; in fi. l. & licet gl. velit, q̃ iste tex. ponat differẽtiã inter seruitutes rusticas & vrbanas, re vera nõ consistit in hoc differentia, sed solum in hoc, an prędiũ mediũ impediat vtilitatẽ peruenire de vno prędio ad aliud prædiũ. q̃ cõtingit duobus cõcurrẽtibus, q̃ prædiũ mediũ sit cuiusdã tertij, & q̃ ad vsum seruitutis aliqd sit in eo fiẽdũ, vel exercẽdũ, q̃ fieri nõ põt inuito dño: et tũc impedit seruitutẽ cõstituti. Aut nihil erat fiẽdũ, vel si erat põdiũ tñ eiusdẽ dñi prędij dominãtis: & tũc qa põt in illo prędio facere quic quid vult, nõ impedit seruitutẽ cõstituti: qa nõ impedit vtilitatẽ peruenire: & ita de hoc arti. vide plenè p Bar. in l. si prius. §.

2 fi. ff. de aqua plu. arcẽ. an prædiũ mediũ impediat seruitutẽ. †Et no. hic in fi. cũ gl. q̃ si vẽdidi tibi prędiũ meũ, ad q̃ non poterat trãsiri, nisi p aliud mediũ prędiũ, nõ videt actũ, vt illud debeat tibi seruitutem nisi illud fuerit dictum expresse ad quod ff. de contrahen. emp. l. in vendendo. secus si legauit quia fauorabilior est vltima volũtas: q̃ dic vt plenè p Bar. in l. j. ff. de serui. leg.

2 ☞ *Quando quis uendidit hæreditatem censetur actum inter partes q̃ emptor in omnibus sustineat uices hæredis, ut uenditor non habeatur pro hærede quantum ad omnia onera.*

LEX X.

1 SI ei cuius. †Hæredi qui vẽdidit hæreditatẽ debet restitui seruitus per additionẽ con-
2 fusam. h.d. & no. fi. istius. l. †q̃ qñ quis vendidit hæreditatẽ, cẽseri actũ inter partes, vt emptor in omnibus sustineat vices hæredis, vt venditor habeatur pro non hærede quantum ad omnia onera, siue debita extranei siue ipsi hæredi: sufficit ad hoc ff. de hære. vel ac. ven. l. ij. §. fi.

2 ☞ *Dominus fundi seruientis non potest aliquid facere iuxta locum seruientem, uel in eo propter quod impediri possit accessus, ut hic.*

3 *Ad concessionem uniꝰ iuris, q̃ tacitè sequatur cõcessio alterius iuris, sine quo illo uti non posset.*

4 *Quod possum facere per me possum facere per ministros meos ad hoc necessarios, & si resisteres illis uideris resistere mihi.*
Si ex forma statuti licitũ est alicui uindictam sumere de eo qui ipsum offendit, q̃ etiã sit sibi licitum congregare amicos qui ipsum iuuent ad hoc.

5 *Si non habebam ius faciendi aliquid in re tua, tamen asserens eam esse meam, misi ministros qui inciderũt ne mus tuum, uel aliquid q̃ illi ministri non puniantur, si erat bonæfidei & actus non erat illicitus.*

LEX XII.

1 REfectionis. †Concessa seruitute censet cõcessus dictus accessus iuxta locũ ser-
uientẽ, quatenus necessarius est ad refectionẽ loci, tam
ei cui cõcessa est seruitus, quã etiã eis ministrantibus. h.d. tota
2 lex. dicit etiam, †q̃ dñs fundi seruientis non põt aliquid facere iuxta locũ seruientẽ, vel in eo, propter quod impediri possit dictus accessus. In tex. ibi: [quantũ accedere ei sit necesse.] sed videtur q̃ nõ cõsideretur necessitas, vt possit ire, prout sibi placet, dũmodo noceat dño prędij fundi seruientis: vt §. ti. j. l. quintus. in fine. Sol. ibi volebat aliquid facere in loco seruiente pro vsu seruitutis: hic in loco nõ seruiente propinquo tñ illi. Vnde non põt nisi quatenus est sibi necessariũ, ita q̃ per aliũ locũ ire
3 nõ posset. †In tex. ibi tacite. hæc iura loquuntur, si ad concessionẽ vnius iuris tacitè sequatur cõcessio alterius sine quo illo uti non posset. Sed cõtra quia si vẽdo tibi fundũ meum, non videor concedere seruitutẽ eundi per aliũ fundum meũ licet nõ nisi per illum iri possit, si non est expresse actũ: vt l. in vendendo. ff. de contrahen. emp. & patet per l. in tradendis. circa fin. & ibi tetigi. §. eod. Sol. in illo fundo, vbi concedo tibi ius, videor etiam aliud concedere sine quo illo uti nõ posses: sed si quæritur, an videar concedere in alio: loquitur cõtrarium in quo di
4 stingue no. per Bar. plenè in l. j. ff. de serui. leg. †In text. ibi, faui q̃ meuij. no. tex. quia q̃ possum facere per me, possum facere per ministros meos ad hoc necessarios: & si resisteres illis dicẽris resistere mihi: vt ff. de reli. l. ossa. §. fi. & est arg. q̃ si ex forma statuti licitum est alicui vindictam sumere de eo, qui ipsum offendit q̃ statutũ valet ad refrenãdum maleficia, quia facit ministeriũ priuatũ reipub. vt C. qñ li. sine iu. se vin. l. j. q̃ sibi sit licitum cõgregare amicos, qui ipsum iuuent ad hoc: & q̃ illi nõ puniantur, sicut nec ipse principalis: & ad hoc videtur gl. sing. ff. de vi & vi armata. l. cũ fundus. sed gl. in l. Gracchus C. de adul te. videt requirere, q̃ talis cõgregatio debeat esse talis, quibus ille cõgregãs possit præcipere, vt filijs. In contrarium facit iste
5 tex. q̃ quilibet etiã extraneus: & hãc partẽ tenet Iac. but. †sed si nõ habebam ius faciendi in re tua, tamen asserens eã meã, misi ministros, qui inciderunt nemus tuum, vel aliquid aliud, an il li ministri puniantur, dic, q̃ non, si erant bonæfidei & si actus de sui natura nõ erat illicitus, vt incidere nemus de mandato meo, in fundo meo. de hoc est glo. ff. de rei ven. l. in rem. §. pe. in gl. ma. quæ incipit: vt ff. de tig. iniuncto ante fin. ibi: itẽ an fabi. & c. de quo vide per Bar. in l. non solũ. §. si mandato. ff. de iniu. & quod no. per gl. in l. liber homo. in prin. ff. ad le. aquil.

LEX XIII.

1 CVm fundus. †Fundus transit in emptorem cũ seruitute sibi debita, & etiam cum ædificio quod cedit fundo, & similiter ædificium cũ solo cui cohæret. h.d. Et primum dictũ procedit in seruitute iuris, non in seruitute facti quia si habebam duos fundos, & per vnum transibam ad alium: ille primus non seruiebat secundo de iure, quia res mea non põt alteri rei meæ seruire: vt §. eod. l. quicquid. sed seruiebat de facto. & ideo si vendo illa seruitus facti non transit in emptorem: vt no. gl. in l. in tradendis. in fine §. eo. super ver. interpellari. quod dic vt d. l. j. de ser. le.

2 ☞ *Si uendo tibi domum, possum apponere pactum, q̃ in illa non exerceas aliquam artem si mea interest.*

LEX XIIII.

1 VEnditor. †Licet priuatus in mari non possit cõstituere seruitutẽ, põt tamen se & suos hæredes obligare, vt in aliqua parte maris non liceat sibi piscari, vel aliquid aliud facere si interest illius, cui obligat se: & non põt venire cõtra suã promissionẽ. h.d. & idem in alia aqua pub. & eo. modo põt se obligare ad nõ impediẽdũ alium priuatũ in publico facere: & nõ põt venire contra suã promis-
2 sionẽ rõne sui interesse: licet Respu. possit. vt §. e. l. ij. & q̃ ibi dixi. & est arg. secundũ Bar. †q̃ si vendo tibi domũ, possum apponere pactũ, q̃ in illa nõ exerceat aliquã artẽ, si mea interest, vt dixi. §. de pact. l. fi. aliàs secus: vt §. de serui. l. quot. la prima.

2 ☞ *Princeps potest alicui priuato rem suam auferre ex causa publi. utilitatis soluto tamen pretio, uel aliquo nomine pretij: ita & statutum: sic etiã consuetudo, etiam sine causa publi. utilitatis.*

3 *Licet consuetudo sit, ut quilibet possit de tua lapidicina sumere lapides sicut interpretatur, sine damno tuo quantum ad pretium ita quantum ad hoc, ut quatenus, ex illis lapidibus tibi necessarium est non auferatur.*

1 §. Si constat. †Res nostra sine facto nostro à nobis auferri nõ põt iure publico, vel priuato, nisi consuetudo aliter se habeat: & tũc debemus indẽnes cõser
2 uari saltẽ in solutiõe pretij. h.d. †sicut ergo princeps põt alicui priuato rẽ suã auferre ex cau. pub. vtilitatis, soluto tamen pretio, vel aliquo nomine pretij. vt l. item si verberatum. ff. de rei ven. iuncto eo quod no. glo. in l. fi. de na. resti. ita & consuetudine, vel statuto ciuitatis per hunc §. non tamen videtur in consuetudine consideranda alia causa pub. vtilitatis, sed sola consuetudo vt hic licet in cõtrarium faciat l. toties. ff. de polli. cum ibi no. sed potest dici q̃ fortior sit consuetudo, quam statutum propter quod sine iusta causa, non potest hoc fieri, vt ibi no. &
3 adde l. annonã. cum ibi no. ad l. iij. de anno. †In tex. ibi: [ita tamen.] no. q̃ licet sit consuetudo, vt quilibet possit de tua lapidicina sumere lapides sicut interpretatur sine dãno tuo, quantum ad pretium, ita & quantum ad hoc, vt quatenus ex illis lapidibus tibi necessarium est, non auferatur: quia in hoc debes præferri cuilibet alteri. Sed oppo. q̃ imò te inuito quilibet possit lapides fodere: vt C. de meta. l. si quos. libr. xj. Sol. ibi loquitur in venis saxorum, quæ sunt in profundo fundi, seu prædij, & in paucis locis reperiuntur: vnde licet cuilibet propter publicam vtilitatem subtus fundum alterius priuati infodere, &
venas

venas aperire: quia hoc non nocet domino fundi superioris, cum non tangatur de superficie: secus si noceret, quia faceret eam labefactari: vt est text. illius. §. hic loquitur in lapidicinis, quæ sunt in superficie fundi: vnde noceret domino fundi, q̃ alius inde lapides sumeret cum sint sui. & de hoc maxima fuit quæstio in Pergamo, vbi sunt venæ contrariæ in profundo montis, & in superficie sunt fundi priuatorum: vbi allegabatur ille tex. cum glo. & vna parte. & iste §. pro altera.

2 ☞ *Non est licitum ire de nocte per ciuitatem, nec per domos alienas.*

LEX XV.

1 TEr nihil. †Seruitus itineris potest restringi vt liceat ire de die tantum, ma
2 xime in vrbanis prædijs. h.d. †Et not. text. cum gl.
a q̃ non est licitum ire de nocte[a] per ciuitatem, nec per domos alienas.

LEX XVI.

1 QVi per certum. †Qui concessit seruitutem vni, potest per eundem locum concedere alteri, si per hoc non fit priori præiudicium. hoc dicit aliàs secus. vt §. titu. j. l. per quem.

LEX XVII.

1 POtest etiam in testamento. †Potest quis damnare hæredem suũ, vt imponat seruitutem rei hæreditariæ, vel propriæ ipsius hæredis. h.d. In primo tamen casu statim adita hæreditate acquisita est seruitus legatario l. si partem. §. fin. ff. quemad. serui. amit. In secundo non, nisi cõstituatur: vt no. in l. Papi. §. de ser. & vallet legatum etiam si testator putabat illam rem esse suam, cum esset hæredis: vt l. vnum ex familia. §. si rem. de leg. ij. sed si esset cuiusdam extranei, distinguere: an legatarius esset coniuncta persona, vel non: sicut quando legaret rem ratione dominij vt l. cum alienam. C. de lega.

2 ☞ *Interdictũ de precario non datur mihi pro eo, quod est apud me, sed pro eo, quod est apud alium.*

3 *Si aliquid feci sti in meo & per me possesso. q̃ mihi noceat possum illud proprium authoritate remouere: & quid si de uoluntate mea feci sti.*

4 *Si simpliciter concessi tibi, ut aliquid poneres, uel ædificares in meo an uidear concessisse precario, ideſt ad bene placitum meum, an animo donandi, & cõstituendi seruitutem?*

5 *Pro eo quod facere possum propria authoritate, ius non prouidet mihi de actione: tamen de honestate possum, & debeo adire iudicem ut mihi concedat licentiam.*

6 *Differentia inter murum, & parietem, & q̃ murus ita cedat solo sicut paries.*

LEX XVIII.

1 SI præcario. †Pro eo, q̃ in meo & per me possesso posuisti, precario i. de voluntate mea non habebo interdictum de precario, vt illud remoueas cum propria authoritate possit remouere, nec tu habes confessoriam contra me, vt liceat tibi tenere iure seruitutis: quia non videor seruitutem constituisse, postquã precario concessi. i. vt teneres ad beneplacitum meum. Hoc primo. Sed pro eo quod posuisti in tuo, quod mihi seruit, bene habeo interdictum de precario, vt illud remoueas, eum cum precario hoc concessi. Secus si animo remittendi seruitutem, quia tunc res tua efficitur libera: & ego interdictũ non habeo. h. d. text. cũ gl. & est pulchra l. et diuide in duas partes principales, vt in summario. Secunda ibi, [cæterum.] & quælibet pars continet duos casus, & duo dicta, quæ patent per se. glos. tamen reducit
2 ad tres partes principales. † Not. q̃ interdictum de precario, nõ datur mihi, pro eo q̃ est apud me: sed pro eo, quod est apud
3 alium. †Item no. tex. cum glo. ij. super verb. non potest. q̃ si aliquid feci sti in meo, per me possesso, quod mihi noceat, possum illud propria authoritate remouere: hoc est verum sine dubio, quando sine voluntate mea: vt l. quemadmodum. §. j. ff. ad legem aquil. & l. si vitem. §. qui ianuam. ff. quod vi aut clam. & tunc possum tollere etiam te irrequisito, sicut posuisti me irrequisito. ar. in l. minor. in prin. cum ibi no. in gl. ff. de euic. idẽ vt possim remouere, qñ posuisti de voluntate mea precario cõcedentis ad beneplacitũ meũ: vt in hoc tex. cũ gl. tunc tñ puto q̃ debeã prius te requirere, vt inde remoueas: aliàs teneor tibi
4 ✠ *Adde q̃ noctu ire, crimẽ est leue, & certã personã non offendit: cuilibet tamẽ cõpetit accusatio. vt per Bart. in l. j. ff. de publ. iud. & i l. quod senat. ff. de in ius vocand. et l. leuia. ff. de accusat. Quomodo aũt q̃ noctu ingredit cõuenia tur, & itẽ aduersus libellũ defendat, vide per Spe. ti. de cõsti. Et an noctu factũ notorium esse possit, vide eũdẽ Specu. de no. crimine. & Bal. in l. fratrem. C. ad fyl. Et an noctu factũ, p̃ testes p̃bari possit: vide eũ dẽ Bal. in c. j. §. porro. ff. co. que sit prima cã beneficij amit. glo. & eundẽ & do. in l. si cũ exceptione. §. in hac. ff. quod met. cau.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 †De hac quæstione, num in pẽdẽti possit esse vltima volũtas? vide hic per Bart. Et itẽ ad q.an viuẽtium actus in pendenti esse possint? nu. v. prima & ij. oppositione & ibidẽ annotatiõne marginatam, quę remittit ad Bal.

b †Verũ, an ita intelligi debeat, vt prędiũ dicat eas possidere? vide per Bald. in l. ij. col. iij. C. de seruit.

tio. Et si prima cõcessio facta fuit inter viuos põt cõfirmari per vltimã factã in vltima volũtate. Hoc quartò. Sed si oẽs fiant in vltima voluntate, ita demũ valere possunt, si simul adeat hæreditas omniũ: qa tũc simul cedit dies omniũ vtiliter. Si aũt diuersis tẽporibus, nulla valere põt quia dies præcedentiũ inutiliter cedit, & non possunt stare in pendẽti: licet secus in illa quę fit inter viuos: quia põt stare in pẽdẽti, quouscũ fiat vltima. Hoc quinto, & vltimò dicit tota l. valdè pulchra, & subtilis: & sic ponit tres casus principales. Primus qñ oẽs fuerũt factæ inter viuos: vsq; ibi: [sed dicẽdũ.] Secũdus quia prima inter viuos, secũda in vltima volũtate vsq; ibi: [nã si oẽs.] Tertius, qñ oẽs in vltima volũtate. Itẽ prima pars subdiuidit: nã primo ponit casus qñ tempore, quo fit vltima, omnia erãt in eo statu, in quo fuerãt tẽpore primæ factæ vsq; ibi: [& ideo.] Secũdò qñ cõtingeret mutatio dominij in personã primi constituentis vsq; ibi: [idem iuris vel acquirentis.] vsq; ibi: [ergo.] Tertiò qñ cõtingerat mutatio dñij in personam illius, qui nõ cõcesserat, nec acquisierat, ante quã concederet vel acquireret: & nouus dñs postea cõcessit, vt per hoc nõ cõfirmentur præcedentes, quouscũ priores iterum cõcedant, & per illas concessiones iteratas cõfirmatur cõcessio noui domini, vsque ibi: [tantum enim ibi:] quarta in qua cõcludit ex prædictis. Et

2 præmitte, †q; in fictione de vno tẽpore ad aliud requiritur habilitas duorũ extremorum. scilicet à quo, & ad quod vt plenè not. in l. si is qui pro emptore. ĵ. de vsuc. si ego tu & ego sumus domini eiusdẽ fundi: & ego impono, vel acquiro ei seruitutẽ, tu verò eandẽ seruitutẽ imponis, vel acquiris hinc ad mensem confirmando q; ego feci: licet istæ impositiones, vel acquisitiones inspecta veritate factæ sint diuersis tẽporibus: fingũtur tamen factæ eodẽ tẽpore: scilicet quia mea fingitur facta tẽpore vltimæ partis factæ: & sic fictio versatur in mea, quia trahitur ad tuã: non econuerso. & hoc, si omnia sunt integra tẽpore vltimæ. sed si ante quã tu imponas, vel acquiras mutatũ est dominium ex parte mea in vniuersalem successorem quia mortuus sum, vel in singularẽ, quia vendidi: tũc impositio vel acquisitio facta per me, quæ erat in pendenti extinguitur, & amplius nõ pendet: & ideo per eã quã posteà tu facis, nõ confirmatur. Tua ergo quã posteà facis nihil operatur ad confirmationẽ præcedentis valet tñ de se quo ad personalẽ obligationẽ, nõ quo ad realẽ: & pẽdet quouscũ hęres meus, vel emptor iterũ concedat. & tũc confirmatur tanq; de vltima, respectu mei effecta sit prima respectu hæredis mei vel emptoris: quia isto casu tempore, quo tu eã feciſti deficiebat habilitas extremi à quo. nã ego tũc vere non poterã imponere, vel acquirere. Quid si desieram esse dñs ergo nõ possum infingi, vel imponere tunc, vel acquire

3 re: †quia vbi nõ põt esse veritas, nec fictio: vt no. in l. gallus. §. si eius. ĵ. de lib. & posthu. ideo mea nõ est amplius in pendenti si extinguitur, quia non pendet nisi ad effectum, & finẽ: vt cõfirmeť per vltimã, & fingatur facta tẽpore vltimę, sed nũc amplius hoc fingi non põt. Ideo postq; hoc fieri nõ põt: ideo desinit pendẽtia quæ nõ põt ad suũ finẽ peruenire. Necesse est ergo, q; nouus dñs imponat, & tũc cõfirmabiť facta parte & tractetur tua ad tẽpus illius factæ per verũ dñm. Similiter, si post factam per me ante quam tñ facies, contingat mutatio ex parte tua in vniuersalẽ vel singularẽ successorem si ille nouus dominus imponat, vel acquirat, nõ confirmať mea quia tempore quo ego feci meã ille nouus dñs nõ erat habilis ad hoc faciendum: quia nõ erat tũc dñs. & sic deficit extremũ ad quod. quia mea non põt trahi ad istã, quæ fit per illum: qui tẽpore quo feci meã, non erat habilis ad ipsam faciendam. non est tñ funditus nulla: quia valet quo ad personalẽ obligationẽ. quantum vero ad realem, pendet quouscũ ego iterato imponã, vel acquirã: & tũc confirmabitur illa quę facta est per nouũ dominũ ex parte tua vt sic illa cẽseatur prima respectu reiterationis factę p me. & hoc vult ver. ergo ex diuerso. & in hoc stat substantia istius subtilis. l. In tex. ibi: nihil agẽtur. scilicet quantũ ad confirmationẽ præcedentis, bene tñ valet, & pendet quouscũ nouus dñs iterum cõcedat, vt patet ĵ. in verb. igitur rursus. In text. ibi: [ex integro oẽs cæterę debebũt.] hoc verũ, quando ille qui nondũ cesserat mortuus est: & eandẽ seruitutẽ in suo testamento non legauit. Si aũt legasset, tũc nõ requireretur, q; præcedentes iterum cõcederent imo per additionẽ hæreditatis suæ cõfirmarentur præcedentes cõcessiones: vt ĵ. in ver. idemq; secundũ intellectum gl. ibidẽ. licet quidã intelligant illũ ver. secundũ istum vt nõ confirmantur præcedẽtes: sed tene quod s. dixi secũdum intellectum gl. ibidẽ. & inducit istũ tex. Inn. in c. q; sicut extra

4 de elect. †q; si facta sit electio prælati contempto, idest nõ cita to aliquo ex canonicis põt prosequi suũ contemptũ. & petere electionem suã irritari q; si mortuis primis eligentibus confirment electionẽ, talis cõfirmatio nõ valet, quia nõ sunt omnia integra, et sic iterũ põt prosequi contemptũ. Contrariũ tamen ipse determinat, quia iste tex. loquitur, quando præcedens cõcessio, nõ erat adhuc valida, nec efficax quantum ad ius reale: sed pendebat ex vltima concessione. Sed electio prædicta, licet facta quibusdam contemptis, est valida & efficax: si facta est à maiori parte & seruatis alijs seruandis: ideo per mortem præcedentiũ non extinguitur sed hic quia pẽdebat extinguiť. In text. ibi: [tantũ enim tempus posset.] quis dicere quid ergo valet id quod dictum est in prin. l. quod posit diuersis temporibus cõstituere si vera sunt quæ supra proxime dicta sunt respondeo quod valent quãtum hoc vt diuersitas tẽporum non habeat vitiare constitutionem dummodo omnia sint integra: non aũt quantum ad hoc, vt alter sine altero posit: sed si interueniente mutatione ex altera partium confirmaretur indistinctè, præcedens impositione iam sequeretur, q; per alteram tantum sine altero fieret eo quia propter mutationem prædictam non potest altera cum altera coniungi vt fingantur factæ eodem tempore propter, defectum extremorum, vt s. ostensum

5 est. †Vltimò no. fi. q; vltima voluntas nõ põt esse in [a] pendenti

a intellige postq; dies cessit: sed ante põt. & de hoc articulo vide plene quod no. in l. vsufruct. ĵ. de stipu. ser. & l. si seruus communis §. ij. in gl. cætera dic vt in glo. & per doctores ibi.

Si seruitus vendicetur, vel ad alium pertinere negetur. Rubrica.

Continua rubricam istam vt per gl.

LEX I.

1 ACtiones. †Non summatur ista l. vel sic summa. Qui agit aliqua actiõe, debet probare se dominum, siue agat negatoria siue confessoria. h.d.

2 ☞ *Confessoria & negatoria fuerunt primò inuentæ pro seruitutibus personalibus: tanquàm diguioribus: & postea fuerunt extensæ ad prædiales.*

3 *Licet prædiales seruitutes non debeantur personæ sed prædio, non tamen est ineptus libellus, si quis dicat sibi competere: & intelligit scilicet mediante fundo.*

Si iudex dando curatorem liti inchoatæ per filium fa. concipiat uerba in personam filij cum non debeat dari personæ, an ualeat datio.

4 *Qui intentat confessoriam, uel negatoriam, necesse habet probare dominium rei, cui dicit seruitutem deberi uel non deberi. & qualiter probet?*

5 *Positio non dicitur affirmatiua, uel negatiua respectu uerborum, sed habetur respectus ad sensum.*

LEX II.

1 DE seruitutibus. †Not. primò q; actiones istæ, scilicet confessoria, & negatoria sunt reales. Ideo dicuntur vendicationes, vt in primo responso: & licet non dentur nisi domanis: vt ĵ. sequitur: dantur tamen etiam contra nõ dominos impedientes vel turbantes vsum seruitutis: vt l. si quis diuturno. ĵ. eo. sicut in rei vendicatione contra quemlibet pos. l. de eo. §.

2 fi. ĵ. ad exhib. †Itẽ no. q; primo loco fuerũt inuentæ pro seruitutibus personalibus, tanq; dignioribus & posteà fuerunt ex-

3 tensæ ad prædiales. †Tertiò no. in ver. [sibi competere.] q; li-

b cet prædiales seruitutes non debeantur personę sed prædio[b]. vt l. vnus. s. ti. ij. non tamen est ineptus libellus si quis dicat sibi competere: quia debet intelligi scilicet mediante fundo secundum Bar. qui dicit per hoc quod si iudex daret curatorem liti inchoate per filium familias, licet conciperet verba in personã filij, non vitiatur datio: & tamen non debetur personæ cui nõ posset dari, cum sit in patris potestate: & exponeretur eo modo. †Vltimò nota in ver. hæc aũt. q; ille qui intentat confessoriam vel negatoriam necesse habet probare dominium rei cui dicit

dicit seruitutẽ deberi vel non deberi aliàs succumbit. probat autem de facili. scilicet probando se esse in possessione illius, quia deducit dominium incidẽter non principaliter vt not. ĵ. eo. l. sicuti. §. si quæratur. in fi. glo. per. l. j. ĵ. fami. erci. nõ sic sufficit possessio ad probationem dominij deducti principaliter in iudicio, iuxta plenè no. per Bar. in l. pe. de cõdi. insti. & in c.

5 illud. de præsum. in nouella per Io. an. †Vlti. not. gl. mag. circa mediũ ibi: [sed magis sensu inspecto hæc nomina sunt imposita & c.] q; positio, nõ dicitur affirmatiua, vel negatiua, respectu verborum sed habetur respectus ad sensum. & ideò per ignorantiã inoleuit practica quia procuratores dicunt, q; fuit & est absq; eo, q; talis fecerit tale quid, credentes, q; ista positio dicatur affirmatiua & sic debet admitti quia fit verbis affirmatiuis. certè magis est negatiua inspecto sensu. ad qđ vide quod no. gl. in cle. literas. de rescri. & ĵ. de doli exceptio. l. fi. in fi. gl. vltimæ quæ incipit sed videtur. & adde quod no. Bar. in l. nec codicillos. C. de codici. & in l. inter stipulantẽ. §. j. de verb. obl.

2 ☞ *Vsusfructus quò ad usufructuarium, quòd non dicatur seruitus, sed quædam commoditas seu facultas, & qualiter agat contra impedientem uti?*

1 §. Rectè nera. †Nota hic quòd licet quando vendo tibi vnum fundum ratione proprietatis non videor tibi concedere seruitutem eundi per alium fundum meum, nisi dicatur expresse, licet ego consueuerim per illum accedere. vt l. in vendendo. ĵ. de cõtrahen. emp. & s. eodem l. in tradendis in fin. secus tamen est, si cõcedo tibi vsumfruc. s. in vltima volũtate: si lego tibi fundum, vt, hic vel etiam in contractu. vt suprà de serui. vrb. prædio. l. qui binas. ver. cęterum. licet etiã illa loquatur in vltima voluntate: tamen idem in contractu. Ratio diuersitatis colligitur ex illo text. & glos. quæ est suprà de vsufructu. l. sed & si quid. §. proprietatis. su-

2 per ver. [contineri.] †Item not. quòd tunc nõ diceretur quo ad vsufructuarium seruitus: quia illa non potest deberi mihi proprietario, sed dicitur quædam commoditas: & ideò si impediatur ea vti, nõn intentabit confessoriam, tanquàm pro seruitute prædiali sibi debitam: sed bene potest intentare confessione seruitutis personalis. scilicet illam quæ competit pro vsufructu, quia videor prohibere ipsũ frui si prohibeo ipsum vti illa cõmoditate eundi. vt suprà si vsusfruct. pe. l. j. & ij. Similiter si seruitus debetur fundo meo à fundo Titij, & concedam tibi vsumfructum in meo, potes vti commoditate illius seruitutis: non quod possis intentare confessoriam pro ea, & petere, declarari eum deberi fundo: sed debes intentare confessoriã pro vsufructu, quia videtur prohibere te vti frui, qui prohibet te vti illa seruitute: & sic petet declarari tibi vsumfructum competere, et illum non debere te impedire per. d. l. j. & ij. per quã declaratur iste. §. Sis ergo cautus in modo agendi: ne propter ineptitudinem succumbas.

2 ☞ *Quòd sit dare possessorium, etiam ubi non est petitorium.*

1 §. Pomponius. †Nota quòd licet vsufructuarius non possit habere seruitutem prædialem ratione iuris vsusfructus, quia illa est sua competens proprietati: potest tamen ex sua persona habere interdictum possessorium puta de itinere, actuque priuato si per xxx. dies eodem anno iuit sciente, & patiente aduersario: quia hic non agitur de iure seruitutis sed de facto suo. & hoc vult dicere litera. Potest etiam haberi pro facto sui authoris, scilicet pro-

2 prietarij, si ipse vsus fuit tanto tempore. Et sic not. quòd † est dare possessorium etiam vbi non est petitorium vt dixi suprà titul. j. l. prima.

LEX IIII.

1 LOci corpus.

§. In confes. †In istis actionibus fit condemnatio ad interesse, loco fructuum. hoc dicit & non sic iure actionis sed officio iudicis mercenario eodem deseruienti: vt not. s. eod. l. ij. in princi. glo. magnæ. nec iure aut. actionis fit declaratio seruitutis. vt ĵ. eo. l. sicuti. §. si quęrať. Sicut in rei vendicatione, & in petitiõe hæreditatis iure actionis petit quis declarari se dñm, vel hæredẽ: & officio iudicis petit aduersariũ condẽnari ad restituendũ: vt s. de petitio. hæredita. l. licet. & s. de rei vend. l. ex diuerso. §. j.

2 ☞ *Licet unus ex dominis pro indiuiso non possit acquirere seruitutem: potest tamen acquisitam defendere, agendo confessoria.*

3 *Casus in quo uictoria unius, prodest alteri non agenti.*

4 *Casus in quo agitur insolidum, & fit condemnatio pro parte ad interesse: & quid econuerso?*

5 *Victoria unius licet prosit alteri, tamen sententia lata cõtra unum non nocet alteri: & sic contrariorum non est eadem ratio.*

1 †Et adde, q; de iure tertij excipiens illius dũtaxat vtilitati quę sito non audiat: secus aũt si quæsito in multorũ vtilitatem: quoniã tũc auditur quilibet excipiẽs, cuius interest. ad q; vide egregie per Bal. in l. fi cui. de non nume. pecu.

1 §. Si fundus. †Istæ actiones competũt cuilibet ex dominis eiusdem fundi, & cõtra quemlibet insolidũ sed in primo casu, qñ peruenitur ad interesse, habetur ratio ad interesse agentis duntaxat. h.d. secundo vero casu si vnus me prohibet vti seruitute, ago ad solidũ interesse, ac si õmnes prohiberẽt vt habetur in l. ij. §. fi. l. co. §. cato. ĵ. de verbo.

2 obli. †No. q; licet vnus ex dominis pro indiuiso non possit acquirere seruitutẽ. vt s. ti. j. l. fi. cũ simi. põt tamen acquisitam defendere agendo confessoria: & hoc vult tex. ibi: [quamuis per

3 vnum &c.] †Itẽ no. casum in quo victoria vnius agentis prodest alteri nõ agenti. vide per Barto. in l. si quis separatim. ĵ. de app. & quod no. C. si in vna eadẽ q; causa. l. vnica. et per gl. iij. q.

4 vj. hæc quippè. †Itẽ no. casum in quo agitur insolidũ, & fit cõdemnatio pro parte ad interesse: & sic econuerso contingit interdũ pro parte ad rem, & condemnatio fit insolidũ ad interesse, vt in pluribus hæredibus eiusdẽ cõmodatarij, quorũ quilibet conuenitur pro parte actione primitiua, quæ datur ad rei restitutionẽ: & tamen obligatiõe secundaria, quæ datur ratione doli vel culpę quilibet tenetur insolidũ qa nõ nisi insolidũ cõmitti potest. vt s. commo. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum.

5 in fi. No. etiam glo. †q; licet victoria vnius prosit alteri, sententia tamen lata contra vnũ alteri nõ nocet: & sic non est eadem ratio contrariorum: ideo dicit gl. esse notandum.

1 §. Si quis. †Confessoria competit contra eũ qui refectionẽ impedit, sicut contra eũ qui seruitutẽ denegat. h.d. vel sic, interdictũ vti possidetis, datur contra illum qui contendit se possidere, & etiam contra illum qui non contendit. Impedit tamen, vel turbat possidentem: vt l. vim facit ĵ. de vi & vi armata. & l. si duo. §. ij. vel iij. ĵ. vti possi de.

2 ☞ *Excipere non potest quis de iure tertij, quando non est exclusiuum ipso iure intentionis: & quid, si est exclusiuum iuris agentis ipso iure?*

1 §. Competit. †Dominus fundi seruientis cõtra eũ cui nõ seruit habet negatoriã sicut si nulli seruiret. h.d. Nec ille poterit excipere de seruitute alteri debita. †Vnde allegať, q; nõ põt quis excipere de iure tertij: qđ est

2 a verũ, qñ non est exclusiuũ ipso iure intẽtionis: [a] et ita est hic licet eñ domus tua debeat seruitutẽ domui Titij duntaxat, nõ tamẽ extincta est penitus libertas sed offuscata respectu illius. Ideo pro ipsa defendẽda potes agere cõtra me negatoria, qui te impedio altius tollere cum tñ ille nõ impediat. quod quantũ ad me, pertinet, q; liberas ædes habeas. Vnde allegatur sem per iste §. in his verbis. secus, qñ ius tertij est exclusiuũ iuris agẽtis ipso iure, vt C. de rei vẽdi. l. fi. vt si agis rei vẽdicatiõe pro re tertij, quã possideo quia possum opponere, q; tu non es dñs, sed ille. & sic tibi nõ cõpetit rei vẽdicatio, de hoc articulo tractatur in l. cum seruus. C. de seru. fug. & per l. iij. ĵ. de exceptio. rei iudi. & de condi. indebi. l. indebi. §. sed si numi. vbi tractatur de tertio casu quando nõ est exclusiuum ipso iure nec ope exceptionis: sed incommodatiuum, quia ipsum incommodat, vel minuit: an de illo iure possit excipere: Et dicit ibi glos. esse meliorem, quæ sit in iure.

2 ☞ *Licet dominus fundi seruientis faciat contra debitum seruitutem, tamẽ si per hoc non impeditur usus seruitutis. sed impeditur per alium, non potest contra eum agi confessoria: nec prohiberi faciendo.*

3 *Licet fuerim impeditus uti seruitute sine culpa mea, sed factio tertij: tamẽ si nõ utor per legitimum tempus, cum perdo: & qualiter detur mihi restitutio in integrum?*

1 §. Si cui †Mediũ prędiũ, q; nõ seruit, nõ impedit cõfessoriam intentari, sicut impedit vtilitatẽ peruenire de vno ad aliũ. Sed cũ incipit impedire vtilitatẽ peruenire, similiter & impedit agi: & cũ posteà desierit, redit facultas agen

2 di. h.d. cũ l. seq. in prin. sequẽtis. †No. in prin. l. [& si fortè.] q; licet dñs prædij seruiẽtis, facit cõtra debitã seruitutem: si tñ per hoc nõ impeditur vsus seruitutis, sed si impeditur per aliũ: nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

→Et quid in corporalibus, an id possit, vide per Bald. in consil. 3 elx. in tertia parte.

b →Et ibidē per Alex. vide id pertractantē pulcherrimē & extra per doc. in c. pastoralis. de causa pos. & propri. Et paul. ipsum cō sil. cclvij. incipiēte in cā quæ vertit. & per dnos de Ro. in decis. vj. & Bart. in l. incerti. C. de interdi. & l. si de vi. de iudic.

c →Ad hanc cōnē aduerte, ꝙ opinantium varię sunt sententię, 3 quinimo vnus & idē sibi contradicit in varijs locis vt Bald. & Ilo. Bal. in prælu. feudo. & in l. cū Archymedorā. C. vt in possess. leg. & in c. j. de pro hi. feud. alien. p fed. Flor. in l. cū fructuar. parat. ff. de vsufr. proinde dicito, ꝙ si ad seruitia ex feudi natura teneat feudatarius re nūtiare posset: si verò 1 ex vi obligatiōis, nō itē. Et vide per specu. tit. de feu. §. quoniam versi. xxviij. et Card. in c. quæ in ecclesia tum. de constit.

pōt contra eum agi cōfessoria, nec prohiberi faciendo. †No. etiam in fi. ibi: [sed si intra.] à cōtrario sensu, ꝙ licet fuerim impeditus vti seruitute sine culpa mea, sed facto tertij, nihilominus si nō vtor per legitimū tempus eā perdo, vt colligit in verb. [sed si intra tps.] quasi dicat secus si post. Datur tn mihi in integrum restitutio ex clausula generali, si qua mihi iusta causa posita in l. fin. j. quibus ex cau. maio. vt §. de serui. rusticorū prædl. Et Attilicinus.

2 ☞ Petitorium & possessorium retinendæ potest in iuribus incorporalibus cumulari in eodem libello: secus in corporalibus.

In seruitutibus altius non tollendi, quæ est negatoria, dicitur quis esse in quasi possessione, eoipso, quod aduersarius altius non tollit.

Quid, si quis vult eam præscribere?

Quid in seruitutibus affirmatiuis?

4 Sicut ad acquirendum quasi possessionem seruitutis, requiritur ꝙ actus fiat sciente & patiente aduersario: ita & ad acquirendam quasi possessionem libertatis, quando est necesse eam præscribere vt in seruitutibus vrbanorum prædiorum. l. hoc autem §. de serui. vrba. præd. & ibi allegaui hunc text. per quē illa lex limitatur, & declaratur.

LEX VI.

Si forte.

§. Sciendum. †Confessoria datur etiā ei qui est in quasi pos. seruitutis & in quasi pos. dicitur esse quis, qñ nihil est factū contra debitā seruitutē, vel factū eo ignorāte, vel contradicēte: secus si eo sciente. h. d. Ex primo dicto patet, †ꝙ in iuribus [a] incorporalibus pōt petitorium & possessoriū retinēdæ cumulari in eodē libello, quia nō dicitur actor sibi contrarius, cū vtrunq; iudiciū cōpetat possessori: & ad hoc allegat̄ iste tex. per Bart. in l. naturaliter. §. nihil cōmune. in distinctiōe magna. j. de acqui. pos. [b] et in l. si prius. j. de o pe. no. nū. in quarta oppositiōe. secus, cū agit̄ pro rebus corporalibus. quia possidenti omni genere possessiōis, nō dat̄ rei vēdicatio: vt l. j. §. interdū. j. vti possi. & sic esset sibi contrarius. vt 3 l. si de vi. §. de iudi. cū ibi no. †Ex secūdo not. ꝙ in seruitute altius nō tollēdi, quæ est negatoria, dicitur quis esse in possess. eoipso, ꝙ aduersarius altius nō tollit. Hoc verum, si fuit expressè cōstituta per aduersariū. Sed si vult qs eā præscribere, nō dicit esse in possessione per hoc nisi semel illū eleuare volētē prohibuerit, & ille destiterit: vt no. in l. q luminibus. §. de serui. vrb. præd. in gl. circa fi. In seruitutibus aūt affirmatiuis dicit̄ esse in quasi possess. eoipso, ꝙ aliquē actū facit iure seruitutis, scīēte & patiēte aduersario. vt l. j. C. de serui. & aqua præterq; in seruitute iti. viæ, vel actus: in cuius quasi possessione quis non constituit̄, nisi iuerit p triginta dies eo anno. l. j. §. j. j. de itine. actu q priua. & ꝙ not. in c. cū ecclesia extra de causa possess. †Vltimò 4 no. in fi. ꝙ sicut ad acquirendā quasi possessionē seruitutis requirit̄, ꝙ actus fiat scīēte, & patiēte aduersario, ita & ad acquirendam quasi possessionem libertatis, quando est necesse eam præscribere vt in seruitutibus vrbanorum prædiorum. l. hoc autem §. de serui. vrba. præd. & ibi allegaui hunc text. per quē illa lex limitatur, & declaratur.

a ☞ Si actum est ꝙ ille qui debet seruitutem, teneatur aliquid facere, hoc non est contrarium naturæ seruitutis, uel si tanto tempore consueuit hoc facere: ꝙ eius initij memoria non existit.

Quando debens seruitutem teneatur reficere?

3 Feudatarius uel emphyteuta an possint inuito domino renunciare feudo, uel emphyteusi, & liberare se à seruitijs, ad quæ tenentur?

§. Etiam. †Vsq; ad l. sicuti. §. Aristo. tractat de duplici seruitute. scilicet oneris ferendi vsq; ad §. j. eiusdem. l. seq. & tigni immittēdi vsq; ad §. Aristo. quæ vltima habet similitudinē cum prima, nō tn per omnia: &. h. d. in seruitute oneris ferendi, ad quā teneē ille, qui eā debet & reficere paritē debentē seruitutē suis impēsis, nisi velit eis cedere, & pro derelicto ipsum habere licet regulariter ille qui debet seruitu- 2 tē, nō teneē aliquid facere. h. d. vsq; ad §. hæc aūt actio. † Et no. circa primā partē, ꝙ si actū erat expressè vt ille qui debet seruitutē teneat̄ aliquid facere, hoc nō esset cōtrariū naturæ seruitutis, & vt tenereē ad illud indistinctè, & in quacunq; seruitute. Idem si nō appareat ꝙ fuerit actum: sed tāto tēpore consueuit hoc facere, ꝙ eius cōtrarij memoria nō existit: & hæc habētur secundū diuersas leges in l. ij. §. apud labeonē. j. de aqua plu. arcend. & secūdū hoc sententia Galli aqui. reprobatur per omnia quæ dixit nō posse hoc agi. Extra hos casus distinguitur inter seruitutē oneris ferendi de cuius natura venit vt reficiat vt hic & alias seruitutes, de quarū natura hæc non est, vt l. quoties. la prima. §. de serui. §. fi. † Vltimò no. in fi. ar. ad quæstionē illam, 3 vtrum feudatarius vel emphyteuta possint inuito domino renuntiare feudo vel emphyteusi, & liberare se à seruitijs ad quę c tenentur [c] facit §. de vsufructu. l. cum fructuarius. & de hac q. per Bar. in l. is cum quo j. de aqua plu. ar. dic vt ibi.

§. Hæc autem. †Confessoria quæ datur pro seruitute oneris ferendi, est eiusdem naturæ & cōditiōis, cuius est illa quæ datur pro alijs seruitutibus. h. d. in effectu vsq; ad l. harum. & exemplificat in pluribus.

2 ☞ Sententia ab obseruatione iudicij est interlocutoria, & an ab ea possit appellari?

3 In iudicis officio, an iuretur in litem.

LEX VII.

Arum acti.

†In hac actione per officium iudicis fit restitutio rei, & præstat̄ cautio, & cōtra nō restituentē iuratur in litē. h. d. Bart. qui ergo intentat cōfessoriam, petit seruitutē suo fundo deberi, & aduersarium cōdēnari ad nō impediendū vti, & ad hoc cauendum, ꝙ nō est in alijs, quia hæc patientia nō pōt perfectè præstari vna momento: ideo recurritur ad cautionē quæ succedit loco perfectę præstationis sicut cautio mutiana & ad hoc allegatur ista lex. & adde quod no. in l. corruptionē. C. de vsufruc.

2 †Hic etiā sunt duæ gl. quæ semper allegātur. Vna super verb. [absoluit.] ꝙ in sententia ab obseruatiōe iudicij est interlocutoria, nō diffinitiua. quia nō diffinit negotium principale, sed finit processum: & sic videtur, ꝙ de iure ciuili nō posit ab ea appellari. Sed contrariū est: quia posteà nō speratur fieri diffinitiua ex eodē processu. & de hoc vide Bar. in l. Titia. j. de accus.

3 †Alia gl. seq. in fi. quæ vult ꝙ in officio iudicis nō iureē in litē, et ꝙ nō habeat similitudinē cū actione reali, nec cū actionibus bonæfidei, nec arbitrarijs, in quibus iuratur in litem. Bart. hic tn tenet cōtrariū: nā etiā restitutio rei venit officio iudicis solummodo, & declaratio seruitutis venit iure actionis: & tamē iuratur in litē, si res nō præstetur secundū gl. prætereà iste tex. in fi. refertur ad ambos casus, supra tactos, siue nō præsteē res, siue nō præstetur cautio. Itē ꝙ habeat similitudinē cū bonæfidei, patet ex l. si quis argētarijs. §. j. §. de edendo. vbi officiū iudicis datur insolidū contra vnum ex pluribus hæredibus, qui habet facultatem rei tradendæ sicut actio bonæ fidei. vt l. iij. §. si hæres. j. commodati quod tamen non est in actionibus bonæfidei. vt l. si pluribus. j. de vi & vi armata. & plenè per Bart. l. eadem. §. Cato. de verborum obligationibus.

2 ☞ Consultius est sustinere malum, quàm pati malum, & peius.

LEX VIII.

Icuti autem refectio.

†Quando paries debens seruitutē reficitur, fultura ne domus dominans corruat ad dominum eius pertinet. h. d. Bar. No. in verbo. [nam si nō vult.] nota erroneam locutionem, quasi dicat, si non vult reficere patiatur ꝙ ruat, & posteà de nouo reficiatur. quod erit sibi deteri- 2 us. †No. ergo vulgare prouerbium, ꝙ consultius est sustinere malum quàm pati malum & peius.

§. Competit mihi.

†Confessoria cōpetit pro seruitute tigni immittendi in parietem in qua debens seruitutem non cogitur parietem reficere, & in hoc differt à seruitute oneris ferendi. h. d. Bart. rationem diuersitatis tetigi in l. quoties. supra, de seruitutibus.

2 ☞ Forma libelli in actione confessoria.

3 Sicut in actione reali quæ competit pro re corporali, debet concludi ad declarādum, & etiam pronuntiari declarando, ita & in illa quæ competit pro iure incorporali, & condemnatio ad impediendum expeditur iudicis officio mercenario.

4 In actione personali fertur sententia condemnatoria & in illa fit cōdemnatio iure actionis, non officio iudicis mero & potest etiam ferri declaratoria quæ habebit uim condemnatoriæ.

5 Sicut lit. contest. non interrumpit usucapionem triennij, ita non interrumpit præscriptionem

ptionem libertatis contra seruitutē, licet sit longi temporis: secus in alia præscrip.

6 Si lite pendente tecum ius meum pro quo ago extinguitur tempore uel præscriptione, quia hoc contingit facto tuo, debet mihi reintegrari.

Agenti quando non currat tempus, propter resistentiam aduersarij.

7 Casus in quo aliter pronuntiatur, quàm fuerit petitum.

8 Quasi possessio quando non releuet ab onere probandi proprietatem.

Quid in ecclesia quæ recepit solutionem ab aliquo, tanquàm emphyteuta.

9 Quid in iudicio possessorio?

10 Si lata fuit sententia declaratoria, quòd seruitus debeatur, & tamen non erat uerum, an ex hac sententia acquiratur de nouo?

§. Sed si quæratur.

†Qui est in qua possess. seruitutis sustinet partes rei: qui verò non est, sustinet partes actoris. Item in confessoria fertur sententia declaratoria seruitutis, non autē constitutoria de nouo nisi post litem conte. propter non vsum fuerit peremptа: quia tunc reus cōdemnatur ad cōstituendū de nouo, quia eius culpa calumniosè resistentis hoc cōtingit. hoc dicit no. et semper allegatur iste. §. cum sua glos. In text. ibi: [si quis possessoris.] supple, & per cōsequens rei, vt cōueniat ei qui sequitur. Sed oppo. nā etiā possessor sustinet partes actoris. vtš. eod. l. si ferte. §. sciendum. Sol. verum est, cum sibi expedit, quia turbatur per aduersarium in vsu seruitutis: vt š. eodē l. loci corpus. §. si quis mihi. aliàs cōsultius est, ꝙ non agat, sed expectet, vt contra cum agatur negatoria, quoniā rei solent esse melioris conditionis, quā actores: vt patet ex principio primæ glo. magnę. 2 & hoc voluit iste textus. †In tex. ibi: [si quidē tigna immissa sint.] loquitur de seruitute tigni immittendi. de qua re suprà dixi. §. proximo. sed in alijs seruitutibus hoc non cadit. Sed quis dicatur esse in quasi possessione: dic vt dixi in dicto. §. secundùm. Sed oppon. ꝙ etiā si tigna nō sint immissa, dicatur quis esse in quasi possessiōe huius seruitutis. vt l. hæc autē. in fi. de serui. vrba. prædio. Sol. ibi, saltem erāt ibi foramina in quibus semel fuerant immissa & posteà remota. Vnde quousque obturētur, adhuc dicitur quis esse in quasi possess. l. foramē. eo. tit. secus si sint obturata vel si nunquā facta fuerint vt in versi. si verò nō sunt. In tex. ibi: [eum qui negat.] supple est in quasi po. s. libertatis. †In tex. ibi: [siue rectè pronuntiatū est siue perperā.] idest dicere quod si iudex deliberat dare sententiam pro eo qui sibi vendicat seruitutē, siue bene deliberet siue male, non debet cōdemnare aduersarium ad cedendam siue constituendam seruitutē, sed declarare seruitutem debere, supple, ab vno prædio alteri prædio. vt š. de nego. gest. l. qui aliena. in 4 fin. † Ex hoc sequitur, ꝙ eodem modo debat peti & concludi in libello: aliàs sententia non esset cōformis quod esse non debet vt l. vt fundus. j. communi diuidun. vnde allegatur, quòd sicut in actione reali, quæ cōpetit pro re corporali debet concludi ad declarandam, & etiam pronuntiari declaranda: ita & in illa quæ competit pro iure incorporali, vt condemnatio ad non impediendū expediatur iudicis officio mercenario: vt š. l. proxima. iuncta. l. ex diuer. §. j. š. de rei vendicatione. † Sed in 5 personali fertur sententia condemnatoria: & in illa cōdemnatio fit iure actionis, nō officio iudicis mercenario. Potest etiā in personali ferri declaratoria, & habebit vim cōdemnatoriæ: vt si declaret te debitorem meum. vt supra de arbitris. l. qui tamen. §. si arbiter vbi textus notabilis. † In text. ibi: [plane si 6 non vtendo amisit.] nota singulariter in hoc versi. ꝙ sicut litis contestatio nō interrumpit vsucapionē triennij: quia est merè fauorabilis supra de rei vendicatio. l. si post. ita non interrumpit præscriptionem libertatis contra seruitutem: licet sit longi temporis: vt l. sicut. C. de seruitutibus & aqua. quia similiter est fauorabilis: pro recuperanda libertate: & hoc fortè non reperitur alibi. Secus in alia præscriptione longi tēporis, quæ impeditur per litis contestationem. vt C. de rei vendicatione. l. 7 motæ litis. † Secundò nota ꝙ si lite pendente tecū ius meum pro quo ago, extinguitur tempore vel præscriptione: quia hoc contingit facto tuo, debet mihi reintegrari, vt etiam est casus in dicta l. si post. & aliquando vbi non agitur de tanto fauore præscribētis, ipso iure non currit tēpus propter resistentiā aduersarij. vt supra de minoribus. l. intra vtile. & infra de executio. l. si cum ipse. C. de adulterijs. l. fin. in fine. & ibi per Cyn. & quod nota glos. in clementina penultima de appellationibus. 8 quæ incipit, licet ergo. † Tertiò not. casum in quo aliter pronuntiatur, quàm fuerit petitū: quia petitur declarari seruitutem deberi, & tamē quia perdita est lite pendente, iudex non sic pronuntiat: sed condemnat aduersarium ad eam constituendam de nouo: quia finita hac lite possem agere de nouo, pe tendo eam mihi restitui: quia sine culpa mea perdidi eam. vt l. 9 Attilicinus. š. de seruitut. rustico. prædio. †In gloss. prima ibi, sustinet verò partes actoris. Not. istam glo. quæ semper allegatur ad hoc, ꝙ quasi possessio in iuribus incorporalibus non releuat possessorem ab onere probandi proprietatem: licet secus in rebus corporalibus, quando possessor est reus. l. fi. C. de rei vendica. hoc est verum, quando contra possessorē est iuris præsumptio, quia illud ius cadit in seruitutem vel quasi seruitutem, cum de iure quælibet præsumatur libera. Nam & alibi talis possessio contra quam est iuris præsumptio non prodest, vt spoliatus sit ante omnia restituēdus, nisi probet de iure proprietatis: vt in capitul. decimas. extra de restitut. spoliatorum. sed si contra talem possessorem non esset iuris præsumptio, secus dicerem, cum sit eadem ratio, quæ est in rebus corporalibus: vt si quis diceret se habere iurisdictionē in territorio, & esset in quasi possessione ipsius: nam non est contra naturam territorij, ꝙ alius in eo iurisdictionē habeat, sed bene est contra naturam rei, ꝙ alius seruitutem habeat cum de sui natura quælibet res sit libera. Et per prædicta patet, ꝙ si aliquis soluit per plures annos aliquid ecclesię pro aliqua re tanquàm emphyteutica, vel liuellaria, & sic ecclesia est in quasi possessione percipiendi: si tamen soluens dicit illam rem non esse emphyteuticam vel liuellariam, cogitur ecclesia probare cōtrarium, nec sibi prodest illa solutio & quasi possessio: quia hoc ius est quodammodo quædam seruitus, vt l. si tibi j. de legat. j. in fin. hoc tamen est verum nisi soluisset per longū tempus decem annorum, quia tunc releuaretur ecclesia ab onere probandi, & incumberet aduersario contrarium probare per l. si coloni. C. de agri. & censitis & nota. Cynus in l. competit. in fine. C. de præscriptione triginta annorum. Speculator in titul. de locato §. nunc verò aliqua versiculo. lxiij. prædicta locum habent in iudicio proprietatis: sed in possessorio iudicio, quasi semper possessio releuat ab onere probandi, vt debeat in ea conseruari, quousq; contra eum fuerit pronuntiatum in iudicio petitorio. vt infra, de aqua quotidi. & æsti. l. fin. & c. querelam. de electio. lib. vj. & no. in dict. versi. lxiij. & per Cyn. in l. ij. C. de seruitu. & aqua. in quæstione. iij. & vide circa hanc glos. quod not. Bar. plenè in l. j. infrà de itine. actuque priuato. vbi glos. ponit alias commoditates istius quasi possess. In gloss. ibi: [sed contra est argumentum.] scilicet, quòd ista quasi possessio seruitutis releuet possessorē ab onere probandi in proprietate: sed respondeo ad hoc contrariū, vt plene not. per Bar. in l. si prius. infra de oper. noui nuntia. In ea glo. in fi. ibi: [quanquā si non esset in quasi possessione seruitutis.] ista glo. non videtur bene loqui quia quasi possessio seruitutis non est illa quę releuat possessorem ab onere probandi dominiū rei quæ dicit seruitutē deberi: sed possessio ipsius rei bene releuat, quia nō deducitur dominiū principaliter, sed incidenter in iudicium: secus si principaliter, vt dixi š. eod. l. ij. & hoc not. C. quæ sit longa consuetudo. l. ij. qualiter probetur cōsuetudo. & Bart. in l. pen. de condi. institu. & vide hic quod not. c. abbate sane. extra de verb. signifi. in glo. magna. Et per prædicta patet, quòd in causa damni dati, cum agens debeat probare dominium rei, in qua dicit damnum datum. l. item mella. §. legis. š. ad l. aquil. quòd sufficit probare possessionē de præsenti, cum deducatur incidenter in iudicium sed dominiū deducitur principaliter. & hoc tenet Bartol. hic Specu. licet ipse non alleget in titul. de proba. §. videndum. ver. sed pone sta- 10 tutum. in fi. licet per aliam rationem. †Vltimò quæritur circa tex. si lata fuit sententia declaratoria, quòd seruitus debeatur, & tamen non erat verum vtrum ex sententia acquiratur de nouo? videtur quòd nō, per hunc text. dum dicit, quia per sententiam non debet seruitus cōstitui. Sed dic, verum est, quantum ad verba, vel quantum ad intentionem iudicis: hoc enim iudex non agit: sed quantum ad legis potestatem, secus si secuta est traditio, vel aliud quod pro traditiōe habetur propter authoritatem sententiæ: sicut cum agitur rei vendicatione pro re corporali, iuxta notata in l. Pomp. §. si visus. j. de acquirēd. poss. & inst. de offi. iu. §. fi. nec est nouū, vt ea quę fiunt ad con-

Universidad de Sevilla Biblioteca

a ✠In hanc l. vide bal. in l. ij. C. de seruit. et in l. ij. de itin. act. pri. & in l. fi. C. ne de sta. defun.

seruandum, q̃ ius inducant de nouo. vt §. ti. j. l. si in venditione. cũ his quæ ibi dixi.

2 ☞ *Non licet immittere falcem in messem alienam.*

3 *Immitti dicitur non solum de superiore in inferiorẽ partem, sed etiam econuerso.*

4 *Potestas unius territorij non potest quem facere capi in alieno territorio.*

5 *Dominus partis inferioris, an possit immittere fumum in partem superiorem, & dominus superioris proijcere aquam in inferiorem, & qualiter agatur ℣ & uide in §. proximo.*

1 §. Aristo. †Nõ licet immittere in alienum etiã pro seruitute, vel libertate conseruãda, & ad hoc nõ solùm cõpetunt istæ actiones reales confessoriæ: sed etiam interdicta possessoria, vt vti possidetis. h. d. & sic in eis est reperire petitorium & possessoriũ sicut in rebus corporalibus, vt §. 2 de serui. l. pen. †Et allegatur iste §. ad illud vulgare, q̃ nõ licet immittere falcem in messem alienã: & loquitur iste §. principaliter de negatoria quæ cõpetit pro libertate conseruãda, & intentatur per verba negatiua, quia dicit agens nõ competere aduersario ius talia faciendi, nisi ostendat se posse de iure facere. Not. regulam quæ ponitur in ver. [in suo.] Item not. in 3 ver. [fumi.] q̃ immitti dicitur nõ solùm de superiore in inferiorem partẽ, sed etiam econuersò. Item alleg. Ang. hunc §. 4 ad vnam q. quam his diebus habui, †q̃ potestas vnius territorij non potest facere quem capi in alieno territorio: & ad hoc consueuit allegari. l. quid si fugitiuus. §. idem Celsus. cum sua gl. j. de ædil. edict. hoc tangit Bal. licet Ange. non alleget in l. ij. C. de ser. fug. & Bar. in l. si cui. §. cùm sacrilegium. j. de accu. & fuit pulchra quæstio disputata per Oldr. in ciuitate Paduæ de bannito reperto per familiam potestatis Paduæ in territorio Paduano, qui aufugiens intrauit territorium Vicentinũ, vel Veronense, & familia insequuta fuit, & ibi eum cepit, & duxit ad Potestatem Paduæ, quærebatur, an deberet relaxari, attento loco in quo fuit captus, an non attento loco in quo fuit repertus, quasi præcedens trahatur ad istũ inspecto initio an verò econtra: quam dispu. ponit Io. And. in addit. Spec. in tit. de accus. in magna addit. in tertia parte Spe. commendans de elegantia disputantis, referens quæstionem Oldr. & adde 5 quod no. Bar. in l. quod ait. j. de adult. †In gl. quæ incip. iure scilicet seruitutis in fi. intelligit ergo gl. hunc tex. quando inferior iniuriosè immittebat fumum in partem superiorẽ, aliàs non possit prohiberi, quia fumus per seipsum ascendit naturaliter: sed in superiore proijciente aquam inferiorẽ non distinguit, an iniuriosè vel non: quia aqua non descenderet in inferiorẽ naturaliter, nisi proijceretur. Ista distinctio reprobatur, quia iste tex. æquiparat hos casus: & quia sicut facto superioris proijcientis aquam descendit aqua in inferiorem: ita naturaliter ex facto inferioris facientis ignem, ascendit fumus naturaliter in superiorem. Est ergo distinguendum secundùm Bart. an quis faciat fumum solitum & temperatum, quatenus expedit pro vsu, & habitatione domus, & tenetur dominus superior æquo animo sustinere fumum ascendentem. Aut insolitũ, vt hic erat, in taberna hostiaria, vel alia simili, in qua efficitur magnus ignis, & grauis fumus ad alium finẽ, quàm ad vsum habitationis: & potest prohiberi per superiorem, & sic econuersò. Ista distinctio videtur satis æqua, licet in cõtrariũ faciat tex. in ver. dicit igitur Aristo, vbi conductor inferioris partis prohibitus à superiore, agit contra locatorem ad interesse: sed si faceret insolitum & iniuriosum nõ videtur q̃ posset agere. Sed dic q̃ si cõduxit ad hunc finem, vt ibi teneret tascariam tabernam, & posset talem fumum grauem facere, & locator qui ita locauit, debet hoc præstare: secus si locasset advsum habitationis tãtùm, & ipse vellet ibi erigere tabernã tascariã: quia tũc locator nõ teneretur. Illud quod dicit in fi. de interdicto vti pos. gl. videtur intelligere de vtili: quia directũ cõpetit pro possessione rei corporalis. Doct. dicunt q̃ nec directũ nec vtile competit pro quasi pos. seruitutis habentis causam discõtinuam, vt erat hic, quoniam ad vsum huius requirebatur factum. sed si habet cõtinuam vel quasi, bene datur vtile: & istũ casum intelligunt, q̃ intentabatur interdictum directum pro vera possessione rei corporalis in qua turbatur, si impediatur vti debita seruitute: & ideo debet esse cautus actor in modo agendi: quia nõ debet dicere se turbari in quasi possessione iuris, sed in possessione rei propter impedimentum illatum in vsu seruitutis, & petere aduersarium compelli ad restituendum. ad quod vide quod no. Bar. in l. j. in prin. j. vti possidetis.

1 §. Apud Pompo. †Non valet pactũ, q̃ alicui liceat facere in suo, quod de iure cõmuni facere poterat: secus si non poterat de iure communi. h. d. Bar. & videtur hic tex. de eo quod dicit fumum nõ grauẽ, pro eo quod dicit Bar. §. prox. §. q̃ licet illi facere fumum. licet illud noceat superiori, quod verum est, si inferior pars erat ad hoc destinata: aliàs secus. Et ita limito quod dixi §. §. proxim. si inferior erat destinata pro apotheca, in qua nõ erat necessarius ignis & tamen dominus vult ibi habitare, & ignem moderatum facere: videtur q̃ possit prohiberi: quãuis, secũdùm solitum fumum facit licet moderatum.

2 ☞ *Per usum parietis, totis seruitus retinetur.*

LEX IX.

1 Si eo loco. †Natura confessoriæ est, vt per eam destruatur quicquid est factum cõtra debitam seruitutem, & fiendum impediat: sed si ædificium ius seruitutis extinxit, de dolo agitur. h. d. Barto. †In 2 tex. ibi: [quia amisit vsumfructum.] q̃ non statim licet lapso tempore, §. de vsufru. l. si in area. & j. quemad. serui. amit. l. si locus. In tex. ibi: [ius tibi non esse ædificare.] hoc quando non erat necessariũ ad vsum seruitutis: aliter posset facere ille cui seruitus debetur sine præiudicio domini prædij seruientis. vt §. de serui. rust. præd. l. quintus. & de serui. vrb. præd, in l. seruitutes. §. si domo.

1 §. Qui latiore via. †Adde hic gl. j. tit. j. l. nõ satis. §. j. superver. liberabit. & text. j. quib. mod. vsusfr. amit. l. is qui vsumfructum. & Inno. extra de cap. mon. c. cum dilectis. super verb. [possessorio.] & quod not. Cy. C. de præscrip. xxx. anno. l. cum notissimi. §. in his. & Spec. in tit. de loca. §. nunc verò aliqua. ver. xlij. & de præscri. verb. quid si cum deberem.

2 ☞ *Licet nõ dominus non possit concedere seruitutem: potest concedere causam præscribendi, & non requiritur allegatio tituli.*

3 *Quòd reperiatur directa seruitus, & utilis.*

In rebus corporalibus, reperitur directum dominium & utile.

4 *Si habebas ius colligendi pædagia in aliquo territorio, an illud perdas per non vsum ita etiam ut acquiratur alteri, & quanto tempore.*

LEX X.

1 a Si quis diuturno. †Seruit°ª prædialis præscribitur longo tempore etiam sine titulo, per illum qui fuit vsus bona fide, & iure seruí. non vi, aut clam, vel precariò: per quam præscriptionem acquiritur vtilis confessoria, quæ potest intentari: non solùm contra illum contra quem præscriptio currit: sed etiam contra quemlibet impedientem vsum seruitutis. hoc d. Contra primum dictum opponitur quòd non sufficit longũ tempus, vt l. seruitutes. §. de seruí. quidam fatentur contrarium: tu dic secundùm glo. & omnes, quòd ibi in seruitutibus habentibus causam discontinuam: sed hęc lex intelligi debet in habentibus causam continuam, vel quasi. l. foramen. §. de seruit. vrban. prædio. Item oppono, quòd requiratur titulus in præscriptione longi temporis: vt C. de rei vendi. l. nullo. Solu. ibi in præscriptione dominij, quæ est maioris præiudicij: hic in præscriptione vsusfructus, qui est pars dominij, & nõ præscribitur longo tempore sine titulo: vt l. si ego. §. j. de pu. sed seruitus prædialis non est dominium, nec pars eius. l. loci corpus. in princ. §. eod. licet incommodet dominium. Tertiò oppo. q̃ sine titulo requiratur longissimum tẽpus, vt l. sicut. C. de præscript. xxx. ann. quæ loquitur etiam in præscriptione iurium incorporalium. Solu. istud verum, quando præscribens non esset bonæfidei, hic quãdo erat bonæfidei. Hodie sine bona fide non curreret. Sed quartò oppo. quia si non habet titulum non videtur habere bonam fidem quia videtur vsus clam: & sic non sufficit vt hic, dum dicit, aut clam. & C. de acqui. pos. l. improba possessio, solu. potest subesse aliqua causa ꝑpter quã credebat seruitutem sibi deberi, licet illa non caderet in titul. quod plenè no. per gl. & doct. in l. j. §. j. j. de itiner. actuq̃ priuato. & C. de seruit. & aqua. per Cynum in l. prima, in quarta quæstio

quęstio. & in l. ij. in iij. quęstione. Quintò oppono. quia cum præscribens habeat ius commune contra eum, quia omnis res præsumitur libera: vt §. eod. l. sicuti §. si quæratur. & videtur q̃ requiratur titulus: vt in c. j. de præscri. lib. vj. Soluti. illud. c. restringo ad præscriptiones currẽtes in rebus ecclesiasticis, quæ 2 sunt alterius naturę quàm currentes contra laicos. †Vltimo oppono. quia quod dicitur de tit. non videtur habere titulum. Si enim titulus adesset, statim esset acquisita seruitus nec esset necessaria præscriptio. vt l. sequitur. §. Iana. j. de vsuc. Solu. verum est, si haberetur à domino prædij seruiẽtis: sed ea quæ dicta sunt, procedunt de habito ab extraneo, non à domino: qui licet non possit concedere seruitutem, potest tamen concedere causam præscribendi: sed an requiratur allegatio titul. dic quòd non. vt not. Dyn. in c. ij. de regul. iur. in sexto. & Innocen. in c.ª si diligenti. j. de præscriptioni. Cætera dic, vt dixi in 3 dict. seruitutes. Et per Cyn. in d. l. j. & ij. Item ex eo quod hic † dicitur competere vtilem confessoriam, patet quòd acquireretur vtilis seruitus. vt l. prima. §. finali. j. de aqua pluuiali arcenda. sicut igitur reperitur directa seruitus & vtilis ita in rebus corporalibus debet reperiri directum dominium, & vtile. Quod est contra Vltramontanos, qui dicunt non reperiri nisi vnicum dominium, scilicet directũ: & ita inducebat Bart. hanc. l. & d. l. j. §. fina. contra quendam vltramontanum Perusinj repetentem, vt audiui à Bald. & per ipsum Bart. in l. si quis 4 vi. §. differentia. j. de acquiren. possessio. †Collige etiam ex fine, quòd si habebas ius colligendi pædagia in aliquo territorio contra quemlibet transeuntem, concessum fortè à principe: & ego hoc ius tuum præscripsi te non vtente, sciente & patiente: quòd habeo ius colligendi cõtra quoslibet transeuntes, etiã si tempore quo præscripsi sint aliqui nunquàm transiuerint, quoniam præscripsi ius tuum, & illud est in me translatum: & sic contra quolibet, contra quos tibi competebat, licet contra eos non fuerim vsus. Sed si nulli cõpetebat ius colligendi pædagia in illo territorio, ego autẽ per longissimum tempus fui vsus & non præscribo nisi contra illos contra quos fui vsus: quia tunc cessat ratio prædicta, & præscriptiones non attendentur. l. prima §. Iulianus. j. de itine. actuque priuato. & adde quod notat Innocen. extra de capel. monacho. c. cùm dilectis. & etiam adde hic, quod notatur. C. de vsufruc. super rubrica.

LEX XI.

1 An vnus ex. † Vnus ex socijs potest alterum ædificantem prohibere, ne in re communi aliquid faciat eo inuito, non iure seruitutis, sed iure communionis, non autem potest agere vt sibi liceat aliquid facere, cum potior sit conditio prohibentis. Hoc dicit in effectu glos. in l. re communi. suprà de seruitu. vrbanorum prædiorum. tenet, quòd hic intentetur negatoria, ne fiat: sed confessoria, vt facere possit, non habet locum in re communi. Dic vt ibi.

LEX XII.

1 Egi ius illi. † In negatoria cogitur quis cauere, q̃ in futurũ non vtetur seruitute. hoc dicit. & sic sicut in confessoria cauetur ne impediat vti. vt §. eod. l. harum. ita in negatoria ne vtatur. Dicit tamen Specul. in tit. de causa possessi. & proprie. in §. retinẽdæ. q̃ ista cautio præstatur in petitorio iudicio non in possesso. sed certè etiã in possorio præstatur, ne aliquid fiat lite pendente. j. de aqua quotidi. & æsti. l. penulti. seu fin. & dic vt ibi no. per Bar. In textu, immissa habere, supple, et obtinuit, quia fuit declaratũ me non debere tibi hanc seruitutem.

2 ☞ *Si habes in domo tua aquariolum, ex quo descendit aqua in cloacam, & hoc noceat vicino, potest agere negatoria.*

LEX XIII.

1 Fistulas. †Non potest quis retinere fistulas aquarias per quas noceat vicino seruitutem non debenti. hoc dicit. Nota ergo, quòd 2 si †habes in domo tua aquariolum, per quem mittis aquam in cloacam, vel in grondariam, & hoc noceat vicino, potest agere negatoria. Et hoc habui de facto: vnde oportuit obturare aquariolum. LEX XIIII.

1 a Et ibi vide abũdè, & doctè per Felyn. & in capit. de quarta. eod. tit. de præscrip.

Si cum. †Qui vtitur seruitute vltra quam sibi fuerit cõcessum, potest per negatoriam prohiberi. Et idem in eo qui aliquid facit in re communi quod noceat in proprio alterius socij. hoc dicit tota lex. In tex. ibi: [passus fim.] & concessit tibi iure seruitutis. In tex. ibi: [quæ anteà habueras.] fortè precario, & remoueras. In text. ibi [si velis noua.] augendo numerũ. vt dicit glo. quia ibi erant tria, vis immittere quatuor, vel quinq̃. Sed si nõ auges numerum, sed vis loco veterũ alia substituere: videtur quòd possis, quia reputantur eadem. arg. in l. Titia. §. filia. j. de condi. & demon. & j. de dona. inter vi. l. si donante. §. sponsus. In text. ibi, agere tecum potero scilicet negatoria: quia paria sunt, non deberi tibi seruitutem, vel non debere vti vltra quàm debeatur.

2 ☞ *Non debet quis facere illud, quod ex officio debet alium facientem prohibere.*

LEX XV.

1 Altius. †Si administrator minoris facit cõtra debitam seruitutem, tenetur tutelæ, & etiam ei cõfessoria competit. hoc dicit. In text. ibi: [actione.] scilicet personali tutelæ vel negotiorum gestorũ ad interesse: & istæ non dantur, nisi contra ipsum tutorem, vel curatorẽ, & hæredes vniuersales: sed datur etiam confessoria quæ est realis, vt in fi. contra quemlibet possidentem, licet non sit successor vniuersalis, vt quod factũ est tollatur, in fin. †In tex. ibi: [quia quod aliũ.] no. bonũ tex. q̃ non 2 debet quis facere illud, quod ex officio debet aliũ facientem prohibere. & de hoc vide per gl. in c. j. extra de natis ex li. ven. extra de elect. c. dudum. el. ij. & j. de admi. tu. l. cum hæreditas, quod facit cõtra episcopos, secundũ Ang. qui debẽt ex eorum officio prouidere, vt vltimæ voluntates mittantur executioni per executores testatoris: & q̃ nulla fraus cõmittatur, nec sibi imbursent distribuẽda inter pauperes. vt l. nulli. & l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cler. & tamen cum posteà ad eos deuoluitur executio propter negligẽtiam, vel defectum executorum, faciunt contrarium sed de animabus eorum.

LEX XVI.

1 Si à te. †Si præcedat tit. à domino, statim quis incipit seruitute vti illo sciente, & patiẽte, acquisita est sibi seruitus. hoc dicit. Sed si titul. non præcesserat, non esset statim acquisita, sed constitueretur in quasi possessione & acquireretur lapso tempore legitimo ad præscribendum, vt §. eod. l. si quis diuturno. Sicut ergo, si vendis mihi rem corporalem, & posteà te sciente & patiente ingredior poss. acquiro statim dominium licet non interuenerit tua traditio, quia, pro traditione hoc habetur. vt l. quędam. j. de rei vend. C. de acquir. possess. l. ij. secus si te ignorante, quia dicerer prædo, vt j. de acquirẽda possess. l. ex stipulatione. Ita & si vendis mihi ius corporale, vt seruitutem, & posteà nulla traditione per te facta incipio vti te sciente, & patiente vt est casus hic & addit quod notatur, & quod dixi supra titul. j. l. secunda in gloss. super secunda lectura. & supra de seruí. l. iij. in gloss. quę incipit Ioan. ponit exemplum post principium: posset etiam fieri traditio, si duceres me in fundum in quo seruitutem constituebas. vt §. de vsufruct. l. iij. §. dare autem.

2 ☞ *Vicinus meus si propter hoc quòd ædificium meum inclinatur supra suum, timet quòd ruat: potest petere cautionem de damno infecto.*

LEX XVII.

1 Si quando. † Si ædificiũ vicini mei supra meum inclinatur, per negatoriã actionẽ cogendus erit tollere. h. d. Bar. sed contra, quia videt sufficere q̃ caucat de damno infecto, & antequã ruat, non possit agi, vt in toto tit. de damno infect. solu. ibi quãdo non inclinatur supra meum, tamen timetur ne ruat supra meũ: quod not. Sed an propria authoritate possim tollere? dic quod nõ si non tangit meũ. vt l. quemadmodũ. §. j. j. ad. l. aqui. idem si tangat, non tamẽ facto aduersarij: sed naturæ: vt l. si plures. §. j. j. arb. fur. cæsa. cũ ibi no. C. de interdic. l. j. & ibi etiã tangit per Cy. & per Bart. & per eundẽ in l. pe. j. de acqui. rerũ. dominiũ. l. quãuis. in verbo, manus. & per eundẽ Bart. in l. j. §. interdum. j. vti pos. si autẽ facto aduersarij possum propria authoritate vt d. l. 2 quẽadmodũ. §. j. † In text. ibi: [agi oportet.] et si nõ timet vi-

Universidad de Deusto Biblioteca

a ↦ Retineat ius. Dic hoc verum, si nō pro vsuris annuatī illud debeaī in quibus debitor in maioribus, si per lorgū tempus minores tantū soluit a maioribus liberaī, tex. in l. qui semisse. ff. de vsur.

cinus, q ruat propter hoc solùm quod inclinatur supra suū, nihilominus si timet, quòd ruat, potest petere cautionem de damno infecto.

§. Cum in domo. Quicquid factum est contra debitam seruitutem, per confessoriam tollitur. hoc dicit.

1 §. Secundum. †Non licet iuxta parietem alterius imponere id, propter quod aliquis paries deterior fiat. h.d. Bar. & si contra fiat, si quidem factum est in loco publico per interdictū compellitur remouere: si autē in priuato, tūc per negatoriam etiam cogitur cauere de dam. infec. h.d. in effectu. In tex. ibi, de seruitute, id est, negatoria, per quam dicat parietem suum non debere hanc seruitutē vicino, vt iuxta pactum teneat fumū. & sic no. q negatoria non solùm datur cōtra illum qui asserit seruitutem sibi deberi: sed etiā contra illum, qui hoc non asserit, sed aliquid facit in suo, vel in alieno quod alteri noceat & libertatē rei illius offendit.

LEX XVIII.

1 IScuius. †Qui agit confessoria pro seruitute, & interesse, reo contumace mittitur in possessionem omnium bonorū, à quo non recedit, nisi fuerit integrè satisfactū. h.d. Bar. hic loquitur de missione, quæ fit in omnibus bonis propter hoc quod petitur interesse, quod consistit in quantitate, vt habeat locum iure isto. hodie fit per mensuram debiti declarati, vt in auc. ei qui. C. de bo. auth. iud. poss. & si per actionem personalem petitur certa species, fit missio in illam tantùm speciem: inquantū verò hic agitur pro seruitute si quidem iam cōstituta est, prout re vera loquitur ista lex, tūc missio in pos. contra cōtumacem non fit in alijs bonis, sed solùm propter contumacem compellitur cauere iuxta l. si prius. ff. de ope. nouī nun. & l. pe. ff. de aqua quot. & æsti. siue agens sit in quasi pos. seruitutis, siue non, vt in illis legibus secūdùm diuersas lect. & si aliquid esset factum contra debitam seruitutē, mitteretur in possessiō illius operis, non tamen destrueretur nisi post latam sententiam pro actore, vt l. à quo fundus. ff. de dā. infecto. & ista quatuor iura habemus de hac materia, scilicet istam l. & d. l. si prius. & l. à quo fundus. & l. pen. ff. de aqua quotidia. de qua materia plenissimè per Bart. in repet. d. l. si prius. Si verò ageretur pro seruitute nondum constituta, sed constituenda, tunc glo. in hoc videtur velle q etiam fieret missio in alijs bonis: & ita intelligit hāc l. propter hoc quia tex. dicit q debet de nouo constitui. Sed si contra eum agatur ad certum ius constituendum, vnde nō fit missio in alia bona, sicut cùm agitur ad certam speciem, sed in eam ipsam. Ille ergo intellectus non est bonus in hac l. sed debet intelligi q agatur pro seruitute constituta: & dum dicit constituisset, impropriè debet intelligi, id est ab impedimento illato destitisset.

LEX XIX.

1 SI de communi ser. †Sententia lata in cō fessoria contra vnū ex socijs, alteri nō præiudicat, nisi interuenerit dolus illi⁹: tunc enim præiudicat, & aduersus dolosum datur actio ratione doli ad interesse. h.d. Quando verò non interuenit dolus, tunc si præiudicaret non remaneret prouisum socio, etiam si culpa illius interuenisset, si erat talis culpa, de qua socio nō teneretur. Eodem modo qñ interuenit dolus, si dolus esset non soluendo & hæc est intentio glos. & doct. in effectu. alibi verò magis nocet alteri culpa alterius quàm dolus. ff. cōmod. l. si vt certò. §. si me rogaueris. In text. ibi: [perdidit culpa sua,] idē si sine culpa, per iniuriam, vel imperitiam, dic, multò magis.
In tex. ibi: [cæteris quoq; dādam esse actionem de dolo.] sed an sententia præiudicet non dicitur hic, sed dic q sic quo ad aduersarium: vt l. supra iter. §. Cassius. ff. de aqua plu. arcen.

LEX XX.

1 TEstatrix. †Qui rem legat, videtur velle vt hæredi remaneat potestas eundi per illam sicut ipse testator ire solebat. h.d. Et eodem modo videtur, si habeo duas domos contiguas, vnā altiorē altera, & ego tibi domū depressam, q sicut ego tenebā ipsam depressam ne obscurarē lumen alterius altioris q eodem modo tu teneas depressam. nec ob. l. altius. C. de seruī. quia illud qñ non haberes causam à me ex vltima voluntate: nō est credendū mevelle esse iniuriosum hæredi meo, & ita sentit gl. in l. cum meo. ff. de ser. vrb. præd. item ecōuersò videor velle q legatarius vtaī per alienā rem hæreditariam, non legatā quod dic vt eo. tit. l. binas. l. qui binas. & l. fi. in prin. & plenè per Bart. in l. j. de ser. leg. In tex. ibi: [si fundo legato non cederēt.] qñ autē cedat, & quādo non, dic vt in l. prædijs. §. balneas. & §. fi. ff. de leg. iij. Si enim cederent quomodo nō procederent, quia essent eiusdem personæ. Vnde nō potest fundus legatarij seruire causis eiusdem. In tex. ibi: [vendicasset.] supple, & etiam habuisset nō imposita seruitute. Vnde cùm hæres velit agere cōdictione incerti, vt restituat, vel imponat. ff. de ser. vrb. præd. l. si binarum. sed in sequenti casu hæres nondum tradiderat, nec tradere volebat nisi legatarius seruitutem imponeret: & sic non est superfluum. In tex. ibi: [deberet.] & sic debet imponi de nouo, quia viuente testatore non debebatur seruitus. Sed contra quia si hoc fuit voluntas defuncti statim adita hæreditate censetur iure imposita: vt colligitur. ff. ti. j. l. si partem. §. j. Solutio. ibi quando fuit expressè legata: sed hic colligitur ex tacita voluntate defuncti, ex qua non transfertur dominium rei legatæ: nec per consequens ius seruitutis. Vnde expedit, q imponatur de nouo per legatarium: & hæc habentur in tex. & glo. & per Iac. de are. & Bar. in l. seruum filij. §. fi. ff. de leg. j.

1 §. Plures. †Prædiū vniuersitatis potest seruire prædijs singulorum, & ius seruitutis transit cum prædio dominante quocunq; tit. concedaī, nisi specialiter sit exceptum. h.d. Bar. Contra primū dictū opp. de l. si quis duas. in fi. ff. tit. j. cum sua gl. Sol. prædium cōmune inter duos priuatos nō potest seruire prædijs singulorū propriis: quia res propria non potest alteri rei propriè seruire: sed propria dicitur nō solùm illa quæ est mea insolidum, sed etiā illa, in qua habeo partem pro indiuiso, nisi seruitus fuisset imposita antequam esset communis, vt ibi no. in gl. sed prædium vniuersitatis bene potest seruire prædijs singulorum de ipsa: quia non est singulorum insolidum, vel pro parte, sed vniuersitatis, quæ est persona repræsantata, vt in l. in tantùm. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. & iste est casus hic. & est de mente glos.

2 ☞ *Dictio imò, quando sit correctiua, & quando ponatur copulatiuè?*
3 *Testis si primò dicat unum, & postea dicat imò sic, quòd non dicatur uacillare: sed se correxisse.*
Si se corrigit incontinenti non dicitur sibi contrariari nec uacillare, sed statur ultimo dicto.

LEX XXI.

1 SI qua. †Potest constitui seruitus in aqua, quę nondum est inuenta, conferendo in tēpus, in quo
2 inuenta fuerit. h.d. †In tex. l. seq. ibi: [paulus imò.] no. q ista dictio imò, est correctiua, facit l. j. in princ. ff. ad l. Rhod. de iact. & hoc quādo ponitur sine dictione, vel, etiā cū dictione, quin: aliter poneretur copulatiuè: vt l. iurisgētium. §. quin imò. ff. de pact. & hæc quando cadit inter compatibilia. Si autē inter incompatibilia: tunc aut profertur ab hominē, & tūc ponitur correctiuè: vt l. Stichus. imò Pamphilus. ff. de ma. test. si verò à lege, ponitur disiunctiuè, vt l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosan. eccl. secundùm Ang. quod not. ad dictum testis, si dice
3 ret †primò vnum, postea diceret, imò sic, vt non dicatur vacillasse, sed se correxisse. Vacillare enim est vt trunq; dicere, quod tamen simul stare non possit: & sic videtur sibijpsi contrarius vt l. qui falsa vel varia. de testib. sed si se corrigat incōtinenti, nō dicit sibi cōtrariari, nec vacillare: sed statur vltimo dicto.

Quemadmodum seruitutes amittantur. *Rubrica.*

LEX I.

1 QVi inter. †Facit ista l. si aliqua ecclesia debet recipere ab aliquo annuatim x. & ille per longissimū tēpus nō soluit nisi v. q nihilomin⁹ ecclesia retineat ius ↦ in x. si sciebat sibi x. deberi: sec⁹ si ignorabat: vt in gl. & in c. olim. extra de cēsi. vbi de hoc vide per Cy. C. de præscri. xxx. an. l. cū notissimi. §. in his.

Sed quær

Sed quæro, quid si aliquis fuit vsus vltra quā sibi debeatur. dic idē multomagis: quia potius videt in plus vsus quam alio iure vsus: vt ff. eod. l. si cōmunē. §. si cui. vbi est casus. Et intellige hāc l. q iste nō habebat nisi vnā seruitutē. scilicet actus: qui comprehēdit cōmoditatē itineris: sed si habebat duas, vtendo vna tantū, perdit alteram: vt l. si prius. ff. de aqua plu. arcenda.

2 ☞ *Habentes ius eligendi prælatum, si per longißimum tempus non occurrit casus electionis, quia prælatus uixit, non perdunt illud ius.*
3 *Si aliqua terra recommēdata debet præstare subsidium tempore guerræ, & per longißimum tempus non præstitit, quia non occurrit casus, non tamen superior perdit ius, quòd habet.*

LEX III.

1 TEr sepulchro. †Glos. hic dicit esse specialē hoc casu: vel dic secundū Angel. q ratio sit qa qui habet iter ad sepulchrū nō pōt vti pro libito voluntatis, sed cū casus mortis occurrit, & possibile est q non occurrit longissimo tēpore: ideò per nō vsum longo tēpore nō admittitur. Si ergo, pbaretur cōtrariū, q occurrit casus pluribus vicibus in aliquibus de sua familia: & q nō fuit vsus, sed alibi sepeliuit: nō haberet locum ista l. †Et ista faciūt ad quæstio. de habētibus ius eligendi prælatū, q si per longissimū [a] tēpus non occurrit casus electionis quia ꝑlatus vixit: nō perdatur illud ius. Quinimò si semel elegit, cū ius non haberet et sic nō esset cōstitutus in quasi possessiōe illius iuris, & posteà per longissimū tēpus amplius non elegit, quia casus nō occurrit, ꝑscribit illud ius. Secus si casus occurrisset: & de his notatur in c. cū ecclesia. extra de causa poss. & proprie. Similiter † si aliqua terra recōmendata debet præstare subsidium tempore guerræ, & per longißimum tempus non præstitit, quia non occurrit casus, quòd superior indigeret: non perdit propterea superior ius, quod habet: de hoc per Bartol. in l. j. §. filijs. C. de decurio. vbi videtur casus libro decimo. & l. cum scimus. de agri. & censi. eod. libr.

2 a

LEX V.

1 SEruitus. †Intellige hanc l. cū principio sequentis, etiā si socius, vel bonę fidei possessor tantū noīe fuerit vsus: Si enim noīe socij, vel veri domini fuerit vsus, non esset dubiū, & ratio est: quia debetur fundo & qualitercūq; vtatur, vtitur nomine fundi: non sic deberetur personæ, quia vtendo suo nomine, non conseruatur alteri personæ. Et † ista faciunt ad quæstionem, si aliquis habet iurisdictionem in aliqua terra, & illa terra fuerit occupata per tyrannum, qui vsus est illa iurisdictione suo nomine: quòd nihilominus ille, ad quem re vera pertinet retineat ius facto illius tyranni: quia iurisdictio cohæret territorio, & satis est, q noīe territorij fuerit tanta & exercitata. quinimò etiam si precariò recognouit ab alio quàm à vero dño per. l. quāuis. §. j. ff. de acquir. pos. & ita determinat Bar. in l. j. §. si tibi fundum. in fi. ff. de itin. actuque pri. & in l. sequit. §. qui viam. ff. de vsuca. de quibus omnino vide.

2 ☞ *In perdenda seruitute, plus potest pactum, quam lapsus temporis.*
3 *In acquirenda seruitute, plus potest lapsus temporis, quam pactum.*

LEX VI.

1 NAm satis.

§. Si ego. †Si vna est via indiuisibilis, tunc vel tota amittitur, vel tota retineī: sed si de vna fiāt duę, pōt vna amitti, & altera retineri & ecōtra. h.d. vsq; in fi. l. in effectu Bar. Et diuide in tres partes. Nam primò format duas qstiones: vna, qñ fundus dñans est cōmunis inter duos. Altera qñ fundus seruiens, vsq; ibi: [Celsus.] Secūdò respondet ad primū vsq; ibi: [sed si.]. Tertiò prosequit secūdam vsq; in finē. & ista tertia subdiuidit, quia primò loquit, qñ seruitus viæ debebaī per certū, & determinatū locum fundi, vsq; ad ver. [cæterū]. secūdò qñ per qualibet partē fundi, ita quòd poterat quis vti in quacūq; parte volebat, & etiā mutare propositū, si incepisset ire per vnū locū, posteà ire per alterū. Item etiā prima subdiuidit quia ponit tres casus. Primus, an amitta
2 tur seruitus per nō vsum. Secūdus an ꝑ pactū? Tertius, an per ademptionem vnius fundi: secūdus ibi: [possunt]. tertius ibi: [certè]. & pone casum vt in gl. †No. in ver. posſūt, q in perdenda seruitute plus potest pactum quàm lapsus tēporis: quia

a potest pacto liberari vnus de fundis seruientibus, quando per plures fundos debebatur seruitus vię. quo casu nō erat vna vt ff. de seruī. rusti. prædi. l. vna est. et tamē per non vsum non potest perdi in vno, & in alio retineri. Imò vtendo in vno retine
3 tur etiam in alio, vt hic patet. † Sed in acquirēda seruitute, plus potest lapsus temporis, quàm pactum. vt l. sed si inter. ff. de seruī. vrbano. prædio. vbi not. gl. & suprà communia prædiorum. l. proprium.

↦ Etiā per centū annos. Et de hoc vide gāter p Bart. ī l. filijs. C. de decurio. lī. floria. in l. arborib⁹. §. de illo. de vsuf. & ī l. seruitutes q̄ in supficie. ff. de seruī. vrb. pred. Inno. in c. cū dilectus. de cap. mo. & gl. in c. cū ecclesia de cau. pos. & propri. Et tandē per eundē Flor. in l. inter esse pu. hoc titu. j.

2 ☞ *Seruitus habens causam discontinuam, licet non præscribatur, nisi tanto tempore, cuius initij memoria non existit: tamen perditur per non usum longi temporis secundum distinctionem, prout hic.*
3 *Præscriptio seruitutis de qua hic, currit etiam contra ignorantem se habere ius seruitutis, sed quòd restituatur in integrum intra quadriennium à die scientiæ.*

LEX VII.

1 SI sic constituta. † Si seruitus habēs causam discōtinuam, habeat interualla annorum vel mensium, duplicato legitimo tempore perditur. Si verò dierum vel horarum, tunc legitimo tantum tempore perditur per non vsum. hoc dicit. Legitimū autem tempus est. x. annorum inter prę sentes, et xx. inter absentes. vt l. sicut. C. de ser. & aqua. vnde quidam intelligunt, dum hic dicitur de tēpore duplicato. scilicet. xx. annorum inter præsentes. & lx. inter absentes. sed glos. in l. fin. C. de seruī. quæ concordat cū ista, intelligit quòd viginti tam inter præsentes, quam inter absentes & quòd vltra non duret: & per illam. l. declaratur ista. & illa per istam, dum hic fit differentia inter ista interualla, quæ ibi non ita plenè fit. † Et not. quòd licet seruitus habens causam discontinuam non prę scribatur longo tempore, sed tanto cuius contrarij memoria non existat: vt l. seruitutis. cum ibi not. ff. de seruī. bene tamen perditur per non vsum longi temporis, secundum distinct. huius l. & vide Innocen. in c. de quarta. extra de præscri. & aliquando talis seruitus non habet interualla ex forma constitutionis, quia potest quis ire quandocunq; sibi placet: & tunc non loquitur ista lex, sed d. l. sicut. tunc autem dicitur habere interualla, quando ex forma constitutionis non semper licitum est ire, quo casu minor negligentia deprehenditur: ideo si alternis annis, vel mensibus requiritur tempus duplicatū: sed si alternis diebus vel horis, perinde habetur, ac si interualla nō haberet. †Vltimò not. gl. magnam circa finem, q præscriptio ista currit contra ignorantem se habere ius seruitutis. tamen dicit glos. notabiliter quòd propter iustam ignorantiam restituitur in integrum: sicut quando fuit impeditus vti alio iusto impedimento: vt in l. & Attilicinus. ff. de ser. rustic. præ. & ita not. ff. eod. l. si patrem. in fin. in vltim. glos. & hoc perpetuò tene menti, pro illis contra quos currit prescriptio longissimi temporis de iure communi, vel ex forma statuti: quòd si fuerint ignorātes, habent restitutionem in integrū intra quadriennium à die scientiæ & hoc no. Bart. in l. j. §. si quis autem. ff. de iti. actuque priua. et in l. ab hostibus. §. sed q simpliciter. ff. quib. ex causis maio. & per hunc modū prouidetur indemnitati ipsorum, quod perpetuò tene menti. & glos. hic loquitur per verbum fortè quia. l. et attillicinus. in qua se fundat loquitur, quando quis fuit impeditus vti tali impedimento, aduersus quod non potuit sibi consulere: sed quando impeditur per suam ignorantiam, & per diligentem inquisitorem potuisset sibi prouidere: ideo nō videbatur subesse tanta æquitas tamen glo. idem determinat: ideò est notabilis, & per hoc etiam prouidetur contra l. fina. C. de præscrip. longi temporis. quæ dicit illum currere contra ignorantem.

LEX VIII.

1 SI stillicidii. †Qui permittit ædificare in loco seruiente, ius seruitutis amittit. hoc dicit glos. Oppono de. l. si diuus. ff. de seruit. vrb. prædio. nec soluit. dic, quòd ibi duæ erant seruitutes: vna altius non tollendi: altera stillicidij recipiendi. Si ergo concedo, vt altius tollas: videor remittere primam, & non secundam: & quia satis operatur confessoria, ad hoc, ideo non extenditur ad secundā: vnde poteris altius tollere, dum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

modò non tantum quòd stillicidium incipere non posit: hic verò vnica tantùm debebatur: ideo cõcessio illa extinguitur, ne inutilis: quia non posset in alia operari.

1 §. Si quis per partem. †Qui vtitur seruitute per partẽ loci seruiẽtis, vel ad partẽ loci dominãtis, nihilominus eam retinet in toto. h. d. cũ l. seq. ipsi autẽ seruitus est indiuisibilis: vnde nõ potest quis ea vti pro parte: vt §. de serui. l. viæ. In tex. ibi: [itineris.] id est loci per quem iter debetur: ipsum enim iter partem non recipit.

2 ☞ *Clericus socij nocet socio, ut posit inuitus trahi corã episcopo in causa indiuidua*
3 *Priuilegium pupilli, an trahat ad se socium. & nu. 4.*
4 *Contra pupillum non potest incipere præscriptio, licet inchoata contra defunctum continuetur contra eum, & quid in præscriptione longißimi temporis.*

LEX X.

1 SI communẽ fundum. †In diuiduis retinet quis per socium quod per se retinere nõ potest. h. d. Bar. Et inducit, q si †clericus & laicus sunt obligati in causa indiuidua, possint ambo cõueniri coram episcopo. Et sic priuilegiũ clerici trahit ad se priuilegiũ laici, sicut hic, priuilegium pupilli trahit ad se socium. Sed si bene inspiciamus, nõ facit argu. hic q priuilegium pupilli prodest socio. Sed in casu prædicto clericatus socij nõ noceret socio vt posset inuitus trahi coram episcopo. de hac q. tangit per Bar. C. de appel. l. præcipimus. in pen. respon. & vide omnino pro declaratione istius l. Bart. in l. v. C. si vna eademq; cau. in integ. rest. sæpius post. & facit j. de li. caus. l. liberis. §. si duo. †& præmitte hic q cõtra pupillũ nõ potest inci
3 pere præscri. vt l. bonæ fidei. post prin. j. de acqui. re. dom. licet inchoata cõtra defunctũ, cõtinuet cõtra eũ, vt l. eũ qui. §. de mino. cũ ibi no. & C. si aduer. vsuc. nisi sit præscriptio longissimi tẽporis, quæ etiã cõtra defunctũ nõ currit cõtra pupillũ hæredem: sed dormit durãte pupillari ætate: vt l. sicut. §. fi. C. de pre
4 scri. lon. tẽp. †In text. ibi: [licet vterq; non vteretur.] nam si alter tm nõ vteretur, nõ esset dubium q conseruaret seruitutẽ sibi & socio: vt §. eo. l. v. sed hic neuter fuit vsus, tamẽ habebat priuilegiũ personale, quod perinde cõseruaret sibi, ac si vnus fuisset, videbatur ergo nõ prodesse socio: vt l. quia personale. j. sol. mat. sed cõtrarium est propter naturã rei, quæ est indiui sibilis: secus si esset diuisibilis. l. si is qui duos. j. de lib. leg.

1 ☞ *Diuersitas in tempore diuersificat substantiam, quando aliquid factum est uno tempore, & aliud alio tempore. Idem in loco.*
2 *Si fit accusatio uel inquisitio de crimine tanquam commisso tali tempore, uel loco, & probetur de alio tempore uel loco, debet sequi absolutio, & debet de nouo accusari, uel inquiri.*
3 *Quod differt secundùm plus & minus, non dicitur differre in substantia.*
4 *Si formata est inquisitio, uel accusatio cũ effusione sanguinis, & probatũ sit simplex uulnus uel percussio, nõ debet sequi absolutio, sed cõdẽnari de simplici pœßione.*

1 §. Si is qui aquam. †Qui vtitur seruitute alio tẽpore quàm quo sibi deberetur, ipsam per nõ vsum longo tẽpore perdit: sed si vtitur alio genere instrumẽti, vel in plus aut minus quàm sibi debeat, nõ perdit. Hoc dicit cum l. seq. vsq; ad §. hæres. & sic bene colligitur
2 hic q †diuersitas in tẽpore diuersificat substãtiam. Nam illud est verum qñ aliquid est factũ vno tempore, & aliud factũ alio tẽpore: & idem in loco, vt not. in l. Põponius. §. rei. j. de acqui. hære. & plenè per Bar. in l. denũtiasse. §. qui tamẽ. j. de adult.
3 †vnde si fit inquisitio vel accusatio de crimine tanquã cõmisso tali tempore, vel loco, & probetur de alio tẽpore, vel alio loco debet sequi absolutio, quia nõ est probatũ crimẽ intentatũ:
4 & debet de nouo accusari: vt ibi not. Illud † autẽ quod differt secũdùm plus & minus nõ dicitur differre in substãtia: & hoc probat in l. seq. aliàs est §. ibi: dũ dicit [magisq; hic plus, quàm
5 aliud egisse &c.] ad qd j. de fun. instr. l. fi. †Ideo si formata est inquisitio, vel accusatio cum effusione sanguinis, & probatũ sit simplex vulnus vel percussio: non debet sequi absolutio, sed condemnatio de simplici percussione: quia tunc est secundùm plus & minus.

2 ☞ *Habens ius temporale in aliqua re, si aliquid acquirit illi rei, illud acquisitum perpetuò durat, licet ius suum tempore finiatur. Sed si aliquod onus imposuit, illud finitur.*

LEX XI.

1 SIis, cui.
§. Hærescum le. †Resoluto iure concedentis, resoluitur ius seruitutis concessę ab eo. h. d. sed acquisitum ab eo nõ resoluitur: & hoc etiam hic dicitur, quia hoc tendit in fauorẽ successoris:
2 præcedens autẽ in odium. †Et sic ille qui habet ius temporale in aliqua re, si aliquid acquirit illi rei, illud acquisitũ perpetuò durat: licet ius suum tẽpore finiatur. Sed si aliquod onus imposuit, illud finietur, facit l. lex vectigal. j. de pigno.

2 ☞ *Licet non dominus non posit acquirere seruitutem, potest tamen eam retinere acquisitam per uerum dominum: & licet sibi non competat confessoria: tamẽ eam uero domino conseruat.*

LEX XII.

1 QVi fundum. †Seruitus retinetur per quẽcũq; vtentem, etiam malę fidei possessorem: & si habebat causam continuam, & etiam per
2 ipsum met fundum sine persona retinetur. h. d. †Not. q licet non dominus non posit acquirere seruitutem, potest tamen eam retinere e acquisitam per verum dominum: & licet sibi nõ competat confessoria, vt §. tĩ. j. l. ij. in prin. conseruat tamẽ eam vero domino: & facit ad quæstionem de qua dixi. j. e. ti. l. v. de qua per Bar. in locis ibi alleg.

2 ☞ *Si uendo tibi rem meam, uel partem eius per quem uel quam consueueram transire ad alium fundum meum, non uidetur actum, quòd etiam decætero transire possim: nisi hoc dicatur expreßè: secus in legatis.*

LEX XIII.

1 SIquis ex. †Impeditus vti seruitute nõ statim eã perdit: sed ita demũ si impedimentum durat legitimo tempore. Et ideo si prius esset seruitus, ipso iure reintegratur: sed eo lapso necesse est vt de nouo constituatur per beneficium restit. in integ. h. d. tex. cum gl. in hac l. & in sequẽ. Et ista loquitur qñ fuit impeditus facto suo: quia alienauit partẽ prædij dominãtis, nõ imposita seruitute: vnde nõ poterat amplius per illam trãsire ad aliam partem sibi remanentem. Lex sequens loquitur, qñ sine facto suo: & in primo casu nõ dico reintegrari lapso tempore, sed in secundo sic: quia in primo deficit æquitas cõcedentis restitutionẽ: & facit ad istas leges quod habetur §. de vsufru. l. arboribus. §. de illo. in gl. super verb. amitti. In text. ibi: [vendidisset locũ proximũ seruiẽtis fundo.] & sic non poterat per illum amplius transire ad aliam partẽ sibi remanẽtem, & sine hoc nõ poterat vti seruitute, qa primò ingrediebaꝫ fundũ seruiẽtẽ, postea p locũ alie
2 natum perueniebat ad partem sibi remanẽtem. †Et sic no. q si vendo tibi rem meam, vel partem eius, per quem vel quã consueueram transire ad alium fundum meum, nõ videtur actũ, q etiam decætero transire possim, nisi hoc dicatur expresè. & ad hoc §. de serui. rust. præd. l. via. in fi. & §. cõmu. præd. l. in tradendis. in fi. secus si lego, quia videor voluisse q hæres trãsire possit. §. tit. j. l. testatrix. In fi. l. ibi habiturus est seruitutẽ: quia recuperat exercitiũ, quod interim perdiderat: nõ autem substantiam seruitutis nondum lapso tempore legitimo. Vnde non expedit q res reintegretur.

2 ☞ *Si uia destructa accedatur per fundum uicini proximi, an ei debeat dari pretiũ.*

LEX XIIII.

1 SI locus.
§. Cum via. †Si via publica destruitur, vicini proximi tenẽtur per eorũ fundum eam præstare. h. d. & tene menti, & sic de loco priuato fit publicus, si quis possit hoc facere, vide j. ne quid in loco
2 publico. l. j. §. viam publicam. In gl. in verb. præstare. & dicit hic gl. †q debet illius loci dari pretium de publico: tamẽ hoc non seruatur, & hoc in via publica. Sed in via priuata debet præstari à priuato eam petente. j. de reli. l. si quis sepulchrum. tene menti: quia est casus quotidianus.

1 ☞ *Casus in quo res mea seruit alteri rei meæ: & quæ sit utilitas.*

LEX XV.

1 SI cum. †Redemptione vnius ex fundis seruienti bus, non extinguitur seruitus debita per alios. hoc dicit. Certè etiam in illo prædio redempto non ext

non extinguitur, postquam in alijs non redemptis non extinguitur: quia nõ potest pro parte extingui, & pro parte, non. vt l. vna est via. §. de seruitutibus rusticor. prædiorum. &. §. eod.
2 l. nõ satis. §. j. ante finẽ. §. tit. j. † & sic erit casus, in quo res mea seruit alteri rei meæ, quando seruitus fuit incœpta antequam esset mea, & est vtilitas, quia si prędium redemptũ posteà alieno, etiam non imposita expressa seruitute, nihilominus trãsibit cum ea, & non habebit locũ. l. si quis ex fundo. §. eod. per. l. tria prædia. §. de seruitutibus rustico. prædiorũ. In textu ibi: [quia toties seruitus confunditur]. scilicet per mediũ prædiũ, quod nõ seruit: & hic istud prædium redemptum non videtur seruire, quia per ipsum amodò trãsibo non iure seruitutis, sed iure dominij: & sic videbitur seruitus confundi. Contrarium tamen est, quia sufficit, q transire possum: & si per centum annos starem, q prædium redemptum non alienarẽ non perderem seruitutẽ, quæ durat in substãtia, postquã possum vti: licet non iure seruitutis: secus si possem. §. eodem l. si quis ex fundo. cum. l. seq. In text. ibi: [potest consistere]. scilicet in substãtia, non in exercitio: quia non vtor amodò iure seruitutis. vt dixi.

2 ☞ *In contractibus uel actibus inter uiuos non habet locum ius accrescendi sed ius non decrescendi, sic.*
3 *Præscriptio debet solum prodesse præscribenti, non alteri.*
Ius accrescendi habet locum, quando aliquod ius deficit ab initio, ante acquisitionem perfectè factam, non post secus in usufructu.

LEX XVI.

1 AQuam. †Si per eundẽ riuum aqua ducaꝫ ad plura prędia plures sunt seruitutes: ideo potest vna perdi, alia remanẽte: & quod vnus perdit, alteri non accrescet: secus, si ducatur ad vnũ prædiũ diuersorũ dominorũ cõmune pro indiuiso: quia tunc per vnũ solum retinet. h. d. tota lex. Et primò loquitur, quãdo ducatur ad plura prædia, vsq; ibi: [q si nec curo]. tunc sunt diuersorũ vel eiusdẽ domini: vtroq; enim casu plures sunt seruitutes: quoniã ad pluralitatem fundorũ dominãtium, sequitur pluralitas seruitutum. vt l. si ædes §. de serui. rusti. prædiorũ. secus in pluralitate fundorũ seruientiũ. vt l. vna est via. §. de serui. rusti. prædio. Secundò loquitur qñ ducebatur ad vnũ prædium cõmune inter plures pro indiuiso: vsq; ibi [item si quis]. Tertiò redit ad primũ casum declarando circa primum vnum dubium. In text. ibi: & [vnus statuto tempore quo seruitus amittitur non duxit]. supple, sed alius duxit sua die, & nonvltra: vt si alternis diebus debebant vti & hoc casu procedit id quod dicit in fin. q ei qui vsus fuit, nihil accrescit de iure, quod perdit nõ vtẽs. Si aũt vtẽs fuisset vsus tam sua die quã etiã alia die, qua poterat alius vti, tunc acquireret ius illius longo tempore: & sic nõ haberet locũ, quod hic dicitur in fi. ita intelligo
2 hunc tex. †Et no. hunc finẽ, in contractibus vel actibus inter viuos non habere locũ ius accrescẽdi, sed nõ decrescendi: sic vt
2 l. propriũ. C. cõia prę d. secundũ Bar. [a] ibi vel dic vt ibi dixi. gl. tamen hic dicit, q hic est alia ratio: quia non accrescit, primo: quia dominus fundi seruientis prescribit libertatem aduersus
3 hanc seruitutẽ. Et sic no. † q prescriptio solùm debet prodesse præscribenti, non alteri. Itẽ dicit glo. q ius accrescẽdi habet locum, qñ aliquod ius deficit in ipso initio ante acquisitionẽ perfectè factam: non autẽ post eam factã, nec solutã, in proprietate: secus in vsufructu. vt l. prima. §. interdum. de vsufructu accrescẽdo. sed hic semel fuit ius acquisitũ, & nõ per vsum perditur, nimirũ si nõ accrescit. Vnde in vltima volũtate non haberet locũ ius accrescẽdi: nõ ergo est sola ratio, q simus in cõtractibus vel actib⁹ inter viuos. De hoc articulo vide p Bar. in l. si Titio. j. de ver. oblig. & l. re cõiuncti. in vlt. col. j. de leg. iij.

2 ☞ *Qui perdit seruitutem haustus, perdit etiam iter ad aquam.*

LEX XVII.

1 IAbeo, †Qui perdit principale, perdit & accessorium. hoc dicit prout in litera nõ
2 est dictio, non: & ista est notabilior lectura. † Premitte q illi cui conceditur seruitus haustus aquæ, censetur etiam concessum iter ad aquã: vnde videbatur quòd si iuit, non tamen aquam hausit: licet perdiderit seruitutem haustus perdiderit seruitutẽ eundi: quia sunt diuersa vt l. proxima. in princip. §. eod. sed hoc procederet si essent æquè principalia: hic verò seruitus erat principalis haustus, altera accessoria, & ideò videtur, quòd perdita prima, perdatur secũda: nec prodest aliquid vsus secundæ.

2 ☞ *Tempus appellationis prosequendæ non currit appellanti, si fuit impeditus facto aduersarij.*
3 *Tempus possessionis & diligentiæ mei authoris, sicut accedit mihi ut præscribam: sic & tempus suæ negligentiæ, ut contra me præscribatur.*

LEX XVIII.

1 SI quis alia. †Per vsum alterius aquæ, quàm illius cui debetur, nõ retinetur seruitus aqueductus. hoc dicit primò. Item tempus negligentiæ authoris mei iungitur cum tempore negligentiæ meæ ad ser-
2 uitutem perdendam. hoc secũdò. † Et libertas in vrbanis seruitutibus non præscribitur, nisi factum prescribentis interuenerit. hoc dicit tertiò & vltimò: vel dic, quòd impeditus vti seruitute facto aduersarij, & hoc magis placet: simile in tempore appellationis prosequendæ, quia non currit appellanti, si fuit impeditus facto aduersarij. vt §. de mino. l. intra vtile. & de excu. tutor. l. si cum ipse & quod not. in l. fina. in fine. C. de adul.
3 †Not. in verb. [tempus]. q sicut tempus possessionis & diligẽtiæ mei authoris accedit mihi vt præscribam. vt l. Pompo. §. cum quis. j. de acquirenda poss. sic & tempus suæ negligentiæ vt contra me præscribatur. In tertio casu, ibi: [ædificatum non habuit]. sed si hoc est, quomodo poteris habere seruitutem tigni immittendi: respondeo, quia fuit constituta tempore, quo ille habebat ædificatum: sed posteà ædificium fuit destructum: nam nihilominus remanet seruitus & debebitur in ædificio nouo. vt l. seruitutes. §. si sublatũ. §. de ser. vrba. præd.

2 ☞ *Seruitus aqueductus non incipit antè, quàm fiat riuus per quem ducatur: idem in qualibet alia seruitute ad cuius usum requiritur, quòd aliquod opus fiat in re seruiente, nec per solam inductionem in fundum dicitur constituta.*
3 *Quòd nondum est, finiri non potest.*

LEX XIX.

1 SI patrem. †Actio personalis pro seruitute constituenda nõ tollitur tempore, quo seruitus constituta amittitur. hoc dicit. Contra quem oppono de. l. prima in principio suprà quibus modis vsusfruct. amitta. Solutio. ibi in seruitute personali, quę tollitur capitis diminutione, hic in reali quæ per capitis diminutionem non tollitur. vnde ibi sicut ipse vsusfructus tollitur: ita & actio personalis tollitur competens pro ipso: sed tempore, vel per non vsum non tollitur actio personalis, siue competat pro seruitute reali siue personali quia est eadem ratio. Non enim potest imputari negligentia vtendi ei qui in vsufructu adhuc non est constitutus, licet veniat cõstituendus: sicut nec
2 in seruitute reali. †In textu. ibi, antè quàm riuum facerem. & sic non erat adhuc constituta seruitus: sed competebat mihi actio ex vendito, vt constitueretur. & sic notatur, quòd seruitus aquæductus non incipit, ante, quàm fiat riuus per quẽ ducatur: & idem videtur in qualibet alia seruitute, ad cuius vsum requiritur, quòd aliquod opus fiat in re seruiente, puta tigni immittendi, quia requiritur quòd fiat foramen: & ante, quàm fiat seruitus, non potest dici constituta per solum contractum actio personalis, vt constituatur: quæ actio de sui natura non tollitur, nisi spatio longissimi temporis, si postquàm factum est opus, incœpta est seruitus, quæ tollitur spacio longi temporis: & hoc est quod sequitur in ver. q si fecissem iter &c. expone iter. id est, riuum. sed oppono, quòd eoipso, quòd inducit me in fundum animo constituendi seruitutem, statim sit ipsa seruitus constituta, vt in vsufruct. vt l. j. §. dare. §. de vsufruct. sol. fateor, quando non est necesse aliquod opus fieri ad vsum seruitutis, puta, itineris, vel viæ vel altius non tollendi: secus quando aliquid est necesse fieri, sine quo quis vti non potest: tene manti perpetuò. nam hunc casum non habuimus in tota materia: & quilibet prima facie diceret contrarium, quòd statim, quòd dico constituo tibi seruitutem aquę ducendæ & inducas illum in fundum, sit seruitus constituta: certè non est verum, nisi fiat riuus: secus videtur in seruitute haustus aquæ in
3 qua non oportet opus facere. †Vltimò not. quòd illud quod nondum est, finiri non potest.

† ☞ *Et hoc vide eũdẽ in l. si mihi & Titio. ff. de verb. obli. & in l. j. qñ non pet. par. & ibidẽ Bald. xj. q. & in l. j. C. de cad. to. §. cũ autẽ. fusissimè & per Bar. in l. re conuicti. ff. de leg. ij. Bal. in l. fi. C. de inutili. stipu. ait, q locũ habeat in cõtractibus bonæ fidei, nõ instricti iuris. Videre potes. d. phil. Corneũ in consil. xlij.*

a ++ Et idem hic not. Bart. remittit ad l.si fundum sub cõdi.§.si Titius.ff.de lega.j.& vide hic eundẽ, quor sum hoc inducat. Et adde q̃ legatũ ante aditã hære. nõ repudiatur. per Bart.in d. l.si fundum, per l.liberto octuaginta. ff. de bo.lib. & eundem in l.si mihi & tibi.ad prin.ff.de leg.j.iij. op.

b ¶ Hoc constabit. ade Bar.in l.j.§.iij.j.de iti.act.pri.& in l.qui iure familiaritatis.et ibi do.de acqui.poss. Flor.in l.seruitutes.§. de seruit. tit. generali. & ad dicta pauli hic adde Fel.in c.de quarta.colũ.xiiij. extra de præscript.Cur.

2 *Per tacitum legatum, non transit dominium.*
3 *Actio personalis ubi competit pro seruitute constituenda, non transit in emptorem sine cessione.*
4 *Legatarius non potest repudiare legatũ in præiudicium alterius, in quem ius suum transtulit.*

§. Si per fundum †Seruitus legata, statim adita hæreditate constituta est etiam legatario ignorante: & per non vsum longi temporis perditur, & trãsit in illum in quem transit fundus dominans, & post electionem factam non potest legatarius repudiare legatum in præiudicium emptoris. hoc dicit no. ratio primi dicti est: quia sicut transit dominiũ rei corporalis, ita etiam & iuris. nam etiam in illo est reperire dominium impropriè, vt no. si vsu fruc. in fi. in verbo, [dominium.] & not. per Gul.C. de vsu. super rub. per glo. in l. naturaliter. §. nihil. j. de acquir. possess. &

2 †hoc est verum in legato expresso, sed per tacitum legatũ nõ transit dominium, vt l. seruum filij. §. fin. & ibi not. j. de lega. j. In tex. ibi: [amittes viam nõ vtendo.] videbatur contrarium, quòd non esset adhuc constituta, postquam ignorabas legatũ factum: & sic quòd non competeret nisi actio personalis ex testamento, quæ non tollitur longo tempore, vt in princi. istius legis, sed contrarium est: nam si quando veniebat constituẽda ratione pacti, vel contractus d.l. hic autẽ ex vltima voluntate, ex qua transfertur dominium, & ius in eo etiam in legatariũ ignorantẽ. Item videbatur contrarium propter ignorantiam quæ excusat à negligentia: sed dic quòd non perditur ratione negligentiæ: sed quia nõ fuit vsus: & hoc cadit etiam in eo qui non est negligens. gl. hic tamen dicit, q̃ tunc datur restitutio

3 in integrum, quod no, vt dixi §. eo. l. si cõstituta. In †text. ibi. [ad emptorem via pertinebit vna ratione.] scilicet prædicta: quia iam est acquisita fundo: sed si cõpeteret actio personalis pro ipsa cõstituenda, nõ transiret in emptorem sine cessione: vt §. vsufru. quẽad. ca. l. iiij. §. fi. †In fi. ibi: nec ius repudiãdi.]

4 no. quòd legatarius non potest repudiare legatũ in præiudicium alterius, in quẽ ius suum transtulit. facit l. liberto octuaginta. j. de bo. lib. & C. de don. inter vir. & vxo. l. si quidem. & istum articulum plenè declara, per Barto. & notabiliter in l. si mihi & tibi. j. de lega. j. & l. si fundũ sub conditione. §. Titius. eodem titulo.

LEX XX.

VSu retinetur. †Seruitus constituta, pervsum cuiuscunque retinetur etiã per malæfidei possess. dummodo vtatur tanquã p seruitute debita fundo. h. d. vsq; ad l. fi. In text. ibi: [aut mercenarius.] exempla sunt de eo qui vtitur nomine dominj prædij dominantis. Interdum autem vtitur, suo nomine cùm tamen suo nomine sibi competeret, vt vsu fructuarius vel possessor bonæfidei vel malefidei, qui tenet rem tanquam dominus, quia satis est quòd vtatur seruitute nomine fundi cui verè debetur. Sed contra j. l. proxi. cum ibi no. lex hic loquitur quando seruitus iam erat constituta, & acquisita fundo quo casu retinet per quencunque etiam malæfidei pos. Ibi non erat constituta sed quæ veniebat acquirenda per vsum longi temporis: quo casu si est malæfidei, non acquirit.

LEX XXV.

SEruitute. †Not. in hac l. q̃ ad præscribendum seruitutẽ, requirit q̃ quis sit vsus iure seruitutis bonafide: vt in glo. Vnde si transiui per fundum tuum longo tempore per aliquam viam ibi existentem, quam credebam viam esse publicã, & cuilibet licere per eam transire: non acquiro seruitutem eundi etiam si tanto tempore iuissem, cuius contrarij memoria non existat. nec acquiro interdictum de itine. actuq; priua. pro ipsa quasi possessione tuenda. Requiritur ergo q̃ vtar tanquam seruitute mihi debita: & hoc est dicere, iure seruitutis. Qualiter autem hoc cõstabit[b]? Vide per Inn. in c. bonæ. extra de postul. præla. & extra de cau. pos. cùm ecclesia. super verbo, [affuisse.] Contra secũ dum dictum opp. §. l. proxi. Sol. vt ibi dixi, quia loquitur in seruitute iam quæsita fundo: ista verò in acquirenda per vsum longi temporis, & no. gl. hic positam. hic non sunt alia.

b

FINIS.

Regestum,

A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z. AA, BB, Quaterniones sunt. CC, est quinternio.

Lugduni,
Excudebat Petrus Fradin.

1552.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca